finitum progrediemur. An potius uirtutem illam non per aliam possi-
det uirtutem/ sed per essentiam? Si ita est essentia materie idem erit:
ac uirtus/ siue substantia effectiua formarum. Et fons erit formarum
potius quam subiectum. Immo erit forma potius quam materia/ & forma
omnium prestantissima. Forma omnis diuisionis impatiens: neque
fluctuabit ut nunc labentium uarietate formarum/ sed per essentiam
sempiternam/ formis erit predita sempiternis. Ex his colligitur mate-
riam non habere suapte natura uim ullam formarum procreatricem.
Quia formare se ipsum non potest informe subiectum. Cum nihil
omnino agere queat: siquidē actio a forma prouenit: a qua prouenit
esse. Ac si materia que subest arti/ quanuis forma non careat/ non ta-
men a se ipsa/ sed ab artis forma ad formam ducitur artificii/ certe ma-
teria/ que nature subicitur/ cū sit informis/ non a se ipsa sed a natura
forme ad formam ducitur naturalem. Vnde igitur erit qualitas:
forsitam ab alia qualitate/ puta quod ignis alius alium generet? Neque id
quidē. Nā qualitas quia esse nequit absque fomēto materie: ideo materie sue
a iiii

nō dominaſ. Multo minus dominabit̄ aliene. Non igiſ pōt corporis
alicuius q̄litas corpus aliud ſola ſua poteſtate formare. Corpus qdē
naturale p̄ ipſam molē que ſoli paſſioni ſubicit̄ agit nihil. Per quali
tarē uero nō agit ſufficienter. Hec. n. quādoqdē nō hēt ſufficientiā exi
ſtendi: nō preſtat corpori ſufficientiam opandi. Profecto q̄a ignis
prius genitus fuit ab aliquo/ quā ipſe aliud generaret/ prius ſibi con
uenit ut ſit effectus/ q̄ ut efficiens. Effectui conditio hec innata ē: ut
pēdeat aliūde. Quapp̄ quonēs ignis aliqd̄ opaſ: agit tanq̄ ſuperioris
cauſe inſtrumētū. Si. n. ignis hic aut ille eēt cauſa generādi ignis pri
ma. i. ſūma. cū a eā alicuius generis prima genus p̄fluat uniuerſū / to
tū ubiq̄ ac ſemp̄ ignē efficeret. Itaq̄ faceret cū ſe ipſū tum ignē quelibet
q̄ ante ipſū fuit: & q̄ poſt erit. Cū igiſ ignis hic aut ille non ſit
prima generatiōis huiusmodi cā-querimus cuius ſit cauſe inſtrumē
tū. Nūc qd̄ ignis alterius? Nequaq̄. Primo q̄a equa ē illa cā nō ſupe
rior. Deinde q̄a uel extinctus ē iam ignis ille unde hic ante manau
erat uel remotiſſimus. An forte inſtrumētū ē aliorū elemētōrū: neq̄ id
qdē. Nō eſt. n. in diſſimilibus & cōtrariis elementis ulla ignis gene
randi rō: cui ignis hic aliū generaturus tanq̄ inſtrumētū ſubiciat̄.
Num igiſ inſtrumētū ſit celi? Minime. Non. n. ignis hic remotiſſimi
illius corporis inſtrumētū fieri pōt aliter q̄ p̄ mediū. Media uero hec
corpora ſūt inepta. Ac potius iter celū ſiue ignis ſperat̄ atq̄ diſſimilia
elemēta ad ignē hūc i terra gignēdū interponēdus ē ignis aliq̄s hūc
ignē generaturus q̄ cōuerſo. Similiter i ſingulis rerū naturaliū ſpetie
bus argumētābimur. Quāobrē preter oēs huiusmodi formas in eſſe
oportet omnibus & preeſſe ſubſtātiā quādā incorporeā p̄ corpora pe
netrāre: cuius inſtrumēta ſint corporee q̄litates. Quo. n. pacto q̄li
tates ſingule que ſuapte natura inſtabiles inordinateq̄ ſūt aut ſtabi
lē ordinē i generatiōis ſucceſſiōe ſeruarēt/ niſi p̄ ordinē aliorū cauſe
ſtabilem regerent̄: aut ad eoſdem effectus ſtatutis temporum curricu
lis ſemp̄ reuerterent̄: niſi una eadēq̄ cauſa eſſet/ que illas quouis tem
pore ducens ſtatutis rēporibus ſimiliter duceret. Mens humana
quotidie a particularibus formis ad uniuerſales abſolutaſq̄ ſe cōfert.
Item ſup̄ naturales formas certis aſtrictas materiis p̄ mathematicas

q̄bus incerta materia ſufficit ad methaphyſicas: que neq̄ certa neq̄
incerta materia indigent: aſcendere ſolet. Preterea a dimensionibus
que tā ſitu q̄ p̄ribus egēt ad punctū ſine p̄ribus: ſed quodāmodo circa
ſitū: ruruſ a p̄ctis ad numeros q̄ p̄ribus qdē indigent/ ſitu uero ne
quaq̄: demū a nūeris ad unitatē cui neq̄ ſitu neq̄ p̄ribus ullis opus
eſt/ ſeſe atollit. Atq̄ ultra unitatē indiuiduā: ſed accidētālē ad ſubſtā
rialē ſe unitatē. i. formā tranſfert indiuiduāq̄ eſſentiā/ accidētū fūda
mentū/ ſimulatq̄ originē tanquā aſſiſſum quendā/ & in ſe ipſo manē
rē accidētū p̄ ſe mutabilitū alteriq̄ ſemp̄ herentium cardinē. Si tantā
ad aſcenſum rōnalem mēs humana potētiam hēt: q̄ & pars quedā eſt
uniuerſi & oīo corporeis uinculis ipedita: multo certe maiorē ad idē
in ſe ipſo poſſidet uniuerſum. Preſertim cū in fine mētis ordo ab uni
uerſi ordine trahat originē. Vbi uero ad agēdū potētia maior uiget
ibidē naturaliter & magis & citius p̄ditur in actū. Accedit ad hec
q̄ ſi quelibet rerū genera ad unū qdā in ſuo genere quodāmodo indi
uiſibile reducunt̄/ cuius firmitate conſiſtunt: ut puta motus rēpusq̄
ad momentum forma naturalis ad gradum minimum naturalem.
Geometrice dimensiones ad ſignum. Numeri ad unitatem: cur non
etiam ſubſtātie genus ad indiuiſibilem ſubſtātiā redigatur? Vt
quemadmodum figure omnes que inequalitatis participes ſunt ad
circularem omnium equaliſſimam referuntur/ circularis ad indiuiſibi
le centrum totius equalitatis initium: ita forme accidentales diuiſi
bilesq̄ ad ſubſtātiāle diuiſibilemq̄ formam. Forma huiusmodi
ad ſubſtātiāle & indiuiſibilem reducat̄. Atq̄ ut ultra qualita
tem que non deſcemēto ſolum ſed etiam remiſſiōi ſubiecta eſt/ ſub
ſtātiāle corporaliſq̄ forma ē que a remiſſiōe ē libera q̄uis decreſcat/ ita
ſup̄ hanc eē debet ſubſtātiāle forma: que neq̄ remittat̄ neq̄ deſce
ſcat. Vt aſcenſus qui i melius p̄ficat̄/ p̄ficiatur i optimo. Talis erit
ſubſtātiā incorporea: q̄ i primis hoc hēt: ut natura ſua minui nequeat.

Quā oportet alicubi ſecūdū propriam formā in natura ſubſiſtere.
Indiuidua ſiqdē & ſimplicia diuiduis neceſſario precedūt atq̄ cōpo
ſitis. Vnūquodq̄. n. ante ſit oportet q̄ p̄tendat̄ & rumeat. Indigent
quoq̄ hec illis nō cōuerſo. Ab illis enim hec ſummunt exordium &

terminant ad illa. Quapp si hec secundū propriā formā in rerū natura
subsistūt: multo magis oportet illorū quoq; genus: alicubi secundū
formā propriā repiri. Nepe ex eo q; natura efficacius meliusq; ma-
teriā suā mouet q; ars suā / conicimus principalē formā in natura ma-
terie sue magis dominari q; principalem formā in arte materie sue. Si
dominat magis / duo cōcludunt: tū q; ppius q; ars adest materie secu-
dū sitū: tū q; magis q; ars secundū substantiā excellit materie sue ma-
gisq; pōt p se sine illa existere. Mouet autē ad idē me talis rō pluri-
mū q; q;litares oēs qa forme i alio sūt / quotiēs generāt / formas i alio
generāt. Non. n. possunt liberiorē plem q; ipse sint gignere. Generāt
formas i materie gremio. Materiā uero ipsam que i alio minime iacet
sola illa facit seruatq; forma que nō iacet i alio. Materia. n. neq; ex se
est / cū impfecta sit / & nō agat ex se. Neq; ex q;litatibus / quas antecē-
dit ipsa. Sed ex forma quadā que materiā antecedit. Talis ē penitus
incorporea. In talis forme uirtute opationeq; fundant qualitatū uir-
tutes opationesq;. Postq; i illius ope / opa semp fundant illarū. Sed
de hoc alias. Nūc autē meminisse oportet / materiā ipsā : ut Mercurius
trismegistus Timeusq; putāt eē informe nō nihil nihilo pximū: qd
primo infiniteq; sit patiēs. Vde seq; Plotinus existimat: ut ppinqua
ipsius materie dispositio. i. dimētio q;litatē & uanissimū qdā sit &
quātulūcūq; ē / totū sit passio qdā. Dimēsiōes. n. nihil eē aliud q; mate-
rie ipsius extrēsiōes / q;litates uero nihil aliud preter eiusdē affectiōes.
Affectiōes uidelicet umbratiles & labētes rāq; umbras quasdā emi-
nentiū arborū / in torrēte. Demū cōcludit neq; materiā: cū sit primū pa-
tiēs / neq; dimēsiōes q;litates ue / cū sint primi patiētis passiōes primer
eē prima actionū principia posse. Ita plotinus. Alii uero qdā aliter
q;uis ad eundē finē ita distingūt. Profecto autē materiā ipsā agere ni-
hil posse. Quantitatē quoq; si est extensio ipsa passiuā materie pfici-
scēs a cā quadā materiā extēdēte / agere nihil. cū sit primi patiētis ppe-
rui passio. Sin autē ē quasi forma quedā / p quā cā materie motrix ex-
tēdit materiā agere forte nō nihil in materiā ppiā / qa sit mediū quo
cā illa materiā uideat extēdere. Sed i materiā alienā nihil pētur opari
quoniā sēp distare cogit agēs a patiēte / qd ipedit actionē. Qualitatē

uero i materiā tam alienā q; ppiā secundū pipatericos aliqd opari.
Quod si a materia que i neutriā agit materiā / ad q;litatē / q; quodāmō
mouet utrāq; / p mediā q;ritatem que solū in alterā. i. ppiā quodāmō
operat / nos ratio ducit / nunquid a quantitate que nullo modo mo-
uet / materiā alienā / absq; medio ullo ad rem illam transibimus: que
oīo moueat alienā / nequaq;. Qualitas autē ē pxima quantitati. Itaq;
nō est oīo sufficiens qualitas ad extrinsecam actionē. Si ergo claudi-
cat ad agendū: a substantia superiore dirigit: que oīo sit potēs. Meri-
to qualitas claudicat. Quoniā eo ipso momēto quo nascit / spargit p
materie latitudinē pfunditatēq; & quasi lertheo flumie mergit. Quo-
fit / ut anteq; ipsa agat q; q; a materia quasi inficiēte quodāmō super.
Nunq; ergo uis eius uincit p se materiā. Iccirco nūq; p se mouebit: ni-
si a superiore cā roboret. Roborat pfecto: & ducit a uita quadā: que
etiā ex luto nō uiuēte quādo rane generant: & mulce uita gignit / ac
sensū: ex una deformiq; materia fimi uarios spetiosissimosq; pcreat
flores / per uaria & spetiosissima semina / que cū sepe nō inueniant in
fimo / necessario in uita ipsa sunt. Spargas quoq; materias cogit in or-
dinem. Ordo a rōne procedit. Ratio consistit in uita. Vita in uirtute
quadā indiuisibili. Siquidē mors diuisione & resolutione cōtingit.
Rursus ex frigidorū corporum collisione generat ignem. Et quando
reflexio radiorū in speculo aut calēs ferrū p q;litatē ignis accidētalē /
calefacit lanam: uita illa p uitalia ignis semina substantialem illi spe-
tiē pducit in lana. Quid deniq; i nobis putamus eē: Quod nutrimē-
tū haud uiolēter cōsumit: sed suauiter & ordinate cōcoqt & digerit?
Quod tam mirabiliter ad uiuā redigit formam / alimenta non- uiua?
Quod grauiā sursum leuia deorsum absq; manifesta uiolētia preter:
imo super illorū naturā put usus uite postulat / continue transfert?
Quod pugnantia inter se cōciliat: uincitq; i unū: certe nō simplex ca-
lor igneus. Nō alia qualitas ulla pugnantū. Non natura diuidua. Nō
nuda nature ppietas. Immo uero superior qdā & indiuidua & uiuifica
uirtus. Sicut autē i nobis / ita & i uniuerso cōsidera. Atq; ex his oibus
collige formas corporales nō habere ex se inuicē generationem suffi-
cientē. Sed cām postulare insuper aliquā aliorē. Que qdē superior cā si

rursus forma esset similiter iuncta materie: ab alia iterum substantia superiore descenderet. Tandem ne fiat in infinitum progressio / ad formam aliquam perueniendum est: que nullis sit mixta corporibus. Tanta uero est in genere formarum uirtus ad id: ut a materia separate esse possint. Ut etiam si quis illas esse quidem coniunctas ex se dixerit / uerum ex ipsa meritiu concupiscentie seiungi / hinc saltem fateri cogam merites ipsas esse seiunctas quando quidem ipse alia separant. Quod hinc rursus apparet: quia substantia per naturam & dignitatem prior est quantitate ac reliquis accidentibus. Et quia quod prius est potest esse a posteriore seorsum / potest esse substantia quedam sine quantitatis diuisione si potest utique est aliquando. Ne de sit nature ista perfectio. Ne frustra sit ista potentia. Nam in his (que ad precipuum uniuersi ordinem pertinent) ita se res habent: ut quicquid potest esse / aut iam sit / ut physici opinantur / ne contingat in eternis mutatio / aut saltem sit aliquando / ne aliquid sit semper inane. Ac si uita que sola origine naturali antecedit sensum / iam nunc per se existit alicubi sine sensu: multo magis substantia que quantitati tam dignitate quam origine prestat / consistit nunc in rerum ordine seorsum a quantitate. Presertim cum perfectius sit uniuersum / si substantie quedam sint solute a uinculis quantitatis / quam que sint uite quedam sensus expertes. Auerois ex Aristotelis sententia probat corpoream substantialemque celi formam carere materia. Quia uidelicet ibi nulla sit ad diuersas formas potentia: que proprie est natura materie. Ibi tamen dimensio est: eiusmodi formam inter naturales formas atque diuinas esse mediam arbitratur: quia naturales forme cum materia simul quantitasque sint: diuine ab utrisque penitus absolute: celi uero forma utrarumque media sit. Ne ab extremo ad extremum sine medio transeat. Quapropter eam cum quantitate quidem esse / sed sine materia consentaneum esse censet. Hinc nos hunc modum argumentamur. Cum substantialis forma soleat in materia potius quam in quantitate iacere: atque habeat secundum generis natureque ordinem / maiorem cum materia quam cum quantitate proportionem / si alicubi absque materia potest esse / multo magis alicubi seorsum a quantitate consistere potest. Preterea ut proculo placet tria sunt genera corporum. Sunt enim quedam ut eius uerbis utar materialia simul atque composita. Qualia sunt que ex elementis

quatuor componuntur. Sunt ulterius elementorum sperie materiales quidem / sed quodammodo simplices. Sunt denique celestia corpora & simplicia & imaterialia simul. Tria quoque formarum genera ponit. Aut aliter quam Auerois. Vult enim generale formarum definitionem eiusmodi esse. Forma est id quo aliquid distincte & actu est & agit. In hac autem definitione dimensiones omnino nullas includi: subiectum tamen quodammodo forte significari: dum uidelicet dicitur quo aliquid & cetera que sequuntur. Unde concludit si que forme sine subiecta materia sint sicut celestes: multo magis & multo plures absque dimensione esse posse simul atque debere. Item sic proculus & sirianus ad idem argumentantur. Quod ab alio semper extenditur: necessario dimensionibus est astricium. Quod uero ostendit / minime. Materia igitur cum semper ab alio extendatur / necessario dimensionibus obnoxia est. Quia tamen unumquodque prius in se est quodammodo quam extendatur / materia potest indiuidua cogitari. Quapropter principium illud a quo extenditur / multo magis potest sine dimensionibus non modo cogitari sed esse. Preterea omne diuiduum est quiddam totum unum ex pluribus partibus constitutum. Que partes nisi haberent in se unum aliquid atque idem cunctis commune / nunquam totum illud conficerent. Non enim fit unum nisi ab uno. Rursum nisi essent participes unitatis nulla partium esset unum / sed plura in infinitum. Et quelibet pars innumere infinita. Vnum illud partibus infinitum / non est diuiduum singulatum in singulis. Egeret enim ipsum quoque alio copulante. Ergo est idem totumque in singulis. Tale quiddam incorporale esse necesse est. Item cum omne corporale sit unum quiddam totum ex partibus quidnam illius unionis causa est. An totum ipsum unit partes: uel partes totum ununt? Vel superius aliquid quod neque pars sit uel illius neque totum ex partibus partes unit inuicem & ad totum: totum partes sequitur potius quam uniat. Ac si admittatur quod unit partes / incorporale erit: si enim sit ipsum quoque diuiduum eger alio similiter uniente. Si partes ununt totum / absurdum id quidem. Quod a multitudine unitati opposita fiat unio: que fieri debet ab unitate. Reliquum est ut preter partes singulas atque totum adsit aliquid unum conpirationis illius causa. Quod quidem sit incorporale:

Proculg.
Sirianus.

Auerois.

Proculg.

ne cogat ipsū quoq; copula indigere. Atq; ita habeamus in infinitū. Quapropter non est putandum formam aliquam diuisam in corpore / apicem eē nature rerumq; principium. Presertim cum oporteat principium rerum ui sua sempiternum fuisse & fore: fuisse quidem semper: nā neq; potuit ex se aliquando p̄disse. Fuisset enim ipsum ante se ipsum: neq; ex alio nihil enim ante primum. Reliqua uero nō essent unquam enim prius fuisset primum: fore quoq; semper. Quoniam extincto principio / corruunt uniuersa. Neque ipsum amplius: neque aliud quicquā renasci pōt. Habeat ergo necesse est uim infinitam: per quam ex se infinire uiuat. hanc non habebit: si fuerit corporeale. Nam si dimensiones habuerit infinitas: nihil erit i rebus aliud preter ipsum. Si finitas / uim quoq; finitā habebit. Mirro quod alias ostendemus / neq; corpus neq; corpoream formam & indigam & mutabilem / sufficiens motionis principium esse posse: sed omne corporeum ab alio agitari. Atq; opificem (qui opificio miscetur inficiturq; non posse operi dominari: opificēq; esse perfectum / primum ue mundani operis architectum. Ergo formā corpoream transcendamus / & consideremus nunc primam: que deinceps obcurrit. Ut sicut a corpore tanquam infimo / ascendimus ad formā corpoream quasi mediā: quia habet corporis aliquid dum dilaturatur in corpore. Aliquid uero non habet: siquidem ipsa non est aliquid ex materia & forma compositum / ita nunc ab hoc medio ad formam sublimiorem incorpoream. s. p̄uehamur: que nihil habeat corporis: que corporibus distribuat qualitates. Que quoniam per se subsistit / uera forma & essentia nominatur. Tertia inq; essentia. Quam etiā suo loco rationalem animam appellabimus. Quam ita irrationalis anima comitatur: ut corpus umbra. Essentia illa & uera & immortalis a platonice ideo iudicatur: quia neque partibus indiget: in quas aliquando dissolui possit: & per quas dispersa uirtus debilitetur. Neq; subiecto astringitur: a quo deferta aliquando euanescat. Neque contrarie forme miscetur: qua infici possit: neque uel loco clauditur: uel tempori uel motui ob indiuiduam & in se manentem simplicitatem substantie subest.

Vera forma et essentia

Substantia immobilis
 op̄atioes immobilis
 uirtus immobilis
 actio immobilis

Anima rationalis per substantiam immobilis est: p̄ operatio- nem est mobilis. Per uirtutem est partim immobilis / partim mobilis; Cap. iiii.

• t Erte huius essentie naturā qualē eē dicemus: Immobilem ne pr̄sus / an potius mobile: Certe non oio imobile: quia ipsa fons est qualitatū fluentium in materā: que omni quiete carent. Omnis autē causa secūdū naturā ppriam agit. Ideoq; oportet in ope uim aliquam & imaginem cause referuari. Si essentia illa que ē causa qualitarum / esset pr̄sus imobilis / quia p̄ naturam suā oio imobilem ageret: qualitas inde descendens imobilem in se naturam aliquā retineret.

• Contra uero contingit. Nam tria in qualitate sunt: essentia: uirtus: & actio. hec omnia uerlantur in motu. Essentia eius generatur atq; corrumpit̄. Generatio & corruptio p̄ motum efficiunt̄. Virtus quoq; nature sue intendit̄ atq; remittitur pura calor magis minus ue feruet. Quod autē magis minus ue diuersis temporibus calet / p̄culdubio permutatur. Actio quoq; idem patitur. Ignis siquidem actio calefactio est. Aquam non momento calefacit: sed tempore. Actio temporalis motus ab omnibus nominatur. Ideo qualitas omni ex parte subicitur motui. Quod hinc rursus apparet perspicue q̄ affectio corporis (que per qualitates efficitur) non potest per aliquam temporis moram eadē penitus & similis permanere. Ac semper rum in aliā atq; aliam graduum p̄portionem / rum in melius uel deterius p̄mutatur. Nempe si quis dixerit corporis affectionem permanisse per horam Platonice ita interrogabunt illum: hora finita / nunquid par sit tunc in illa affectione uirtus: ac i hore principio / si non sit par uirtus: certe non stetit horam: cum in ea hora sit secundum potentiam permutata. Si par uirtus dicatur inesse / affectio illa horam rursus aliam perdurabit. Equales enim uires equalia faciunt. Igitur si per tantam uim permāsit horam per equalem rursus aliā p̄manebit. Hora secūda expleta similiter de uirtute illa interrogabūt: par ne sit an ipar. Si impar / nō stetit. Sin par / stabit quoq; rātūde. Deiceps i infinitū similiter p̄cedēt: mōstrabuntq; naturā illam corporis: si modo horam aut hore dimidiū steterit / perpetuo permansuram. Perpetuo uero nō uiget

essentia
 uirtus
 actio

No

corporis secundum se illius complexio cum breui omnes extinguantur
& pereant. Itaque uix momentum temporis eadem perseuerant. Et
quia in eodem momento incipiunt atque desinunt in incipiendo autem & desi-
nendo integerrimus existendi habitus minime possidet. Integro ue-
ro existendi actu opus est ad agendum ideo confirmari uidentur quod in supe-
riori disputatione probauimus non esse in qualitatibus sufficiens agendi
principium. Sed (ut ad questionem hic propositam reuertamur) si est in qua-
litatibus (quantum ad eas attinet) motio status omnis quodammodo expers;
quoniam pacto ab ea causa gigni proxime possunt que tanto ab ipsis
intervallo distat: ut statum habeat omnis motionis expertem? Si ab ex-
tremo ad extremum omnia per media transeunt: ut ab hieme per uer in-
estatem ab estate in hiemem per autumnum. Certe inter qualitatem pe-
nitens mobile atque essentiam prorsus immobilem necessario ponendum.
est aliquid quod partim immobile sit partim etiam mobile. Itaque substan-
tia illa qualitatibus proxime genitrix omnino immobilis esse non potest.
Quid ergo dicemus? An istam quoque substantiam omnino mobilem asse-
remus? Minime. Nam uel esset in genere corporaliu[m] qualitatibus. In eo ta-
men genere sistere gradum non possumus. Vel causa (que in genere superio-
re locatur) effectum suum sufficienti perfectione non excederet si substan-
tia (que qualitatis est) non minus quam qualitas uacillaret. Quocirca
substantia illa partim stat: partim uero mouetur. Tria quidem in se ha-
bet & ipsa: essentiam: uirtutem: operationem. Quid horum stabit?
quid mouebitur? operatio quidem stare non potest: si duo precedentia
permouentur. Neque moueri essentia quin sequentia moueantur. Stabit
ergo primum. scilicet ipsa essentia. Mutabitur ultimum: uidelicet operatio.
Sed medium utroque uirtus quod? Stabit & ipsa partim: partim quoque
mutabitur.

Sup[er] animam mobilem est immobilis angelus Cap. v.

h[ab] Actenus formam quadam supra corporis complexione inuenimus:
quam rationale animam appellabimus: cuius essentia semper eadem
permanet: quod significat stabilitas uoluntatis atque memorie. Opera-
tio autem ex eo mutatur quod non simul cogitat omnia: sed grada-
tim: neque momento alit[er] auget: & generat corpus: sed tempore. Naturalis

uirtus manet: quia naturalis eius uigor uiget perhennis: neque interdi-
neque remittit. Virtus acquisita mutat: quia ex potentia in actum: ex actu
transit in habitum atque conuerso. Hucusque ascendit Heraclitus: Varro atque
Manilius. Ceterum aliter ascendendum. Si quidem forma hec non potest esse ro-
tius nature principium. Perfectior enim est operatio stabilis: quam uno momē-
to perfectissime suum opus absoluit: que indiget tempore. Integrior ui-
ta: que tota simul est unita secunda se ipsa non distat: que per diuersa tempo-
rum momenta perfecta secundum actus affectusque intrinsecos quodammodo
a semet ipsa distrahitur. Igitur super hanc formam (cuius operatio extrinseca ua-
gat per tempora: cuius uita. i. intrinseca operatio quasi quodam fluxu di-
spersa) ponenda est alia quodam forma sublimior: cuius operatio stabilis sit:
cuius uita: tota simul unita. Si quidem perfecta semper sunt imperfectis antepo-
nenda. Propterea quod sicut perfecta in aliquo genere sunt illa: que per suam
naturam sunt talia: sic imperfecta sunt que per se talia non sunt: aliogenere
integerrime talia. Si itaque imperfecta non sunt per se ipsa: per superiora co-
gruunt esse. Item quod mouetur ex potentia & otio: primum in actum & terminum
aliquem sui motus ac finem experit: quasi sibi ipsi minus sufficiat: sed il-
lo egeat: ad quod motione sua se confert. At uero super id (quod ex
otio migrat in actum) existit aliquid semper: quod actus plenus est atque perhen-
nis. Super id quod propter indigentiam transmutatur: existit aliquid necessario:
quod quia uel nullius unquam indigentem est: uel iam plenissimum non mouetur. Pre-
sertim cum id quod mouetur per appetitum perficendi mouetur: neque possit ali-
ter quam melioris prestantiorisque nature ad perfectionem perficere. Neque habeat
re illam quam querit per motionem: sed post motum adipiscatur. Non quidem a se
ipso: quod enim mutari oportuisset: sed ab alio quodam uberiore. Quod
enim sui natura caret termino: ab alio perfectiore terminandum est. Res mo-
bilis ex se caret termino: quia non quiescit in semet ipsa. Ac si res quedam
talis sit rerum principium: quia per operationem suam mutabilem effi-
ciet omnia: nullus erit status in rebus. Nunc uero usque adeo necessa-
rius est aliquis in rebus status: ut etiam motus ipse statu non careat.
Nisi enim res (que per motum aliter atque aliter affici dicitur) maneat in
substantia per aliquod tempus eadem nec mutabit affectiones: nec
uariabit paulatim: sed momento tota cessabit. Et ipsa ordinatissima

Heraclitus
Varro
Manilius

mutabilis
acquisita

celorum circa idē centrū eosdēq; polos reuolutio. Motionū equali-
tas syderū restitutio/alicuius status ē particeps. Atq; quemadmodū
quod stat/stat propter uniratē/& unī in statu:quod alias declarabi-
mus/ita quod mouet/mouet ppter statum/& stat in motu. Mouet
inq; ppter statum.i. ppter quādā motricis uirtutis stabilitatē:q; nisi
in suo uigore maneret/non seruares ordo ullus in motu:immo neq;
morus/uel parūp continuare. Rursus stat ī motu.i. pseuerat in nor-
ma eadem uel equali uel simili motionis. Multa etiam sunt:que &
si secundum aliquā spēm motus mouent:tamē secundum spēs alias
non mouent. Partim ergo mouent/partim uero quiescunt. Ad q; cum
prima rerum materia sit sempiterna/quod per substantialem mutat
formam/interea tamen pmanere cogit p materiā. Itaq; multo magis
quod secundum quantitatem:qualitatem locum mutat/manere po-
test imo & debet interim p substantiam:qd plura/quod nullo pacto
manet/dum admittit statum/totum simul & motum amittere cogit.
Si itaq; est aliqua in rebus stabilitas/nō potest rerum principū mo-
bile esse. Quare quod mobile est/non est nature principium. Igi-
tur est aliquid sup animā /ut aīa(que natura sua ad intelligēdum &
non intelligendum est indifferens/cum uicissim ab altero permutes
in alterum/p eius influxum ad intelligendum determinet)quod in
tali genere seper ē actu. Tale ē quod ē seper itelligēs/siue semp itelli-
gibile actu:quod ē idē. Preterea qcqd secūdu partē tale ē/per illud
duraxat.tale ē/quod tale secūdu se totū existit: sicut lignū ex parte
calidū per ignē calescit:q; ex toto calet. Quia quod tale ē per naturā
suā puta calidū sicut totū a natura ppria cōprehēdit/ita totū ab hu-
iusmodi qualitate. Atq; cōtra q; per partē ē tale/nō ē tale p semetipsū.
Tertia uero essentia illa.s. aīa nō ē secūdu se totā intelligentia. Ha-
bet enī alias quasdā naturas preter intelligētiā/exptes intelligētie.
Ergo mēs in aīa/pars quidē est aīe. Pars quoq; ē mētis quodāmodo
mētis inq; altioris q; tota/solaq; mēs ē. Quippe si aīa mētē haberet
a semetipsa/in aīe substātia rō propagande mētis inesset. Vnde & to-
ta aīa esset mens/& mens quidē tota atq; perfecta. Et omnis anima
mentem haberet:quia in qualibet anima rō anime reperitur. Et sicut

10
mouere corpus/qa p naturā suā aīe conuenit/aīabus singulis inest/
ita intelligendi facultas aīabus inesset omnibus ēt bestiarū/si per na-
turā suā cōpetēt aīe. Ac si super naturā minime efficacē eē efficacio-
rē aliquā necesse ē/& mēs que est ī aīa/neq; solo sui actu ullū extra se
opus efficit neq; efficaci sue aīe potentie iperat oportet super eā/esse
mētē suo actu alicuius operis effectricē/& efficaci potētie dominā.

Merito sicut aīe caput ē mēs hec/pars eius excellētissima:sic mētis
huius q; nō sui ipsius ē sed aīe non absoluta/sed ad aīe huius tracta-
capacitatē:nō clara sed obscura & quodāmō dubia huius inq; mētis
caput ē mēs qdā q; ī se ipsa ē liberaq; & lucida. In quo sane illud ma-
gorū enoda ēnigma. Est res undiq; lucida. Est res ūdiq; obscura. Est
media lucida partim primq; obscura. In ordie corporū res undiq; lu-
cida ē stella quelibet sup lunā. Obscurus undiq; ē aer. Media luna. In
ordine uero spiritūū. Mēs ē luīe plena. Aīa inrōnalis uacua. Rōnalis
tenet mediū. Partē habet intellectualis luīs:parte caret. Ac partē quā
haberet a deo/ceu luna a sole alias alitur accipit:mutatq; figurā. Ideo
merito sup eā ē angelus:q; rāq; stella quelibet sup lunā & totus sem-
per & eodem pacto sui solis luce refulget. Profecto ubi natura supe-
rior tangit inferiorē/ibi ex ifimo sui gradu supremū inferioris attrin-
git. Puta infimū ignis aeris attingit supremum. Natura uero intelle-
ctualis corporali est natura superior:tangitq; illā a deo:ut quod inter
corpora prestantissimum est/intellectualis sit aīe particeps. Inferiora
uero(que plurima sunt)nequaquā. Prestantissima uero corpora sunt
apud platonicos celicolarum demonumq; & hominum. Sed nunqd
mentes que corporibus huiusmodi tribute sunt/mētium altissime
sunt/nequaquam. Alioquin natura inferior superioris absq; medio
summum cōsequeretur. Ergo quemadmodum sub corporibus mēte
preditis/q; plurima corpora sunt expertia mentis/si super mentes
corporibus insiras q; plurime mentes sunt nullis attribute corpori-
bus. Atq; etiam multo plures sunt q; corporum species. Quoniam
(ut alias ostendemus) rationales anime inter eternitatem tempusq;
sunt constitute. Eternitatis uero excellentia uideretur exigere ut plu-
res in ea quodāmō spēs perfectionesq; q; in tempore sint. Mitto q;
alias demonstrabimus) interuallum inter aīas primumq; principium

infinītū esse. Sed spatium inter ipsas atq; materiā esse finitū: ut nemi
ni mirū uideri debeat / super aīas plures admodū angelorum gradus
q̄ gradus formatū īfra aīas esse posse. Prererea quādo ex duobus
fit unū & alterū illorū (quod minus perfectū est) reperit̄ alicubi per se
manere seorsum ab altero / multo magis alterum illud p̄fectius & mi
nus egenū / esse alicubi sine altero poterit. Fit aut̄ aīal unū ex intelle
ctuali substātia. i. aīa rōnali & corpore. Corpora multa uidemus sine
huiusmodi intellectu esse ac uiuere. Quid igit̄ prohibet esse mentes
plurimas corporibus nō unitas? Tales quidem erunt super aīas / que
sunt unire corporibus. Proinde mentes cōiuncte corporibus / quare
nus tales sunt / spēm suā sole nō complēt. Sed cōposite spēs sunt par
tes: atq; ut plurimū ut intelligant / in ea (que sensibilia sunt) aspiciunt.
Quare & imp̄fecte quodā mō sunt: & imp̄fecte agūt. Si igit̄ ab imp̄
fectis ī quolibet genere ad perfecta (que priora natura sunt) est ascen
dendū / cōsequens est / ut super coniūctas mētes ad separatas rō nos
perducatur. Que & spēs ipse sufficienter suas cōpleant: & intelligendo
ad illa (que per se intelligibilia sunt) aspiciant. Mens ipsa (q̄a per in
telligentiam & uoluntatē nō necessario dependet a corpore & natu
raliter formas separat / atq; circa separatas uersat / & quiete potius q̄
motu p̄ficiat / per naturā est a corpore motuq; libera. Iccirco magis na
ture sue cōuenit / ut uiuat seorsum a corpore motuq; q̄ ut uiuat ī cor
pore atq; motu. Multe tamē mentes ī corporibus mobilē uitā du
cūt. Quare multo magis & multo plures immobilem uitā agūt absq;
corporibus. Quis neget in corpore substantie secūdm generis sui
naturā conuenire magis / ut extra corpus sit q̄ ut in corpore? Ideoq;
plures illius spēs a corpore seiunctas q̄ cōiunctas eē debere. Quod
enim generi cuiuslibet naturalius est / id in eo existit ut plurimū. Ta
les quidem sunt angeli / q̄ si corpora mundi mouent / ipsi motis cor
poribus nullo modo mouent̄. Anime tamen dum corpora transfe
runt / ipse quoq; ferūt̄. Motor (qui una cum moto corpore peruagat̄)
perpetuum stabilēq; tenorē & ordinē mouendi nō seruat / nisi p̄sit
illi motor immobilis. Ideo mūdane reuolutionis perpetuus ordo / re
statut̄ esse aliquos super aīas motores immobiles. Elementa (quoniā
exfluitante materia constant / seq; muruo semper inficiunt) nullum

ex se ordinē obseruarēt: nisi a lege celestis motus ordinatissima rege
rētur. Cū uero & celum p̄ se sit perpetuo mobile ideoq; indigū / ordo
in suo motu stabilis nō ex ipso prouenit: sed a supno motore p̄sus
īmobili atq; indiuiduo. Non enī in rebus tam diuersis mobilibus q;
stabilis unio p̄seuerat / nisi a stabilissimo & unitissimo cardine: q̄ tan
dē ad unitatē ipsam statūq; referit̄. Sane sicut mobile se habet ad mo
bile / ita motor ē ad motorē. Ergo sicut elementū quod mouet̄ mobi
liter / ad celum quod mouet̄ stabiliter. Sic motor celi mobilis uanulq;
ad motorē stabilē unitumq; stabile deniq; & unitum ad statū ipsum
unitatēq; reducit̄. Profecto motorē seq; actio illa q̄ mouere dicit̄.
Actionē hāc seq; illa passio q̄ moueri: neq; fit cōtra. Nō. n. priora a po
sterioribus ducūt / sed cōuerso. Pōt igit̄ multo magis eē alicubi actio
illa q̄ dicit̄ mouere sine passiōe illa que ē moueri / q̄ passio huiusmōi
seorsum ab actiōe. Tamē passio talis ī corporibus ē seorsū ab actiōe.
Igit̄ alicubi erit actio p̄cul a passiōe. Ut sicut corpora mouent̄ qdē nō
mouēt̄: sic angeli moueāt nō moueāt̄. De q̄bus iquit Zoroaster πωσ
ἐχει κόσμος νοερὸν ἀνόχησ ἀκαμπεισ̄. Mūdos hēt̄ intellectuales re
ctores immobiles. Igit̄ sicut q̄litates oīo mobiles antecedūt aīe partim
mobiles partim immobiles: sic aīas ācedūt oīo immobiles āgeli. An
gelos esse / atq; eē multos Anstoreles in libro. xi. diuinorū ita p̄bat.
Motū celi continuum / ordinatū / & quantū in se est / indeficientē oportet
a motore fieri: qui neq; in se neq; p̄ accidens moueāt̄. Cū uero mo
tus huiusmodi ī celo sint multi inter se discreti: sp̄tieq; & uirtute di
uersi / oportet eos a pluribus eiusmodi motoribus fieri: q̄ uidelicet
neq; corpora sint / ne cogant̄ dū mouent̄ / ab alio interim ipsi moueri /
atq; ita in infinitum necessatio procedat̄. Neq; rursus forme in corpo
re: ne eas una cū moto corpore moueri contingat. Oportet. n. ad mo
torē p̄fectissimum. i. immobilem puenire: ne in motibus ulla unquam
transgressio fiat. Motores eiusmodi mentes sunt / siquidē in formis a
materia oīo solutis intelligibile atq; intellectus est idē. Hec Aristote
les. Ebrei posterioresq; philosophi mentes illas angelos / nuntiosq;
nominant. Quorū precipuos nō esse pauciores q̄ decē alicubi dispu
tat Auicenna. Alibi uero multo plures significare uideit̄. Aristoteles

Zoroaster.

An.

Az. li. ii. diuorū

no. q.

Ebrei posteriores
p̄bi
Auicenna

aút haud quaquam pauciores esse quam celestes motus. Eumque numerum probabili se ratione computauisse fateatur. Quod autem necessarium sit/sapientioribus se dimittere. Quasi qui suspicabatur: ne forte mentes ille secundum actionem suam propriam precipuamque. i. intelligentiam potius quam secundum actionem communem atque posteriorem. i. motum essent dinumerande. Preterea cum ille sint motionum fines/forte uaticinabatur non esse ad motionum numerum numerandas. Atque posse mentes esse quam plurimas/que non sint mouendis corporibus distribute. Quobrem non iniuria angelos esse pene innumeros & supra significauimus: & in presertim sic ostendimus. Si spiritus rerum naturalium in materia quis in subiecto angustius sint: tamen inter se non per subiectum sed per se distinguuntur: atque in numerum quam plurimum dilatantur multo magis substantie ipse que super materiam in se ipsis uiuunt/per se ipsas distincte sunt: atque mira quadam absoluti generis sui fecunditate in spiritus quasi innumeras prorsus amplificate. Preterea intelligibile genus suapte natura magis multiplicabile: quam corporeum esse uideatur: Si quidem numeri dimensioes: figure: proportiones: raritas corporum: uelocitas motionum in ipsis corporibus sepe terminata sunt: in mente tamen absque termino per arbitrium procedunt. Rursus que in materia periculosa sunt: in mente uniuersalia fiunt. Denique intellectus ultra corpora contra/alia per arbitrium innumera rationa incorporea quam corporea cogitat. Cum ergo intelligibile genus magis admodum quam sensibile amplificari possit/potentiaque rationa bona in uniuerso sepe inanis esse non debeat/perculdubio iam actu sunt substantiarum spiritus separatum multo plures quam spiritus corporaliu. Presertim cum potentia presertim & magis & prius in uniuerso actu sibi suum asciscat/que debilius. Denique uniuersi ordo cum sub infinito bono quam optime dispositus sit/exigere oio uideatur: ut qui in ipso sunt meliora/quatenus fieri poterit/super deteriorum quantitate multiplicentur. Precipue cum inferiora superiorum gratia sint constituta. Quod quidem in ipsis mundi spiritus manifeste uidemus. Quo. n. nobilior spiritus est/eo & amplior. Adeo ut terra & aqua si ad superiora conferantur quasi punctum ad circumferentiam sese habere putentur. Quod autem in corporibus est dimensio/in rebus incorporeis numerus esse uideatur. Quapp consensaneum est: ut intellectuales substantie utpote que optime sunt ac per se existunt: finesque sunt corporaliu oium qui illarum gratia sunt precreata/longe plures numero sint quam & spatum motus

q. sub fine angelorum
est q. infante.

Dam.

& corpora oia. Quod Dionysius areopagita testatur dicens plures esse intellectualium spiritus separatas quam corporaliu. Merito potentissimus uniuersi creator opus sibi suum quam simillimum reddere & potuit: & sciuit: & uoluit. Simillimum uero in hoc ipso potentissimum precreauit/que absolutas mentes que ipsi omnium simillime sunt/ultra coniunctas materie formas imenso ut ita dixerim spatio dilatauit. Hinc illud Danielis prophete. Milia milium ministrabant ei: & decies cetena milia assistebant ei. In distinguendis autem ordinibus angelorum Dionysius ternario nouenarioque numero in primis/necnon interdum septenario utitur. Quin et duodenarium in christianorum mysteriis reperimus. Idem & iamblicus pculusque platonici post Dionysium obseruarunt. Supremos. n. & medios angelos ternario & nouenario diuidunt. Sequentes autem septenario. Postremos denique duodenario ordinum numero partiunt. Quonia uero apud platonicos gradus corporum sunt rationalium aiarum umbre. Aiarum uero gradus sunt imagines angelorum: iccirco nonnulli angelorum ordines secum dum ordines corporum simul aiarumque distinguunt. Sed de his alias.

Sup angelum est deus. Quonia aia est mobilis multitudo. Angelus multitudo immobilis. Deus immobilis unitas. Cap. vi.

a Ngelum prorsus immobile esse platonici arbitrantur: eentia: uirtute: actione. Quonia sepe sit idem. Eque possit. Intelligat sepe oia simul: & uelit eadem: & quantum in se est/agar subito quicquid agit. hec platonici. Quid uero dicant alii/alias dicant. Nodum tamen quiescere hic cum Anaxagora & hermotimo ratione nos permittit. Sed altius iubet ascendere. Porro aia quia mobilis est/ab alio praesertim in aliud. Igitur aliud in se habet & aliud. Quod hec habet/habet & multitudinem. Quapp aia in se ipsa multitudo quedam est/multitudo inquam mobilis. Angelus (qui per se hanc antecedit) esse neque immobilis unitas: Quia due quedam huiusmodi res/quatuor una sit mobilis multitudo/& altera immobilis unitas longissime inter se distare uidentur. Unitas siquidem multitudini opponitur. Immobile mobili. Quonia ergo res ille ab oia parte inuicem opponuntur: per se sibi non succedunt: sed medio quodam indiget copulante. Animam uero ipsam (que est mobilis multitudo) angelus absque medio antecedit. Ideo non potest angelus esse immobilis unitas: ne duo extrema sine medio coniungantur. Immobilis certe est: ut supra

multitudo
unitas immobilis

b ii

Dionysius areopagita

Angustia igne et
aia sunt

pbauimus. Ergo nō unitas. Restat ut sit angelus imobilis multitu-
do. Vbi cū aia cōuenit i eo qd ipse multitudo ē sicut & illa. Discrepat
aut qā illa ē mobilis/hic imobilis. Multitudinē certe aliquā ponere i
angelo cogimur. At qualē? Qualis cōuenit intellectu: hoc ē: ut eēntiā
hēat/atq; esse/uim intelligēdi. Intellectionis actū: rēūq; intellectarū
spēs plurimas. Cū uero āgelus nō sit simplex oīo: sed hēat numerū:
sup numerū autē unitas eē debeat: qā unitas ē nūeri totius origo: &
unionē nō indiget/multitudo autē natura sua idiget unionē/necessa-
riū est sup angelū eē aliud qddā: quod nō modo imobile sit: sed unū
penitus atq; simplex. Ille qdē ē deus: rāto rerū potentissimus omniū
quāto ē omniū simplicissimus. Si qdem i simplicitate cōsistit unio. In
unitate potestas. Deū nemo dicere audeat ex pluribus esse cōposi-
tū. Quia si modo recte compositus fuerit: ex aliquo cōstabit: qd erit
rāq; subiectū/ & aliquo/ qd erit rāq; forma. Itaq; nō erit deus undiq; p-
fectissimus: cū i eo sit ps altera ipfectior altera: & qlibet ps ipfectior
ipso toto. Nō erit agēs sūmū: qā nō p se totū ager qd ager. Sed p
partē alterā. i. formā. Non erit beatissimus: qā nō fruet ubiq; se ipso.
Nō. n. se totū i mēbro quolibet cōplectē. Videbit aut i se aliqd aliud
preter deū. Quoniā nō idē pars ē & totū. Beatior certe futurus est: si
quicqd ipse uidebit i se/ sit ipse. Nusq; sibi desit: sed sibi met totus ob-
currat ubiq;. Deniq; ps illa/ q; ponebat in deo quasi subiectū/ qā secū
dū se cogitat i formis/ se ipsā formare nō pōt: ps insup altera/ q; uicem
forme gerebat: qā nō cōsistit i se/ multo minus ex se pōt existere: for-
mabit ergo deus iste cōpositus a forma quadā superiore. Atq; illa po-
rius erit deus. Hec aut ē prima discursio: p quā pbamus sup angelū
eē deū. Preterea quēadmodū se hēt tuus oculus ad corpus tuū/ sic
tua mēs ad aiam tuā. Est. n. mēs/ tue aie oculus. Rursus quēadmodū
se hēt lumē solis ad oculū corporis: sic ueritatis lumen ad aie oculū.
Itaq; sicut oculus corporis nō ē lumē/ sed uirtus luminis capax: Ita
mēs/ que ē oculus aie/ nō ē ueritas/ licet capiat ueritatē. Mēs. n. tua ue-
ritatē querit. Nō tamē querit se ipsā ueritas: neq; admittit ueritas fal-
sum: per quod sepe tuus aius fallit. Finge aīo oculū tuū usq; adeo
exrescere: ut totū occupet tuū corpus: & sublata uaria membrorum

esse qd scilicet
in quocumque

epi.

est deo.

spetie/uniuersū corpus/ unus sit oculus. Si amplius hic oculus uide-
bit quicq; nō aliud certe uidebit q lumē idem solis quod angustus
dū erat/ pspiciebat. Verū accipiet lumē idē uberius/ & colores corpo-
rū in ipso lumē conspiciet undiq;. Vno pspectu simul oēs/ neq; uer-
te huc aut illuc ut uideat: sed qescēdo oēs panter cōtuebit. Aliud ta-
mē adhuc lumē erit/ aliud oculus. Si. n. uisus ad lumē cōprehenden-
dū est institutus/ aliud uisus ē/ aliud lumē. Et lumini nihil ē opus ui-
su: cū ipsi lumini nihil sit luminis capiēdū. Finge iterum mentem
tuā usq; adeo sup aiam inualescere/ ut deleas reliquis aie pibus ad
phanthasiā sensū generationēq; prinētibus tota aia mēs una sit atq;
sola. Hec mēs sola puraq; relicta āgelus erit. Hec inq; mēs ampla ean-
dē ueritatē intuebit/ quā angusta mens uiderat. Sed accipiet illā ube-
rius: atq; in ea res oēs ueras unico intuitu cōspiciet: ut platonice lo-
quar: neq; modo unā aucupabit/ modo aliā. Aliud tamē adhuc mēs
erit/ aliud ueritas. Quod sic aperit Zoroaster *μάνθάνε τὸ νοῦτον ἐπεὶ
ἐξω νοοῦ ὑπάρχει. i. Scito intelligibile ipsū esse extra mētem. Quippe*
si ad ueritatem percipiendam instituta mens est/ aliud est mens indi-
ga ueritatis/ aliud ueritas. Neq; ipsi ueritati opus est mente: p quā ca-
piat ueritatē. Atq; si ipsa mēs idē esset atq; ipsa ueritas: mēs quelibet
ueridica eēt: & omne uerum/ particeps foret mētis. Nūc autē & mētes
humane fallunt: & multe res uere sunt quodāmō: que mente carent.
Veritas nō modo aliud ē q mēs: sed & supius aliqd. Eget quippe
mēs ueritate. Veritas mēte nō indiget. Ac latius se fūdit ueritatis q
mētis ipenū. Ars. n. intellectualis/ informis singulis inuenit. In ma-
terea uero informi nequaq;. Vere tamē materia dicit: & omniū natura
liū reuera subiectū. At uero si ueritas ē supra mēte: & quod supius
est/ nō catet bonis inferioribus/ nō deest mētis pspicacia ueritati. Neq;
tamē duo quedā sunt in ipsa/ pspicacia uidelicet atq; ueritas. Sed sim-
plicissima ueritas/ se ipsam minime latens: p inde ac si lumē quanuis
nō habeat oculū a se distinctū/ tamē nō lateat semetipsum. Est enim
deus perspicacissima ueritas/ & uerissima perspicacia/ siue perspectio.
Lux se ipsa uidēs. Visus se ipso lucens: intellectualis pspicacie lumi-
nisq; fons: cuius lumine & cuius lumen dumtaxat mētis pspicacia

perspicit. Et sicut lignū p participationē quādā calidū dicitur: ignis
uero secundū formā calens: sol deniq; excellentiori modo secundū
eminentē uirtutē causamq; calor: sic aīa mētis partem: angelus mē-
tis formā hēt: Deus ē efficacissima mētis origo. Atq; ut more plotini
loquar: deus ipsa intellectio ē / nō in aliquo intellectu tanq; potētia
nō ueritatis uelut obiecti: sed in se ipsa suiq; ipsius existens. Quē ad
modū si uisio neq; eēt in uisu aliquo / neq; luminis alieni uisio esset:
sed in se ipsa maneret / suiq; ipsius uisio foret. Vbiq; enī intellectus
quasi intelligēdi potentia ponit / ēt si intelligat semetipsū / tamē qua-
rōne intelligibilis ē / prior quodā mō se ipso dicit / qua rōne intellectu-
lis cōsideratur. Intelligibile. n. tanq; prius atq; prestantius / intellectu-
lē uirtutē quasi posteriorem inferioremq; mouet: & format: & pficit.
Itarco quidā deū potius siue intelligibilis siue intellectiōis q̄ intel-
lectus noiē nuncupant: q̄ hęc ēt noiā deo haud ppria oīo rōne cō-
ueniunt. Sed de his alias. [¶] Accedit ad hęc: q̄ aīe opus ē / uitalē mo-
tū prebere. Siquidē ipsa uita quedā est. Mentis aut opus / ordinare p
formas. Ipsa enī spēs quedā est: & secundū spēs opat: quod in nostra
mēte cōspicimus. Vitalis ille motus p oīa uiuentia fundit. Rebus ca-
rētibus uita nō cōpetit. Ordinatio uero p formas cōuenit rebus etiā
nō uiuentibus. He siquidē ordine / spētēq; nō carēt. Tāto interuallo
mēs aīam supat / q̄to latius fundit formatū ordo q̄ uita. Quoniā ue-
ro ultra formatū ordinē / est prima illa informis rerū materia: i qua la-
tēt quedā / ut ita loquar / formatū pululantū semina / mentis munus
quod terminat formis / hęc informia nō cōplectit. Ipsa tamē materia
bona ē quodā mō: q̄a boni. i. forme appetens: q̄a ad bonū suscipiēdū
exposita: q̄a bono necessaria mūdo. Semina quoq; sunt bona: q̄a sūt
formatū bonarū incohaētionē. Tanto saltē interuallo bonitas mē-
tē supat / q̄to lōgius boni q̄ spētēdit largitio. Quo. n. res queq; po-
tentior ē / eo lōgius opat. Accedunt ad hęc huiusmodi rōnes. Oīa
bonū appetūt. Mētē uero nō oīa: nō enī assequi mētē & sapientiā
oīa possunt: Ideoq; multa sūt que eam nō appetunt: ne frustra appe-
rant. Si oīa appetendo cōuertunt ad bonū / non ad mētē oīa: & quo
cōuersio rerū ē / illinc est & pfectio / oīa a bono pcedunt: nō a mēte.

129

18

Quare bonū potius q̄ mēs ē cā prima rerū. Rursus que mētē hēt /
nōdū tamē cessant: sed adhuc bonū querūt. Mentis enī proprium ē /
nexus quidā ad intelligēdū. Aut post hunc nexū deterius se mens
habet / aut melius / aut eque. Non deterius: quia opatio ipsa pfectio
quedā est. Et ad deterius nihil nisi aut uī aut inscitia labit. Quorum
neutrū in ipsam cadit mētē purā & liberā: nō eque. Frustra. n. nitit qd
nihil pficit: & nihil ad id quod hēt adnitit. Ergo ut melius se hēat /
conat. Nō igitur ipsum bonū est: nihil. n. bono melius. Sic mens intelli-
gēdo haurit bonitatē. Aliunde aut haurit. Si. n. in se haberet / non eēt
nexus opus ut opando pferet. Illud unde haurit bonitatē / ipsū bo-
nū est: quod & sup eā extat: cū i eā pfectionis sue liquorē infundat.
¶ Quinetiā sapientiā mētēq; solo petimus rōnis ipulsiu. Bonū uero ēt
ante omne rōnis incitamentū. Oīs q; noster appetitus semp ē ad bo-
nū: nō oīs semp ad mētē: & intelligentiā rōne boni appetimus: nō
cōuersio. Pluris ergo natura facit bonū q̄ mētē. Cū & prius & sepius
& potius trahat ad bonū. Vnde nōnulli satis in philosophia hēre se
putāt: si sapientiā uideant hēre: ēt si nō habeāt. Nō tamē satis in uita
nisi reuera id possideāt / quod sibi precipue iudicāt eē bonū. Si bo-
num naturali instinctu pretiosius mēte censet: censet & eminentius.
Hinc fit ut id quod intelligere ē / nō sufficiat nobis / nisi & bene & bo-
nū intelligamus. Sepe. n. ad rēpus cognitionē respuimus: si eā suspi-
camur nobis malā fore atq; molestā. Bonū uero ipsum respuere nūq;
possumus. Sepe ēt rerū speculatiōi anteponimus uolupratē. Ipsi aut
bono qua rōne bonū est / nihil unq; possumus anteponere. Nihil ma-
gis necessariū est q̄ incitamentū boni: cū bonū ipsum nullus possit
nolle. Nihil magis uoluntariū est q̄ boni incitamentū. Nā pp bonū
oīa: imo bonū in oībus ubiq; uolumus / tam libēter tamq; iocunde:
ut uelimus insup nō posse nolle. Cū ergo i bono sūma necessitas cū
sūma libertate cōcurrat / boniq; imperiū summope necessariū sit subie-
ctis & summope uoluntariū / cōstat hinc oīa tanq; a parte originē du-
cere: atq; huc oīa tanq; ad patriā aspirare.

LIBER SECVNDVS.

Vnitas: ueritas: bonitas idē sunt: & sup ea nihil est.

Cap. i.

b iiii

phantasia summatim discernit: & aliquid excellentius. quod phantasia uidet in
pluribus imaginibus intellectus in una uidet & clarius / uidet singula quod &
phantasia / uidet insuper rerū rōes uniuersales / quod illa nescit. Ita deus uni-
ca uirtute cognoscit quicquid nos: tribus uirtutibus .i. sensibus phā-

24
rasia & intellectu cognoscimus. Ergo & uniuersalia intuetur & singula /
intuetur inque oēs essendi modos / qui originem uidet essendi & totam
comprehēdit ipsius eē naturam. Si ita est / inspicit utique singula: que
per uarios essendi modos inuicem distinguntur. hinc Orpheus.

καὶ Διὸς ὄμμα τέλειον ἐπειγῶσα γιγνέται ἡμεῖν μοῖρά τε καὶ Διὸς οἱ
Δενοοσ Διά παντοσ ἀπαντα. .i. iouis perfectus oculus. Quoniam que-
cumque apud nos fiunt / fatum iouisque mēs per uniuersum inspicit oīa .

Nemo igitur epicuro & aueroi finem adhibeat dicentibus / rerū ui-
lissimarū notitiā maiestate diuina indignam esse. Deus .n. res non in
se ipsis: sed in se ipso. non per earū imagines / sed per suam eētiam intuetur.
Nō distrahitur circa plurima: sed cuncta conspiciunt tanquā unū . Nō labo-
rat unquam: quia non querit: sed possidet. Non diuertitur a grauioribus
ut consideret leuiores. Quoniam eodē intuitu hec uidet & illa: istar
oculi / qui uno intuitu stellas in celo plurimas contuetur. An ignoras
Auerois impie bonum ipsum ordinis uniuersi esse cuiuslibet partif
qualitate prestantius? Quippe cū & aristoteles tuus in libro diuinorū
xi. affirmet partes singulas referri ad bonū ordinis quod in toto est tanquā
ad finē. Si igitur deus aliam ullā cognoscit rem nobilē / quod tu nō ne-
gas / maxime ordinē uniuersi cognoscet. Ordo huiusmodi nō aliter in-
telligi potest: quā si pretiosiora quelibet uiliora inter se discernant: in quo-
rum interuallis proportionibusque totius ordo consistit. Memēto autē
hec ipsa que uulgo uilissima nūcupantur / singula exactissima quadā
arte constructa fuisse. quēadmodū & illa que habent pretiosissima:
Rursus que dum sola considerantur minus formosa uideri solēt / in or-
dine tamen hoc toto & in ipso totius ordinatore / tam sibi quā ceteris
aptissime cōsonare. Totū hoc ita in apollinis hymno cecinit orpheus
εχεισ Δετὰ πειρατα κόσμον παντοσ σοι Δαρχήτε τελευτή τέστι μελο-
υσα πάτοθα λησ σν Δέ παντα πολον κιθαρη πολυκρετω αρμοσεισ .i.
tu hēs mūdi terminos uniuersi: Tibi cure ē principiū atque finis: pre-
uiescūt oīa. Tu spem totā cithara resonante contemperas.

Deus intelligit infinita. Cap. x.

Era nos rō docet / deū nō solū singula & infima quecumque / uerū etiā in-
finita cognoscere . Si deus potētiam suā perfecte cognoscit / nouit

difficte oia ad que potentiam habet. Na potētie quātitas secundū
eorū que pōt quātitatē cōsiderā. Virtus autē dei cū sit īfinita ad in
numerabilia se extendit. Innumerabilia igit̄ deus cognoscit. Dei
cognitio per omnia illa se penitus porrigit/que esse dicunt̄/quomō
cūq̄ sint aut dicant̄. Itaq̄ oportet ut plane ītelligat non mō illa que
actu existunt / uerum etiā quecūq̄ potētia esse dicunt̄. In rebus aut̄
naturalibus sunt nō nulla/ & si non actu/ saltē potentia īfinita. Ca
pacitas uidelicet materię. Progressio motus actēporis generationis
successio. Diuisio cōtinui. Multiplicatio numēri. Deus igit̄ plane ī
telligit īfinita. Quēadmodū unitas/ que ē p̄cipiū numerorū / īfini
tos uideret numeros actu/ si eos numeros qui ī ea secundū potētiā
sunt/ uideret. Est enī unitas secūdum potētiā numerus oīs. Deus
p̄ eēntiā suam quasi quoddā exēplar/ oia conspicit. Cū uero ī hac es
sentia sit p̄fectio īfinita/ īnumerabiles ad eius similitudinem res expri
mi possūt / ita ut p̄ īnumerabiles p̄fectōis gradus ī melius paulatī p̄
grediant̄: q̄a neq̄ una res qdā īde formata/ neq̄ quātalibet finita re
rum huiusmōi multirudo īfiniti exemplaris ītegram usurpare pōt p̄
fectiōem. Atq̄ ita semp absq̄ fine ullo nouus superest modus/ quo
aliquid aliud ultra exēplar ipsum ualeat imitari. Deus igit̄ p̄ īnūme
rabiles īfiniti exēplaris gradus īnumerabiles ītuet̄ imagines. Es
se in deo atq̄ ītelligere idē est oio. Ideoq̄ sicut esse eius īfinitū ē/ ita
ītelligere īfinitū. Cū ītellectus humanus uī habeat ad ea cogno
scenda/ que sunt potētia īfinita / pōt ī īfinitū spēs numerorū mul
tiplicare/ & ī aliis multis absq̄ fine p̄ arbitrio progredi. Quod si ītel
lectus diuinus res actu īfinitas non ītelligit/ sed certū dūtaxat nu
merum ītuet̄/ quero nunqd̄ ulterius ītelligere queat: an nequeat.
Si pōt/ deus non ītelligit illa actu oia: ad que ītelligēda uim pos
sidet. si nō potest ītellectus humanus plura cognoscere ualeat q̄ di
uinus. Vtrunq̄ absurdum ē. Res igitur actu īfinitas ītelligit. Qua
propter diuina mens cum sit īfinita / merito nominatur ab Orphi
cis ἀπειρον ὄμμα .i. oculus īfinitus. Ex iis eorum philoso
phorum impius error arguitur: qui finita dum taxat uidere deum
existimarunt: quia quecunq̄ uidentur ab eo comprehendantur:

2
26
& que cōprehēdunt̄ necessario finiant̄. His ī presentia respōdemus:
idē esse deū & que ī ipso deo uident̄ ab ipso. Quisq̄ ergo dicit hac
a deo cōprehēdi nihil dicit aliud q̄ hac cōprehēdi a semet ipsis. Ab
surdū quidē esset/ rē īfinitā ab alio cōprehēdi: Cōprehēdi autē a se
ipsa nō est absurdum. Hoc uero nihil est aliud quā ipsam p̄ se porri
gi. Et sibi met penitus adēquari. Nō ergo finit se īfinitus deus / cū
se modo īfinito īspicit īfinitū. Immo suā cōfirmat īfinitatē. Neq̄ ab
surdum est deū īnumerabilia cernere. Non. n. cernit ea gradatī enu
merando: sed intuēdo summatim. Et sicut plura uidet tanq̄ unum/
dū illa p̄ unam specię actu unico speculat̄/ sic īfinitam multitudinē
uidet rāquam finitam. .i. rāquam rē quādā essentia oio simplicem/
sed quodāmodo ratione multiplicē. Quia formā suam reuera unā
uigore & respectu quodam cōsiderat omniformē. Per idē ac si solis
lux/ colorū fons omnium/ que ut ita loquar unicolor est/ se tanquā
omnicolorem percipiat.

Deus uolūtātē habet: p̄ q̄ illam extra se efficit omnia. Cap. xi.

Mnis causa p̄ aliquam agit formā & agit effectum ipsius in for
ma quodāmodo similem. Ideoq̄ oportet effectus formā a causa
cōprehēdi. Cū uero deus sit omnium causa/ necessariū est in eo omnium
formas esse. Est ergo deus essentia omniformis. Vnde orphicū illud
Ζεὺς εἶδος πάντων .i. iupiter spēs oium: quēadmodū uero ī poten
tia pura. .i. materia sunt omnes naturales forme secundum cōfusam
quandam potētiā/ sic oportet in actu puro. .i. deo oēs secūdū actum
distinctū formas esse. Sed nunquid he forme ī deo difficte sunt secū
dū quēdam nature modū. Quēadmodū ī igne lux: calor: siccitas: le
uitas: p̄q̄ eas agit ductus quādā nature sue necessitate: nequaquā.

Prima rō deus cū oia faciat/ si p̄ formas huiusmōi opat̄/ multo ma
gis multiplex cōpositusq̄ erit/ q̄ quis alia causa: siue illę formę ī eo
essentiales sint/ siue occidētales. Oportet tamē illū eē oium simplicis
simū. p̄ inde neq̄ essentiales eē possunt. nulla. n. essentia usq̄ minus
una ī se esset q̄ diuina. Neq̄ rursus accidētales. Nam quo pacto po
test deus capere qualitates/ non aliunde: cum pati aliqd̄ ab aliquo
nequeat. Non a se ipso. Quippe si a se illas accipit/ quantum eas dat

uicem gerit efficientis: quantum capit/gerit subiecti uicē. Conditiō
nē uero subiecti subire nō pōt agens primū purusq; actus: cui subie
cta sunt oīa. Item substantia nō dependet ab accidente: quanuis acci
dens depēdeat a substātia. Quod nō pēdet ex alio/seorsum ab alio
quandoq; existere ualet. Igit̄ potest substātia quedā seorsum ab acci
dentiū conditionibus limitibusq; existere. Quicquid libertatis bo
niq; esse pōt usq; id totū per summi principis boniq; potentiā eē po
test. Quamobrē deus iam actu illa ipsa substantia est/que potest eē:
imo que est/ab accidentibus libera. Cōducit ad idem q; effectus mo
do quodā prestantiore ī superioribus causis q̄ in se ipsis eē reperun
tur: atq; iccirco in causa summa modo aliquo prestantissimo. Cū ue
ro effectus dei in se ipsis substantie sint: nullo modo ī deo tanq̄ acci
dentia eē debent. Nō tamen illic multe substantie sunt. Itaq; sūt illic
una quedā. i. ipsamet dei substantia. Quandoquidē oportet in deo
cuncta modo q̄ perfectissimo inueniri. Atq; uniti illi sibiq; inuicem
pfectissime. Nequeunt aut̄ mō sublimiore in deo esse: atq; sublimius
uniti tum deo tum sibi ipsis q̄ si in deo sint ipse deus. Non sunt igit̄
in deo rerum forme secundū modū nature distincte: p̄ quas naturali
quadā necessitate non aliter ducā ad operandū q̄ ignis ad cōburen
dum. Secunda ratio. Natura cuiusq; ē una quedā forma uirtusq;
ad unū quoddā opus certo modo determinata/ toto suo impetu fa
ciens quicquid facit: et faciens necessario. Natura siquidem ignis ca
lida unū quoddam/ caloris uidelicet opus facit precipue: atq; eodē
semp̄ calefacit tenore: et quantū in se est/ oēs caloris gradus exercet
ubiq;. Igit̄ q; uno gradu ab ea calefiat materia hec / & duobus gradi
bus illa nō ex agentis ordinatione pcedit: sed ex ordine graduum:
q; in preparationibus materiā reperiunt̄. Itaq; ignis toti operi non
dominat̄. Non. n. auctor est ordinis graduū: qui sunt in opere. Ac si
calores duos generaret extra subiecta: q̄a se toto ageret utrosq; eēnt
equales utriq;. Immo & nunc in subiectis oīo similibus/ similes oīo
equalesq; generat. Pōt utiq; natura uel p̄ diuersa media/ uel ex diuer
sis materiis diuersa facere. Sublata uero mediōrū materiāq; diuersi
tate/ uel unicū uel simillimū operat̄. Neq; pōt quando adest materia:

27
nō operari. Deus aut̄ solus materiā primam corporū & eēntias men
rium animorūq; q̄ plurimas absq; medio subiectoq; pcreat. Que q̄
dem iter se longe diuersę sunt: multisq; pfectionis gradibus inter se
discrete. Merito deus quia primū agens ē usq; adeo uniuerso ipsius
opi dominat̄ ut ipse met & formas & formatū ordinē: graduūq; di
stictōem efficere ualet. Nullum uero agens/ effectus & pauciores &
minus uarios faceret q̄ deus / imo unicū p̄fus ageret deus/ si p̄ solū
mere nature modū oparet̄: cū diuina natura sit omniū simplicissima
Nō ergo naturali instinctu impellit̄ ad agendū. Tertia ratio. Si itel
ligētia ī nobis est efficax: & in angelis efficacior/ oportet itelligētia
ī deo efficacissimam eē. Idē in deo ē natura eius atq; itelligentia. Idē
quoq; opationis naturalis modus atq; opatōis intellectualis ubiq;
eē solet. Siq; dem tam natura q̄ itelligentia p̄ formā agit: & simile ali
quid opatur ī forma. Nō ergo dicendus ē deus aut̄ p̄ nudā naturā
aut p̄ aduentitiam itelligentiā opari. Immo p̄ naturā intellectualem
& itelligentiā naturalē. Deo quia causa prima cōisq; & felicissima est
opatio conuenit naturalis/ que ceteris prior est/ cōmuniōr & faciliōr
Rufus q̄a causa pretiosissima ē cōuenit opatio intellectualis: que
prior est dignitate in nobis/ quāuis non tēpore. Ideoq; ē in rerū or
dine prima. Et tanq̄ pretiosa prestātionibus dūtaxat congruit specie
bus: Propria igit̄ opatio dei ē opatio utraq;. Est aut̄ apud platoicos
unica diuine eēntie p̄t deus est/ pprietas. Est igit̄ utraq; ī deo eadē
opatio. Quarta ratio. Natura nuda bonum hoc respicit aut illud
Natura itlectualis utruersale bonū. Causa igit̄ que p̄ nudā agit na
turā/ ita cōparatur ad causam que p̄ naturam agit itlectualē / sicut
particularis causa ad uniuersalem. Et minister ad architectū. Mundi
itaq; architectus p̄ naturā itlectualē quantū itlectualis ē/ operat̄.

Quinta rō. Illa pre ceteris opatio deo congruit/ p̄ quā deus neq;
ex suo statu/ neq; ex sua simplicitate labat̄. Talis ī primis ē operatio
mētis. Operatio naturalis ab agente quidē incipit: sed desinit in id
quod patit̄: sicut calefactio ab igne in lignum. Intellectualis autem
utrunq; terminū retinet in agente. Per hanc. n. deus dum se speculā
do uersat̄ secū/ undiq; uersat̄ externa. Atq; ut Parmenides pythagō
d

reus iquit rerum orbē mobilē rotat/ dum se seruat imobilē. Opor
ret preterea deū esse penitus uniformē/ quia sup omniū formas exi
stir. Immo & omniformē: quia formator est omniū. Quod uniformis
simul & omniformis eē queat/ sola intellectualis natura facit: p hāc
forma dei se ipsam intuendo se cōcipit tanq̄ propriam formatū om
nium rationē. Videt enī i se quicq̄d est cuiq̄ propriū: dū cernit quo
gradu diuinam formā/ quodlibet imitari queat/ quoue deficere. Ut
ecce: dū intelligit formam suam p modum uite/ nō autē cognitionis
ut ita loquat/ imitabilem/ cōcipit formam ideamq̄ plantanū. Dū ue
ro imitabilem per modum cognitōis quidē: sed nō intelligētie/ ppri
am animalis ideā. Atq̄ ceteras eodē pacto pfecto in omnibus q̄ nō
casu/ sed uel natura uel proposito fiūt/ necesse ē effectōnis finē esse
effecti operis formam. Causa uero agēs/ actionem ad formā non ob
aliud qcq̄ dirigit/ q̄ per formam i ipsa manentē. Neq̄ ad certas diri
git formas aliter q̄ uel p certas formas uel p certas formatū rōes i se
ipsa conceptas. Cū igit̄ mirabilis ordo mundi casu ordinis ex parte
constare non possit: necesse ē in opificis ipsius itelligentia formā eē
ad cuius similitudinē sit effectus. Et quoniā dei pposito uniuersi or
do potissimus est: p̄cipalis penes illum idea est/ idea ordinis uni
uersi. Ratio uero ordinis atq̄ totius haberi non pōt/ nisi rōes pprie
partium omniū ex q̄bus totū constituit̄ habeant. Quēadmodū ar
chitectus edificiū spēm non pōt concipere/ nisi proprias partiū eius
cōceperit rōes. proprie igit̄ in deo sunt omniū rōes: neq̄ aliūde rerū
spēs habent/ ut disticte/ sint/ q̄ unde habēt/ ut sint. Neq̄ diuina sim
plicitas ob idearū multitudinē minus ē simplex. Cū per formā unā
unoq̄ ituitu oēs contueatur. Neq̄ dicitur idea diuina essentia/ pro
ut simpliciter est eēntia/ sed quantum huius speciei uel illius est exē
plar. Quo circa quatenus rationes ex una essentia plures itelligunt̄
Eatenus plures dicuntur idee. Respectusq̄ huiusmōi/ quibus multi
plicantur idee nō a rebus ipsis efficiuntur/ imo ab intellectu diuino
suam ad res eēntiam comparante/ neq̄ sunt ut ita dicā reales respec
tus huiusmōi/ quales illi quibus p̄sone distingui dicunt̄/ sed potius
intellecti. Sub una idea multa & cognoscunt̄ & fiunt. Nō nulla ē

28
per ideam aliorum perspiciuntur: ut pote per ideam boni atq̄ habi
tus malum atq̄ priuatio. Et ut quidam putant/ per ideam forme ma
teria. proprietates quoq̄ substantie per ideam substantie cognoscū
tur. Qualitates uero communes propriis designantur ideis. Quem
admodum architectus per domus ipsius formam omnia efficit acci
dentia/ que domum a principio comitantur. Sed que domui iam fa
cte contingunt/ pura picture atq̄ similia/ per alias disponuntur ide
as. Sed iam diffusius quā proposuimus de ideis/ hic quasi casu quo
dam occasionem nacti tractauimus. Hec autem est/ & si canes quidā
aliter latrāt/ certissima platonis nostri platoniorūq̄ sentētia. Quod
& supra tetigimus/ & alias latius declarabimus.

Robauimus hactenus primam causam uarios effectus suos per
multiplicem sapiētie ordinem operari potiusq̄ per nude simpli
cisq̄ nature necessitatem. Probabimus deinceps uolente deo/ non
operari eum extremos effectus per meram itelligentiam/ nisi accedat
uoluntatis assensus. Quod quidem disputationis huius erat pro
positum. Prima ratio. Causa prima omnia per se/ ut in sequētibus
ostendemus/ ad finem optimum. per uias rectissimas: modo cōgru
entissimo dirigit. Hoc facere nequit/ nisi per intellectum anticipet fi
nem. Discernat uias: metiatur proportionem que inter uias est ac fi
nem. per uoluntatem rursus finem approbet. Ac uiam talem pre ce
teris eligat. hic plato intimeo: phedone: philebo: politico illos phi
losophos detestā/ qui naturalū rerum causas uel ad fortunā uel ad
ipsam siue materie siue nature necessitatē referūt. Ipse uero naturalia
qdē existimat istrumēta qdā itelligentie potiusq̄ agētia. singulosq̄
effectus precipue ad finalē: efficientē. formalē causam ubiq̄ reducit.
Quāobriē siq̄s querat/ quā ob causam terra sit rotūda. Respōdet: quā
uidelicet rotūditatis idea participat: ad cuius similitudinem sapiētia
mūdi artifex iccirco terrā disposuit: quoniā iudicauit uoluitq̄ boni
ipsius gratia fore melius ita sese habere. Secūda ratio. Quod comi
tāt qcq̄d ē/ id enti/ quantum ens ē/ cōuenit. Quod tale ē/ ideo quod pri
mū ens ē/ repiāt oportet. At qcq̄d ē/ hoc habet/ ut & absens bonū ap
petat: & i presenti bono libentissime cōquiescat. pfecto natura: sēsuf
d ii

expers per inclinationem quādam facit. Sensus per appetitum. Intellectus per uoluntatem. Ergo cum deus sit/ ut per ipaterico more loquar ens primum/ quis diuinū intellectum negabit presens bonum suum/ quod ē omne bonum / p uoluntatē libenter amplecti? Sicut ī sua ueritate uidet oīa uera que ipsa illuminante fiunt uera/ ita ī sua bonitate uult bona oīa/ que & ipsius propagatōe nascunt: & ipsa perficiente fiunt bona. Mens autē queliber uolendo facit opa potiusquē uidendo. Vidēdo enī replicat formas intus. Volendo/ eas explicat extra. Videndo respicit uerum. Cui propria puritas est. Volēdo attingit bonum cui propria est diffusio. Tertia ratio. Sensus intellectusque ipsius cognitio quia tanquē imaginariū quiddam ī creaturis est/ nullum substantialem effectum efficit/ nisi per affectum/ quod essentialiale quiddā esse uidetur/ unde quanto uehementius afficitur/ tanto potentius operatur. Quod quidem idicat quodammodo strutiū oculus auidissime intentus ī ouum. Si intelligentia dei in creando efficacior ē quē strutiū intuitus in fouendo/ immo si immense est efficacie/ quod patet ex eo/ quod neque subiecto neque instrumento: neque tempore indiget in creando/ coniectari possumus uoluntatis affectum esse ī diuina intelligentia potentissimum: Adde & iocundissimum/ si mō intelligentia que perfectissima est/ que ue i regerimo & perfectissimo obiecto semp & undique fruitur/ suauissima esse debet. Quarta ratio Vbi non est uoluntas/ que est inclinatio mentis ad bonum/ ibi nō est mentis uoluptas: que est dilatatio uoluntatis ī bonum: & quies uoluntatis in bono. Si non est ibi uoluptas/ ubi est ipsum bonum/ nusquam uoluptas erit/ que ubicunque est/ fit ratione boni. In ipso igitur bono uoluptas est & uoluntas. Affectus huiusmodi si in creaturis ē generationis initium/ certe in creatore ipso ē creationis origo. Quarta ratio. Si agentia omnia tam secundum naturam quā secundum artē opera sua semp ad finem. i. ad bonum ordinant: & bonitate sua id faciunt: accipiunt autē operandi ordinem ab agente primo/ atque illud est ipsum bonum. Constat ipsum opera sua ad finem optimum ordinare. Si enim bona particularia quia bona sunt & quia ordinantur a summo bono/ ad bonum aliquod ordinant singula/ quanto magis

29
uniuersale bonum ordinabit ad bonum cuncta: uidelicet ad uniuersale bonum. Deus igitur ad se ipsum tanquē finem ducit omnia. Nullus enim actionis diuine finis est extra deum. Quoniam finis in eodem ordine locatur una cum eo quod agit ad finem. Estque bonū quiddam: & causam mouet agentem. Nihil autem in eodem ordine cum deo locatur/ nisi ipse deus. Deus alieno non seruit bono. Nunquam enim particulari bono seruit omne bonum. Deus insuper non mouetur ab aliquo. Si dei finis est/ ipsa sua bonitas/ deus suo modo suam appetit & diligit bonitatem. Cum uero & deus sit intellectualis/ & bonitas eius/ intelligibilis/ intellectuali dilectione diligit eā. Dilectio huiusmodi in uoluntate uersatur. Deus igitur uult se ipsum. Vult inquam se tanquam finem sui ipsius & omnium. Ex uoluntate autem finis/ prouenit operatio circa illa que diriguntur ad finem. Quapropter diuina uoluntas ut plato in timeo inquit creaturarū omnium ē initium. Idem apud mercurium trismegistum sepiissime legitur. Putant enim principium uniuersi/ perfectissimum actionis modum habere debere. i. ut uoluntate sua omnino sit effectiois dominus/ qui omnino est dominus effectorum: dominus inquam libera uoluntate disponens. Nam si necessitate uel nature uel intelligentie ageret/ ageret simul omnia atque infinita simul. Singula quoque cogeret/ & momento raptaret.

Volūtas dei necessaria simul & libera ē & agit liberē. Cap. xii
s Atis probatum arbitror deū nō necessitate nature aut intelligētie/ sed uoluntatis imperio singula procreare. Quēadmodum uero uoluntas eius necessaria simul & libera sit/ in presentia demonstrandum esse censeo. Ratio prima. Caueat quisque diligentissime. ne ī ram temerariam impietatem fortuito incidat/ ut aliquando suspicetur/ deum ita esse operarique/ ut forte contigerit. Si nulli unquam rei forte contingit esse operarique/ id quod naturaliter est operaturque/ puta igni non contingit sorte/ sed oportet quod calidus sit & calefaciat. Summo autem enti naturale est ut sit: & summo actui naturale est/ ut agat/ sequitur deum/ qui summum ens/ & plusquam ens: & summus actus existit/ nullo modo secundum contingentiam esse uel agere.
d iiii

Si ubi plus est rationis / ibi fortis est minus / in deo qui summa ratio est / uel fons rationis / nihil potest cogitari fortuitum. Si fortuna non efficit rationem / cum eius contraria sit / imo sit priuatio rationis siue defectus / quoniam pacto producit aut deum aut diuinam aliquam actionem / qualibet ratione superiorem. Si deus est illa ipsa regula ita rerum omnium ordinatrix ut ab eis que proxime secuntur eam / omnem contingentiam auferat / quomodo eum forte quadam obrigit sic esse uel operari? Quamobrem deus non ut obrigit / ita existit : & agit / alioquin nullus usque ordo reperiretur unquam / sed ut decuit. immo ut decet. Decet autem quia decorum. Ipse uero decor / est ipse deus : a quo & per quem omnia decentia fiunt. Immo uero est agitque / ut necesse est. Necesse est per ipsam necessitatem. Necessitas autem ipse est deus. per quem & cetera necessaria sunt / quecunque sunt necessaria. Igitur ita est deus / ut est. Ita agit ut agit. Et quoniam necessitari nulla preest necessitas / ideo ibi est summa libertas. Libertas est appetibilis tanquam bonum. In summa uero bonitate est quicquid usque desiderari potest tanquam bonum. Liber est quicumque uiuit ut uult. Viuit ut uult pre ceteris / ipsa bonitas : cuius uitam uult uoluntas omnis : preterquam nihil aliqua uult uoluntas. Est deus id quod est / ita ut aliud non potuerit esse : quia est / ut ita dicam / omne est omnisque potestas. immo neque uoluerit : quia est omne bonum. Posse autem aut uelle aliter se habere / imbecillitas esset insipientiaque in deterius / imo in nihilum ruitura. Ratio secunda. Si incitamentum boni in singulis maxime omnium necessarium est / & maxime omnium uoluntarium spontaneumque / certe in ipso bono summa nature necessitas una cum summa uoluntatis libertate concurrat : ut alias probauimus. Atque ibi nature necessitas uoluntatis confirmat libertatem : & libertas necessitati consentit / usque adeo ut necessario liber uoluntariusque deus sit : & uoluntarie necessarius. Ratio tertia. Quamdiu res aliqua boni ipsius quasi est expers / tam diu sibi displicet : & aliud quiddam preter se expetit. Quando uero fit boni particeps / iam sibi ipsi placet / seque uult. & talis est iam / qualis uult esse : & quo magis hoc assequitur / eo magis sibi placet : magisque talis est / qualem se esse

2 30
uult ipsa. Quapropter ipsum bonum in primis hoc habet : ut se uelit summope : sibi que placeat. Et tale sit omnino / quale uult ipsum. Ratio quarta. Si quanto magis aliqua deo propinquant / tanto minus seruilia sunt / magisque sui iuris euadunt. Deus sui iuris est maxime / ut non modo qualis ipse suapte natura est / talia uelit / uerum etiam qualiter uult / talis sit omnino : rursus qualia uult / talia quoque faciat / & cuius gratia : nullum enim agens usque uel sue actionis liberum principium erit uel finem sue actioni prescribet / nisi principium finisque uniuersi / & sue actionis sit dominus & finem sue statuerit actioni. Sed ad propositum redeamus. Ratio quinta. In quibus tria hec. scilicet esse : intelligere : uelle / re ipsa inter se discrepant / in iis non est absoluta libertas. Quoniam in rebus huiusmodi modus uolendi sequitur intelligendi normam : hec essendi conditionem : esse denique sequitur eum qui dedit esse. At in deo idem est esse : intelligere : uelle. Quamobrem ita est per uoluntatem suam intelligentie essentieque sue compos / ut non modo sicut est & sicut intelligit suapte natura / ita quoque uelit / uerum etiam sicuti uult / ita intelligat atque existat. Ob hanc forsitan rationem Zoroastri sectatores tradunt deum quodammodo agere semetipsum. Quod in hunc ferme modum quem dicam plotinus exposuit. Deus est actus / non alterius / non circa alterum : sed suimet & circa se ipsum. Est enim actus intra se manens. Quoniam uero actus est propter naturam infiniti boni / infinite secundus : ideo non caret actio. scilicet genito : actio. scilicet infinito. At quoniam & per actum in tantum fit aliquid intimum / & solus deus est infinitus / quod inde actum. scilicet genitum est intra deum / est ipsemet deus. Deus est actus peruigil atque perpetuus : ex se : in se : circa se penitus. Ergo ut agit & uigilat / ita profus existit. Totus nixus diuini actus circa se uertitur. At dum sibi innititur quodammodo se ipsum agit. scilicet gignit : quasi respexerit alio / se perdet. Quapropter esse diuinum / actus est ad se ipsum : quando non esse diuinum foret actus ad aliud. Deus uult se ipsum. Velle autem & agere immo etiam esse idem est omnino. Igitur se uolendo / se agit. scilicet producit / imo se iam ponit uel signat in esse. Ex iis confici uult plotinus / deum non ita esse : ut forte obrigit : uel ut

d.iii

coegit necessitas / sed ut uigilat / agit atq; uult ipse. Sed hec deus ipse uiderit. A nobis uero id tantū ubiq; affirmari optamus / quod deo sit dignum. Quale est quod ante proposuimus / in deo uidelicet cū summa necessitate summam congregari libertatem. Ratio sexta. Sola diuina bonitas est absolutum diuine mentis obiectum. Nā que liber uis equari obiecto potest: excedere minime. Nihil autem extra deum est quod deus excedere nequeat. Vult autem se ipsum deus absoluta quadam uoluntatis necessitate. Vltimum nanq; finem suum necessario uolunt omnia. Diuina bonitas / dei finis est ultimus cuius gratia uult quicquid uult. Aut ergo fatēdum est deum nihil uelle / atq; esse gustus omnis expertem: quod est absurdum: aut affirmādum / siquid uult / necessario uelle se ipsum: presertim cum in deo esse ac uelle sit idem. Volendo se / uult reliqua omnia: que pro ut in deo sunt / sunt ipse deus: pro ut ex deo manant / sunt diuini uultus imagines. Atq; ad diuinam bonitatem referendam comprobādāq; tanq̄ ad finem precipuum ordinantur. At uero ille diuine uoluntatis actus / qui pro ut diuinā respicit bonitatem / absolute necessarius est / ille inquam prout respicit creaturas / a quibusdam non absolute necessarius appellatur. Nam quāuis uoluntas finem ipsum necessario uelit omnino / ea tamen que diriguntur ad finem / conditionali quadam necessitate uult: imo etiam nōnunq̄ nulla necessitate uult siquid ex illis est: sine quo finis possideri queat. Diuina autem bonitas non indiget creaturis. Ratio septima. Conducit ad hec / q̄ deus uolendo propriam bonitatem / non ob aliud uult alia bona: nisi tanq̄ ipsius imagines. Cum aut diuina bonitas immensa sit innumerabiles ad eius exemplar effingi imagines possunt: innumerabiles inquam preter eas insup que in his seculis effiguntur. Itaq; si ex eo q̄ propriam uult bonitatem / necessario esse uellet singula / que imitari eam possunt / certe uellet infinitas creaturas existere / ī finis mōis diuinam bonitatem representantes. Si autē uellet / utiq; eēt. Sed hac in re meminisse oportet / ut placet diuino Tōme aquinati nostro / splendori theologie / quanq̄ diuine uoluntatis actus secundū

2
31
conditionem positionem uē quadam dici potest rem hāc aut illā necessario uelle: uidelicet postq̄ semel eam uoluit / cum sit diuina uoluntas non aliter immutabilis q̄ essentia: ipsum tamen suapte natura non habere eum necessitatis absolute respectum ad effectus suos quem ad se ipsum habet. Ratio octaua. Si deus est perfecta entis causa / atq; ens proprius est effectus dei / eo usq; saltem dei actus amplificare se potest / quousq; entis potentia potest amplificari. Presertim cum passiuam potentiam ab actu superiore duci oporteat: at in huiusmodi potentia entis continetur quicquid rationi entis non aduersatur: quemadmodum in potētia corporalis nature sunt / que cunq; naturam non auferunt corporalem. Nihil autem effingi pōt: quod entis rationi repugnet / nisi eius oppositum. Hoc igitur est: quod dicitur non ens. Contradictio sola rationem non entis includit. Quecunq; igitur contradictionem nullam includunt / ut peripatetici putant / in entis potentia includuntur. Atq; ea omnia potest deus efficere: quod inde confirmatur: quod mens exclusa contradictione potest per omnem / immo per immensam entis latitudinem se porrigere. Non debet autem effectrix dei potestas minus ampla esse / q̄ mentis potētia machinatrix. Adde q̄ si diuinus intellectus bona innumerabilia intueret: uoluntas autem eius ad omnia illa se potest conuerrere / que intellectus offert tanq̄ bona / consequens ē: ut uoluntas dei finitis obiectis non adstringatur. Igitur & potestas eius ad infinita se porrigit. Quorsum hec? Ut intelligas quicquid contradictionē non includit / diuine potentie subici. Atq; cum multa non sint in natura rerum / que tamen si essent / contradictionem nullam inferent / quod patet precipue circa numerum: magnitudinem ī reruallaq; stellarum / scias plunima sub diuina potentia contineri / q̄ tamen in rerum ordine nunquam reperiuntur. Et cum deus eorum que pōt quedā faciat / quedam nō faciat / eū nulla uel nature uel intelligentie uel uolūtatis necessitate / sed libera uolūtatis electione talia opari. Rō nona. Nō iūria deus electōe ut ita dixerit q̄dā opari dicens ē. Siqdem agentia oīa quecunq; p̄ aliud agunt / ducunturq; ad

operandum/reducenda sunt ad agens primum/quod ita per se agat ut se ipsum ad agendum ducat. Ergo ut in actionem suam penitus se conuertat. Ergo ut intelligat uelitque operari aut non operari: rursumque ita uel aliter operari. Que autem hoc modo proficiscuntur a deo nullus ignorat electione libera proficisci. Nullus tamen sapiens nescit/electionem in deo ab essentia non differre.

Erum ne putet forte aliquis/ diuinam uoluntatem/ si ad creata respexerit/ singulis uim inferre/ meminisse oportet uoluntatem dei malle uniuersi bonum/ quod apparet alicuius particule commodum. Nam in illo bono expressior fulget diuine bonitatis imago: bonum illud in ordine quodam uidetur consistere. Exactus ordo requirit: ut omnes rerum gradus in uniuerso contineantur: ita ut quedam sint cause stabiles: quedam mobiles. Et ille que mobiles sunt/ effectus producant in super magis uagos/ & quodam uariabili modo. Nam effectus proximarum causarum modum potiusquam remotarum imitari uidentur. Deus autem non modo res ipsas uult esse/ uerum etiam eandem diuinos modos/ qui ad eas per consequentiam requiruntur. Cum uero rebus quibusdam secundum nature sue modum conueniat: ut sint quodammodo contingentes. Deus eligit aliquid/ ut theologi quidam inquirunt/ quodammodo secundum contingentiam euenire. Nihil tamen ita preuaticatur/ ut uel ordinem uniuersi perturbet: uel ordinatoris effugiat prouidentiam.

Deus amat & prouidet.

Cap. xiii.

I deus sibi ipse placet/ si amat se ipsum/ profecto imagines suas & sua diligit opera. Diligit faber opera sua: que ex materia fecit externa. Amat multo magis filium genitor: quem ex materia intrinseca generauit: quamuis eam prius acceperit/ dum comederet/ aliunde. Amat deus ardentius sua quamlibet opera: cum non accepit aliunde materiam sed ipse idem materiam creauerit/ & forauit/ quo fit ut & solus & totius operis causa fuerit. Si deus usque adeo amat opera sua bona illis uult: quod non uult consequi. Igitur bene illa disponit: & summa sui bonitate disponit quod operi

me. Sicut enim fecunditas procliuitasque ad agendum agentibus omnibus ab agentis primi fecunditate/ ingenita est/ sic diligentia in custodiendis operibus inserta est/ singulis a diligentia prima agentis primi omnium tanquam filiorum procuratoris. In quo quanto maior fecunditas est quam in ceteris/ tanto & diligentior prouidentia.

Rursus deus sui gratia facit cuncta: quia si ad alium finem preter se ipsum ageret/ ab illo fine penderet actio dei. Ergo & ab eodem agentis diuinitas. Ab eodem quoque deus: cum idem sit deus deique uoluntas. Si ad dei finem facit omnia/ atque summum est bonum/ ad bonum ut plato uult in timeo/ cuncta disponit: ita ut singula pro natura sua diuinam capiant bonitatem. Preterea cum omnia bonum appetant/ bonique appetitio bona sit/ & ideo ab ipso sit primo bono/ unde sunt bona omnia/ sequitur ut a diuine bonitate illecta/ diuinam appetant bonitatem. Quis igitur negauerit deum res gubernare/ cum ad bonum dirigat finem. Elementa membraque mundi contraria/ sua inter se natura forme uirtutisue pugnantia/ quo pacto coirent in unum/ Ac manerent tam diu inuicem copulata/ mutuarereturque sibi uicissim naturas motusque/ & mutuareretur/ nisi ab una aliqua excellentiori uirtute connecterentur/ Porro si mundi gubernatio his membris eius inter se contrariis relinquatur/ hec ponderibus librata suis locisque disiuncta inuicem non miscebuntur. Ac si misceantur/ nihil aliud agent/ quam calida/ frigida/ sicca/ humida/ rara uel densa/ & reliqua generis eiusdem. Ordinem uero formarum/ figurarum/ reuolutionum nullum constituent. Siquidem & in artibus/ huiusmodi ordinem non materia facit: non instrumenta/ sed sola artificis cogitatio. Et si celum quodammodo elementa regit/ non tamen ita regit/ quin ipsum aliunde regatur. Tanta enim in ipso diuersitas formarum/ uirtutum/ motionum non ab ipsis celi corporibus suapte natura diuersis mobilibusque/ sed a uirtute quadam superiore/ per se una profus & stabili in ordinem unum stabilemque dirigitur. Denique naturale agens siue elementale siue celeste/ tum quia mobile est/ ideoque egenum imperfectumque semper aliunde dependet: tum quia necessitate nature/ sequitur toto agit quicquid agit/ ideo mensuram modumque agendi per certos

gradus certo fini conuenientem a rectore quodam superno sortitur. Calidum enim seu secundum formam siue secundum uirtutem simpliciter ubiq; & omnino dissoluit: frigidum uero condensat. Quod igitur tam illud utiliter conuenienterq; dissoluat: q̄ hoc simili ratioe condenset: idq; continue & ordinatissime faciant: non a natura simplici: non a casu: sed a causa superna suscipiunt. Et quia spere continuo motu continue a presenti habitu digredientes: in se ipsis non quiescunt: ideo & sunt & mouentur ab alio: penes quem sit finis: cuius gratia mouentur & agunt. siquidem finis motiones ad finem intentione quadam necessario antecedit: hinc aristoteles in libris diuinorum ait: sicut ordo partium exercitus inuicem & ad totum: procedit ex ordine totius adducem unum: ita ordo mundanarum partium inuicem & ad totum: pendet ex ordine totius ad deum. Vnde concludit: sicut exercitus ordo est in duce: ita mundi totius ordinē esse in deo uno tantū principe mundi. Proinde partes mundi & corpuscula quelibet ad certum finem per uiam ordinatissimam & commodissimos modos aut semper aut plurimum ita proficiscuntur: ut peragant sepiissime opera sua quanto melius effici possunt: perinde ac si artem intus haberet: & artem quidem absolutissimam. Immo tam mirabili ratione progrediuntur: ut humanam artem rationemq; exuperent. Et cum ipsa corpora sui motus ignara sint: ac propterea finē ad quem non casu: sed necessario tendunt: sibi ipsa prescribere nesciant: habeant tamen prescriptum: alioquin non ad hūc magis finem q̄ ad alium pergerent: constat eis ab alio quodam finē prescribi quē appetant: a cuius sapientia ita ducantur ad finem: sicuti sagitte ad signum a prudentia sagittarū diriguntur. Vbi nam hec sapientia est? Si in summo deo: prouidet rebus deus: cum conciliet inuicem repugnantia: ne se uicissim intermānt. atq; ad fines optimos cuncta perducit. Sin in alia quāuis infra deum angelica mente uel anima: sciro deum omnia quae infra se sunt mouere. Quare si angelica: mens aut anima quedam regit mundum: ducitq; ad bonum: certe & ducta a deo & dei uirtute id agit. Quapropter deus primus ac summus est rector: q̄ prouidere potest omnibus: si potest per intellectū oīa face-

2

33

re: cum prestantius sit per intelligentiam facere quam considerare & conseruare iam facta. Scit etiam regere cuncta: si facere non nesciuit. Vult deniq; gubernare & custodire: que sua sunt: que fecit ipse quibus nō inuider bene essendi dona: postquam non inuidit munus essendi.

Gubernat autem quelibet facilitate mirabili. Neq; enim alienas tractat materias quas acceperit aliunde: sed suas: quas facit ipse. Neq; attingit extrinsecus: sed intrinsecus agit. Inest namq; rerū omnium penentralibus. Neq; laborat circa plurima: sed per ipsum eē suum: qui uniuersalis omnium cardo ē: sequentes uersat cardines. i. eētiam uitā: mentem: animā: naturā: materiam. Atq; ut platonius aliquis diceret: per cardinem quoq; cuiusq; ordinis propriū: ipsum propriū uersat ordinē. i. per unā eētiam eētias oēs: per uitā unam: uitas: per mētē mentes. per unam similiter animam singulas aīas: per naturā: naturas: per materiam uero: materias. Neq; eius decreto aliqd reluctat: quia immenso itervallo supat oīa. Diuine de diuina natura ita cecinit orpheus: ἀέναν ἰποε λιπι νοόν πύμα Διευοῦσα .i. perpetuo cardine uelocem ipetum uolūtās. Cōpertum ē esse in animali neruū quēdā circa nucam quem qui trahūt: cuncta simul aīalis membra ita mouēt: ut singula propriis motibus moueant. Simili quodā tractu scribit Aristoteles in libro de mūdo a deo mundi membra moueri. Vbi prouidentia asserit aptissime. Quā in decimo quoq; moralium significat: & in phisicis ubi pbat naturam certū ubiq; optimumq; finem respicere: opa q; ipsius: opera esse itelligētie non errātis. Vidimus florētie germani opificis tabernaculū: in quo diuersorū aīalium statue ad pilam unam cōnexe atq; librate: pile ipsius motu simul diuersis motibus agebantur: alie ad dextram currebant: alie ad sinistram: sursum atq; deorsum: alie sedentes affurgebant: alie stantes inclinabantur: he illas coronabant. Ille alias uulnerabant. Tubarum quoq; & cornuum sonitus & auium cantus audiebantur. Aliaq; illic simul fiebant: & similia succedebant q̄ plurima: uno tantum unius pile momento. Sic deus per ipsum esse suū: quod idem re ipsa ē: ac intelligere atq; uelle: quod ue ē simplicissimū quoddā oīum cētū: a quo ut alias dixiūis reliq; tanq̄ linee deducūt: facillimo nutu uibrat quicquid inde depēdet.

Taceat igitur Lucretius epicureus / qui casu fieri ac fieri uult mundū. Et cōstantē formosissimi ordinis habitum ex instabili deformiq; priuatione ordinis pficisci existimat. Perinde ac siq; ex insipientia sapientiam & ex tenebris nasci lucē arbitrareē. An tu lucreti quotiē casu absq; cōsilio & proposito fine moueris / totiēs uno quodā recro tramite ad certū eūdēq; terminum proficisceris / nequaq;. Sed hac & illac oberras. An quando absq; arte & prescripto fine tractas lapides tūc ordiatissimis: & cōtextis inuicē parietibus edificū cōstruis & aspectu pulcherrimū & usui cōmodissimū / nequaq;. Sed deformē inutilem q; cōgeriem. Cōsidera plantas & aīantes / quarū singula membra ita disposita sunt / ut alterū alterius gratia sit locatū. Alterū seruiat alteri. Certe uno sublato / tota ferme compago dissoluit. Cūcta deniq; membra / totius cōpositi gratia sunt digesta. Et cōpositū ipsum .s. plāta & animal cōuenientibus istrumentis istructū ad opera nature pprie necessaria / omnibus alimēta loca tēpora q; prouisa: terra & aqua his alimēta parant. Celū tēperat aquā ac terrā. Tādē partes mūdi cūcte ad unū quēdā totius mundi decorē ita cōcurrunt / ut nihil subtrahi possit: nihil addi. An si tu omni cōsilio fuisses arboribus & animalibus prouisurus / aliter prouidisses / nō aliter: sed neq; tā bene: cōsiliū igit cōsilio tuo melius ista disponit. Alioquin uideres quotiē q; plurimis tā mēbra quēdā sua q; istrumenta ubiq; deesse. Item ex equi femine nasci canes: ficus ex malis: & mēbra hominis annexa leonibus: hominibus asinorū: cadere stellas: ascendere lapides. Nūc uero quia singule mūdi partes certis feminibus orre: distinctis figuris predite recta uia cōgruis tēporibus & ordinibus: pulcherrime & cōmodissime certos petūt terminos / atq; repetūt / cōsequens ē ut eodem modo moueātur / quo & illa que arte & consilio mouentur humano. Si modo eodem / ergo eadem pene arte eodemq; consilio: & tanto prestāiore / quanto pulchrius & stabilius ordinant. Cōsilio inq; non ambiguo & mobili / sed certo penitus atq; subito / & intuitu potiusq; discursu. Si enim in opere non est mora uel transgressio usquam uel retractatio: nō est ambiguitas in opifice. Intuitum huiusmodi per translationem quandam consilium appellamus:

2 32
nō q; tibi alia inuestigent ex aliis: sed quod alia aliorum gratia fiant. Solēt inertes homines de artificii cōsultare. At uero qui artē pfecte callet / nihil cōsultat amplius. Sed ita habitu facit / sicut natura formis. Quod si ē ars alicubi pfectissima / ibi certe ē / unde mirabile hoc opus mundi disponit. Artē huiusmodi in natura fortasse locabis se sus omnis experte. Ego uero sensu carere te dicā / si tā fuens alienus a sensu / ut nō sentias si bestiole queq; terrene sentiunt / oportere multo magis totū mundū & artificē omniū naturā sensum habere: sensū inq; rationalē: si rōnabilius sua opera ordinat q; hominis ratō. Ad mirationē minuit diuturna cōsuetudo. At si parentes tui te clausa undique domo sic ab infantia educauissent / ut mirabilē hunc mūdi decorē ante annum etatis trigessimū nō uidisses / pculdubio nouit deide harū rerū spectaculū eēs usq; adeo admiratus / ut quīs āte ambiguus / postea tamen nunq; ambigere potuisses / quin cuncta unius sapientissimi artificis prouidentia fiant atq; regant. Fateamur igitur necessariū est lucreti / q; cū partes effectusq; mundi constanti ordine pcedant / nō potest totus ipse mundus preter cōstāriam ordinemq; uel nūc procedere uel ab initio prodisse. fateamur deniq; q; neq; sua sponte mouerē mundus sine uita: neq; tā diu tam equaliter uoluitur sine potētissima uita: neq; tāto ordine sine sapiētissima mēte: neq; tā optime & commodissime absq; summo bono. Sed uita quēdā una regina unius mūdani corporis potētia: sapientia: bonitate precellēt mundū prouidentissime & ab initio & cōtinue pducit ad optimum. Hec uel sūmus ē deus / uel dei summi pedissequa. Si sūmus ē deus deus prouidet certe. Si dei pedissequa / deus etiam prouidet. Quoniā primū principium sui ipsius gratia agit mouetq; cuncta. Diuine de ioue dixit orpheus: πάντογενεῖς ἀρχὴ πάντων πάντων τε τελευτή: .i. omnium genitor / principiūq; & finis. Ideo si uita mūdi prouidet profecto ducta a deo ad dei prouidet finem. Igitur ad dei bonitatē omnia deniq; dirigunt. Atqui hec bonitas cū totus operis sui habeat curam / certe partes negligit nullas. Ex singulis enī cōstat optimus totius cōpositi status & habitus. Totum hoc orpheus sic expressit. πάντες ὁρᾶσ καὶ πάντες ἀκόνεισ καὶ πάντα βραβεύεισ .i.

omnia intrus inspicis: oia intrus audis: oiaq; distribuis. Quonia uero tota mundi compago gratia diuine bonitatis referende e instituta / & partes mundi gratia ipsius copagis apposite sunt: no est in toto hoc opere summa prorsus pfectio requirēda / sed quanta sufficit ad sublimiorem auctoris pfectionem p uinibus indicandā. Neq; exigēda e in qua uis mundi parte quelibet partis illius pfectio: sed que ceteris partibus concinat / totiq; conducat. Sic licet nonnunq; aliqua particule alicuius mundane conditio uideat p se esse culpanda / si tamen ad totius statū comparet / inueniemus non aliter mundū posse bene e disponi q̄ ita. Sane uniuersi conditor nō totū ipsum ad partes ullas / sed partes potius ad totū refert. Merito igit que alicubi circa partes uel mala uident uel deformia / deniq; in totius ornamentum bonūq; euadunt. Quapp apud orpheum deus uocatur. *διαιος ζωη ἡ δαθανατητε προσωια* .i. sempiterna uita immortalisq; prouidentia. Hāc prouidentia mercurius esse dicit generis humani tutricem. Et plato in.iiii. legum libro iquit deū continere picipia: media finesq; omnium: ambire cuncta: ac recte disponere singula. Mitibus religiosisq; uiris ee propitiū: superbos impiosq; punire. Neq; tolli putat p diuinam prouidentiam / nostri arbitrii libertatē: imo seruari. Quod aperit in. x. libro de re. p. In libro etiā de regno & in critia. Quia deus nō tam sciēdo facit q̄ uolendo. Alioquin simul cūcta fecisset / & faceret: faceret quoq; mala. Itē sicut i prescientia dei / futuri scripti sūt rerum euēntus / ita & euēntuū cause modiq; agendi. Et sicut opa nostra nota sunt deo / ita & nostra uoluntas / que nostronū est operum causa / & modus liber agendi. Sicut enī prouidet te id facturum / ita prouidet te ita .i. uoluntate libereq; facturū. Quare diuina prouisio si conditionis alicuius positōe reddit necessaria nostra opa / reddit necessarium. .i. confirmat similiter agendi modū: hoc e nostri iudicii libertatem. Quonia deus nostronū omniū temperator cuiq; rei conseruat non subtrahit naturam quā dederat. Sic dum regit cuncta / singula p singulorum regit natura: ascēdentibus elementis ad ascensū conducit / descendētib; ad descensum. Si regit animalium motum quia ille natura sua progressiuus e / confert ad gradiendum. Si celos

43. 39.
ducit / quia ob rotunditatē natura uolubiles sunt / confert ad circuius ambitum. Si aios pulsar / quia illi sursum deorsumq; libere uolubiles sunt / pulsar & libere: ita ut alliciar: nō trahat: nō cogar: sed persuadeat. Quod Zoroaster ita testat: *πατηρ οὐ φόβον ἐν ἑρωσκέϊ πειθῶ δειπχεῖ*. .i. pater nō incutit metum: sed persuasionem iducit. Quoniam uero motor primus preualere debet & dominari: ideo sic aios ut plato uult / quasi cogit ad bonum ut bonum ipsum nolle nō possint. Bonum enī necessario uolūt oia: cuius ratōe uolūt quicqd uolunt: sicut necessario malū ipsum nolūt: cuius rōe nolunt quicquid nolūt. Nā si adequatum appetitus obiectū est ipsum bonū / certe bonitas e ratio ipsa appetitui appetendi quicqd appetat: ita ut in omni re quam appetit / nō aliter bonū appetat / q̄ uisus i omni colore uideat lumen. Ac si appetat ultenus nihil appetere: hāc quoq; appetēdi uacationē eligit tanq̄ bonā. Animus igit necessario fert ad bonū. At quia deus debet naturam animo propriam reseruare. Ideo iudiciū ipsi relinquit liberū / p quod de agēdis suo more cōsultet: atq; emultis sibi ppositis aliud alio melius iudicet: & quod aptius ad bonum consequendum censuerit / eligat.

Descēsus p quicq; gradus fit / p quos e factus ascēsus. Qui gradus inuicem congrue comparantur. Cap. i. **T**ertius liber. a Scendimus hactenus a corpore i qualitatem. Ab hac in aiam: ab anima i angelū. Ab eo in deū / unū uerū & bonum / auctore omnium atq; rectorē. Corpus appellāt pythagonci multa. Qualitatē multa & unum. Aiam unū & multa. Angelum unū multa. Deum deniq; unum: qa corpus ad quālibet spēm ideterminatū e & suapte natura sine fine diuiduū: cuius materā i infinitum fluxurā iquiunt: nisi forma sistat & uniat. Qualitas ad materā spetie terminandam confert / & e p se quodāmodo indiuidua. Sed p amixtionē corporis fit diuisibilis. Anima materā spetie terminat / neq; p se neq; p inq̄nā rōem corporis e diuisibilis sed mobilis multitudo. Angelus recepraculū spērū e & multitudo imobilis. Deus sup spēs imobilis unitas: deū aiūt p se oīo idissolubile ee / quia ipsa unitas statūsq; sit. Corpora uero ex elemētis cōposita / prsus dissolubilia: quonia in eis &

multitudo unitatē & motus super statum. Sed angelos: aīas . speras
& stellas / dissolubiles quodammodo: quatenus partes ha-
bēt . esse tamen idissolubiles: propterea quod in ipsis unitas statusque mul-
titudinem motūque exuperat. Hic autem est nodus ille diuinus / quo
deus / ut timeus putat / hec pro se solubilia / semper idissoluta conseruat.
Tam potēs ē unitatis ipsius statusque munus / ut in infimo solū uni-
uersi gradu excedi ab oppositis uideat. Sed tamē iterum ibi quoque
quodammodo uincat: siquidē materiā ipsam infinite multitudini mutati-
onisque subiectā / semper custodit in unitate substantie atque ordinis perma-
nentē. Est utique deus unitas ut probauimus. Est & immobilis: quia
neque ab alio mouetur / cum nihil sit illo ualidius: neque a se ipso: quia ad meli-
us se transferre nequit: cum sit ipsum bonū. Ad deterius autem nihil sua
sponte se mouet. Ac si deus fluere de alio dicatur in aliud: queremus
nunquid nouū aliquid assequatur. An nihil. Si nihil assequitur nouū / neque
mutatus ē quidē. Si noui aliquid ante non omnia possidebat. Quod non
possidet omnia non ē deus. Deus ex eo quod ē ubique / non mutat locū
ex eo quod est omnium finis / circa aliud non mouetur. ex eo quod ē simpli-
cissimus / etiā in se est immobilis. Nam si moueatur in se / aut partem ipsius al-
teram / ad alterā admouebit: aut saltē noua quedā in se ipso cum ueteri-
bus congregabit. Erit . n. per substantiā quod erat ante: ac nouā in se
induet formam: neque eē poterit simplicissimus. Denique deus ipse uni-
tas ē. Unitas status ipsius ē fundamentū. Quia sicut in multitudinē
motus progreditur / sic unitati status innititur. Illud . n. in quauis natura
stare dicitur: quod unū in ea continue habitū ita possidet / ut ab eius na-
ture unitate non discedat. fundamentū uero status omnis quis dixerit
esse mutabile: possumus autem rationes huiusmodi per argumentationē
illam numenii pythagorici confirmare. Quicquid inquit secundum
preteritū futurumque mutat: priuationē quandā habet admixtā. fu-
turum enim nodum est. preteritum non amplius est. In deo autem
cum ipse sit primum ens actusque summus / nulla est priuatio. est igitur
mutabilis. Angelus quoque immobilis est: quoniam a deo totius bo-
nitatis fonte / bonum pro se ipsum auri absque medio: & uno eternita-
tis punto impletur inde / ac permanet semper bonitate plenissimus.

3 36

Quoniam uero omnis effectus extra causam suā productus aliquid cau-
se seruat / & inferior etiā euadit quā causa: ideo angelus proxime deo
creatus / aliquid dei seruat / amittit & aliquid. Deus quidē unitatem
habet & statū. Retinere utrumque non potest angelus. Esset . n. deus ipse /
non angelus. Neque etiam amittit utrumque: ne proximū ac primum dei
opus / euadat operifici dissimillimum. Quid ergo unitatem ne solam
retinebit: an statum / solam ueritatem nequit sine statu. Unitas enim
ipsa ē prius immobilis. Itaque retinebit statū: sed a simplici decidet uni-
tate: ut angelus sit immobilis multitudo. Neque iniuria multitu-
dinem angelo assignamus. Quia si sit perfecta & absolutissima uni-
tas / erit summa & iterminata potestas. Siquidē uirtus in unitate con-
sistit. Iterminata potestas unus ipse ē deus. Porro si corporis propriū
est suscipere atque pati. Nature autem incorporalis propriū dare & agere
In natura corporali dicitur esse potentia / potētia . s. ut ait theologi su-
sciptura atque passiuā. In natura incorporali actus . i. efficacia ad agen-
dum. Ideo qualitas quia per se quodammodo incorporalis ē aliquā agen-
di uim hēt. Vnde & actus cognominatur. Quia uero in materia suscipitur /
& diuiditur / fitque idē quodammodo corporalis / hic non merus ē actus / sed
passione corporis inquinatus. Cōstat igitur qualitas ex actu atque po-
tentia. Anima licet sit a materia seperabilis / atque ob id actus dicatur
& a passione corporis aliena / tamen nondū merus est actus. Est enim
mobilis. Si mouetur aliquid per motum nanciscitur / quo ante caruerat: ut
carebat / potētiā illam habet / quā susceptiuam & quodammodo
passiuā potētiā nuncupamus. Ut agit mouēdo non nihil ē actus /
& dum acquirit aliquid / etiā actus efficiatur. Est ergo anima ex potētia
& actu cōposita. Sed nunquid angelus actus est merus / minime. De-
us plane quia distat penitus a materia / in qua passiuā potētia ē / sine
ulla agēdi uirtute. Ideo merus esse intelligitur uigor agendi seorsum
a suscipiendi patiendique natura. Si deus est purus actus / nequit an-
gelus esse talis. Quia quod unū in se est / nunquid fit plura / nisi per aliene
nature additamentum. Unica est ipsius puri actus natura & defini-
tio. in deo quidem est ut patet. Quod si etiā in angelo dicatur esse:
Interrogabimus nunquid in angelo sit aliquid aliud preter actum.

eii

nec ne: Si nihil/ unus solummodo restat actus purus. Siquidē nihil differt actus qui tribuitur angelo/ ab actu dei. Cū nihil insit utriusque preter actū: & actus ipse sua ratione sit unus. Sin additum ē aliquid angelo preter actum/ non amplius ē angelus purus actus: sed infectus p̄mixtione: & actus non absolutus/ sed talis potius aut talis. Sicut nō est pura lux que uiridis ē uel rubens: sed ē & lux simul & qualitas elementorum aliqua/ p̄ quā rubēs fit uel uiridis. Quapropter angelus quoque ex actu componitur & potentia: atque hoc ē quod in philebo uult plato/ ubi ait deum eē rerum omnium terminum infiniti expertē. Res autem alias preter ipsum omnes ex termino & infinito componi. Terminum uocat actū: infinitum uero potentiam/ que secundum se indeterminata terminatur & formatur ab actu. Sed ut ad rem ueniamus/ potentia quidem angeli in eētia sua est: que prius quodammodo fit a deo quā ab ipso formatur. in primo namque creationis sue momento angelus ē solummodo In alio ab auctore illustratur/ ut sit intelligens atque formatur. Idcirco eētia illa principio informis ē quodammodo: & tanquam passiuum subiectum quoddam exponitur ad actum intelligendi/ & formatum idearumque ornatum suscipiendum de quo zoroaster ait. πάντα γὰρ ἐφ' ἑτελεσε πατήρ καινω παρ' ἑδωκε δευτερον. i. omnia profecit pater. & menti prebuit secunde. Est igitur angelus multitudo/ cum constet ex pluribus. Multitudo inquam immobilis. In illo certe/ deo inferior ē/ quod non est uera unitas/ sicut deus. In hoc propinquat quod est ferme ut ita loquar sicut deus immobilis. Recte post deum immobilem unitatem/ ponitur angelus immobilis multitudo. Post angelum anima que longius etiam distat a deo: quia est mobilis multitudo. Multitudo quidem est: cum nihil post deum/ eē queat unitas simplicissima. Est quodammodo mobilis: quia longius recedens a deo/ propinqua fit corporum qualitatibus/ quod penitus agitantur. Si omnino immobilis esset/ esset utique angelus. Si omnino mobilis/ esset qualitas. Medium tamen aliquod inter angelum eē oportet: & corporum qualitates: ne omnino immobilis angelus/ omnino mobili qualitati sit proximus. Sit itaque partim immobilis/ partim et mobilis. Stabit eius substantia/ neque in maius minus uel aut hoc aut illud mutabitur. Fluere autem operatio/ & modo hec modo alia/ atque aliter & aliter operabitur. Qualitas autem anima

3 37
inferior est/ quandoquidem per essentiam operationemque mutat. Qualitate inferius/ corpus. Qualitas .n. mouet & mouetur: mouet enim corpora. Corpus mouet quidem/ mouetur nihil. Angelus quidem quod sit unum quiddam/ & quod sit actus/ non a se ipso habet/ sed a deo uere uno actuque purissimo. Sed quod sit multiplex per potentiam suscipiendi & patiendi habet ex se ipso quatum extra deum productus a productoris perfectione degenerat. Multitudo igitur naturalis ē angelo. Anima quoque quod una quedam substantia sit & quod sit actus stabilis per essentiam/ non a se ipsa/ sed a deo formatur actu uno & stabilissimo. Quod uero multiplex sit & passiuum ex se ipsa possidet/ quia sub deo locatur. Quod denique mobilis: ex se ipsa rursus: quia sub angelo. Sicut igitur unitas naturalis ē deo: & angelo multitudo: ita motus naturalis est anime. Lux dei producit angelum: sub dei. s. umbra: lux dei animam sub umbra producit angeli Angelus a dei uno actu/ unitatem stabilem adipiscitur: sub dei umbra cadit in multitudinem: anima a dei luce statim nascitur/ sub umbra dei multitudinem/ sub angeli umbra mutationem. Fons unitatis deus Fons multitudinis angelus. Fons motionis est anima. Deus per se ipsum unitas. Angelus per deum ē unus: per se multiplex. Anima per deum una. Per dei umbram. i. quia sub deo est simul cum angelo/ multiplex per se ipsam mobilis. Qualitas per superiora habet ut moueat aliquid. Per se habet: ut materie misceatur. Corpus per qualitatem ut agat Per se solum ut patiat. Qualitas uno gradu excedit corpus/ quod mouet ipsum. Vno saltem cedit anime/ quod mouetur ab illa. Anima saltem uno excedit qualitatem/ quod ex se ipsa mouetur. Vno cedit angelo/ quod mutatur. Angelus animam uno quod manet. Deo cedit uno quod multiplex. Deus tamen per hoc unum abire super omnia in infinitum. Quod ita cecinit Zoroaster: πατήρ ἑαυτὸν ἠρπασεν οὐδὲ ἐν δυνάμει νοερα κλεισασ ἰδιὸν πῦρ. i. pater se ipsum rapuit: neque in mente quidem que illum sequitur proprium inclusit ignem. Quasi dicat nullam habet cum ceteris comparisonem. Corpus ab alio mouetur solum. Nihil enim natura sua facit. Qualitas mouet aliud & mouetur ab alio. Anima mouet quidem aliud Sed a se ipsa mouetur. Angelus mouet alia. i. agit in alia/ ipse quidem stabilis: sed non stabilis per se ipsum. Nam per diuinam stat unitatem.

Quid enim aliud stare est ut diximus: quod in nature sue unitate perseu-
rare. Mouet quoque per deum. Virtute. n. primi actus agunt agētia om-
nia quicquid agunt. Deus per se mouet agitque omnia: ipse quidem stabilis per
se ipsum. Sane quia omnia que per aliud talia sunt/reducuntur ad pri-
mum aliquid quod est tale per semetipsum. ideoque quecumque stabilia sunt
& mouētia per aliud/reducimus ad deum per se stabilem & per se mouentem
Et quecumque mobilia sunt ab alio puta corpora & qualitates/tetulius
ad animam mobilem per se ipsam: per se inquam mobile: quia si a deo descēdas
per angelum/tam deus quam angelus stare tibi uidebitur. Primum quod mobi-
le tibi occurrat/est anima. Quicquid primo tale est in aliquo genere/ per se
est tale: puta quod primo lucidum aut calidum per se lucet & calet. Sic anima
quonia est primum mobile inter omnia que sunt mobilia/est utique per se
mobilis. Cuius rei signum est/ quod corpora que carent anima/impulsu solum
agitantur externo: que animam habent/sua sponte mouentur & in quolibet
loco partem. Et quonia anima id prestat corporibus ut per se quodammodo in
partem quolibet moueantur/sequitur ut ipsa sit uere & primo mobilis
per se ipsam/primumque mobile. Postquam per eius presentiam apparetur
corpore imago aliqua per se mobilis facultatis: fitque ibi motus in
omnem partem/quod significat animam esse fontem motus: unde
libera & uniuersalis effluit agitatio. Per hec solum arbitror pytha-
gonicum illud enigma a xenocrate usurpatum. scilicet animam esse numerum
se mouentem: numerum. i. naturam multiplicem se mouentem. i. sua
proprietate mutabilem. Talem uero naturam esse alicubi oportere
multa nobis ut significauimus iam declarant. Primum quod om-
ne quod per aliud tale est/reducitur ad aliquid quod per se sit tale.
Secundum quia cum sint multa que mouentur ab alio/ si omnia ta-
lia sunt/uel in infinitum uagabimur: uel circulo reuoluemur eodem/
ut idem sit primus motor & ultimus: causa idem atque effectus: neque
in rebus ordo sit ullus. Quo circa ad motorem aliquem peruenire
compellimur/qui iam non moueatur ab alio. Sed motor ille qui pro-
xime precedit corpora que mouentur ab alio/ non est profus imo-
bilis: longius enim distat duo hec: quod ab alio mobile: quod om-
nino stabile. Medium eorum est quod ex se ipso mutabile. Tertiū

3 38
quia si tanto melius res quelibet mouetur/quanto est motori propinqui-
or: & ad optimum motum perueniendum est/ oportet alicubi esse aliquid
in quo eadem sit mobilis & motoris essentia. Quartum quia si mouē-
dum est aliquid/ oportet uel motorem ad mobile ipsum conuerti/ uel
contra/ uel utrumque uicissim. Ponantur igitur in natura angeli deusque solum
& corpora. Illi ad hec non accedent/ quia sunt immutabiles: neque hec ad
illos/ quia suapte natura torpent. Ergo nec ullus erit motus in rebus
Sic ergo necesse est natura quedam sua sponte mutabilis/ que per se acce-
dens ad corpora/ torpentia suscitaret: & ipsa paucis uices in se ipsa pri-
us experiat/ quam edat in corpore: ut sicut a spiritali substantia fit substā-
tia corporalis/ sic a spiritali motu corporalis motus efficiatur. Quod
quidem intellexisse platonem in legibus arbitror/ ubi inquit. Si nunc steterit
omnia/ & paulo post moueri aliquid debeat/ quid primo mouebitur/
ipsum uidelicet/ quod per se ipsum agile est ad motum/ tanquam mouē-
di uirtuti propinquus: cuius motum cetera quoque motui subiecta sequen-
tur. Id uocat in phedro fontem & principium motionis. Fontem quia
ex se eam habet principium quia effundit in alia. Sed hic oritur dubi-
tatio. Si deus & angelus mouent aliquid/ atque anima illis subicitur/
ab illis utique agitatur. Quomodo igitur a se mouetur? Respondeamus
in hunc modum. Cum suspiceret pratum apelles/ conatus est ipsum
coloribus in tabula pingere. Pratum quidem totum subito se mon-
strauit. Et subito appetitum apellis accendit. Demonstratio huius
modi & accensio/ actus quidem dici potest/ quoniam agit aliquid.
Motus uero nequaquam: quia non peragitur paulatim. Motus enim
est actus per temporis momenta discurrens. Actus uero consideran-
di atque pingendi qui in apelle fit/ motus ideo dicitur/ quoniam tra-
nsigitur paulatim: modo enim alium florem inspicit modo alium/ pro-
grediturque similiter. Pratum profecto facit ut anima apellis uideat ipsum/
& appetat pingere: sed ut subito. Quod autem per diuersa temporis
momenta nunc herba alia nunc alia uideatur & similiter exprimat/
non ipsum efficit pratum/ sed apellis anima/ cuius ea natura est ut
non simul inspiciat uaria referatque/ sed paulatim. Ergo motionis hu-
ius que in uidendo est atque pingendo: initium & finis est pratum.

Inde enim pictoris cepit consideratio. Eodē tendit & appetitio. Sed fons p quem talis actus paulatim fit & répore: motusq; dicitur / ē pictoris ipsius aia. Similiter apud plaronicos aia rationalis pperuo quodā lumine deū quodā mō & angelū cogitat siue auguratur / seq; ipsam appetit ad eorū similitudinem pingere / tū speculatione tum moribus atq; actione. Sese paulatim formādo / se mouet. Motio hec ex aie ipsius natura effluit proprie tanq; fonte proprio motionis / opationis .i. temporalis. Incitat aut a supnis tanq; ab extrinseco initio atq; fine. Infusio que a supernis manat in animā / una stabilis subira fit & eterna. Et quantū i se ē similia quoq; i anima opatur. i. subita & stabilia & eterna. Quod aut opationes aie / & opa paulatim tempore fiant atq; mutent / ex ppria anime natura supernis ibecilliore procedit. Sed rem totam hoc accipe exēplo. Sol ex se ipso lumen habet. Infundit ipsum momēto in mercuriū. Mercurius quoq; momēto totum suum accipit lumen: manetq; semp deinde plenissimus. Sol idem lumen momento infundit in lunam. Luna non suscipit ipsum momento / sed tempore. Nam prout alias aliter in solē uertitur / alias aliter accipit lumen: & per naturam suam uicissitudine luminis uariatur. Sol deum. Mercurius angelum. Luna significat animā. Quod autem de mercurio dico / de omnibus similiter super lunam stellis dictum itellige. Sicut enim ille ad solem sic ad deum angeli referuntur. Anima uero sola sicut luna ad solem ita se habet ad deum. Quapropter nihil obstat quin anima a diuinis descēdat capiatq; diuina: & tamen per naturam propriam moueatur: semperq; moueri possit & uiuere.

Anima est medius rerum gradus / atq; omnes gradus tam superiores q̄ inferiores connectit in unum: dum ipsa & ad superos ascēdit & descendit ad inferos. Cap. ii.

c Eterū ut ad id quādoq; ueniamus / quod cupimus: i quinque gradus iterum omnia colligamus / deum & angelum in arce nature ponentes / corpus & qualitatem in infimo. Animā uero iter illa sum

ma & hec infima mediam: quam merito essentiam tertiam ac mediā more platonico nominamus: quoniam & ad omnia media est: & undiq; tertia. Si a deo descenderis / tertio descensus gradu hanc reperis Tertio quoq; ascensus gradu / si supra corpus ascenderis: huiusmōi essentiā in natura summopere necessariam arbitramur. Quoniam angelus quidē ut plaronicis dicunt / uere est. i. stat semp. Qualitas fit. i. mouet / mouet aliquādo. Ideo qualitas omnino differt ab angelo / tum quia hec mouetur / ille manet. Tum quia hec fit aliquando. Ille est semp. Ergo opus est medio / quod partim cū angelo / partim cum qualitate conueniat. Quid illud / nunquid quod est. i. intrinsecus manet aliquando / non. Tale enim aliquid nō reperitur. Nam quod per tempus aliquod intrinsecus. i. uel ex se uel ex statu proxime manet / manet & semp. Itaq; medium erit illud / quod semp fit. i. mouet. Quod quia semp est / cum angelo congruit: quia mouetur / cum qualitate. Vnde sequitur / esse oportere essentiam tertiam horum mediam: que semp moueatur & uiuat / suoq; motu uitam diffundat i corpora Recte dicitur a plaronicis / super id quod est in parte temporis / esse quod ē per omne tempus. Super illud rursus esse quod est p eum. Deniq; super illud eum existere. Sed inter illa que sunt eterna solū / atq; illa que solū sunt temporalia / esse animam quasi quoddā unculum utrorunq;. Cui quidem hac in re similes quodammodo sunt partes corporis mundani precipue. Sunt & qui celum empyreum tanq; prorsus immobile in eremitate ponant. Ceteras uero speras in eternitate simul & tempore: composita deniq; in tempore tantū Similiter quoque puros intellectus in gradu primo. Sed intellectus animales i secūdo. Tandem animas corporales in tertio. Verum ut ad propositum reuertamur: omne opus quod constat ex pluribus / tunc est perfectissimum / quando ita ex suis membris conglutinat / ut unum fiat undique: sibi constet & consonet: neque facile dissipetur. Quod liquido in quatuor elementorum temperamento corporalis natura demonstrat. Vbi terra & ignis longe distantes per aerē copulantur & aquam. Multo magis in uniuerso dei opere / connectio partium est ponenda: ut unius dei unum quoq; sit opus. Deus

& corpus extrema sunt in natura & inuicem diuersissima. Angelus ista non ligat. Nempe in deum totus erigitur corpora negligit. Iure perfectissima & proxima creatura dei / fit tota diuina / transitque in deum. Qualitas etiam non conuenit extrema: nam declinat ad corpus: superiora relinquit: relictis incorporeis / fit corporalis: hucusque extrema sunt omnia: sequitur iucem suprema & infima fugiunt: competenti carere uiculo. Verum eentia illa tertia interiecta talis existit: ut superiora teneat: inferiora non deserat. Atque ita in ea supra cum inferis colligantur. est enim immobilis: est & mobilis. Illic cum superioribus: hic cum inferioribus conuenit. Si cum utrisque conuenit / appetit utraque. Quapp naturalis quodam instinctu ascendit ad supera: descendit ad infera. Et dum ascendit / inferiora non deserit. Et dum descendit: sublimia non relinquit. Nam si alterutrum deserat / ad extremum alterum declinabit: neque uera erit ulterius mundi copula. Profecto idem facit / quod aer inter ignem aquam uel medius. Qui cum igne in calore / cum aqua conuenit in humore. Illic cum igne caler semper: hic cum aqua humet. Illic renuat & clarescit ut ignis: hic uicissim hebescit ut aqua. Immo uero idem facit quod solis lumen. Id. n. a sole descendit in ignem: & ignem implet: neque deserit solem. Semp soli heret. Semp implet & ignem. Perficit quidem aerem. Et in facta aere non inficitur. Similiter oportet eentiam tertiam & diuinis simul herere & implere mortalia. Dum diuinis heret / quia spiritualiter illis unum & spiritualis unio gignit cognitionem / illa cognoscit: dum implet corpora / intrinsecus illa mouens illa uiuificat: est igitur diuinorum speculum. Vita mortalium: Vtrorunq; connexio. Sed quomodo corporibus iungitur? Num forte cum corpus aliquod ingreditur / unum quoddam illius corporis tangit punctum? Atque ita dicitur unita corporibus / nequaquam. Vniteretur enim puncto / non corpori: neque totum corpus illud uiuificaret: sed punctum uiueret unum / toto corpore uita carere. Immo uero si in unum semper collecta punctum ita sibi ipsi unita perseueraret: idem eent quod angelus: qui longe distat a corpore. Vel saltem diuinis eo modo hereret quidem: corpora uero reliqueret. Igitur non uni duraxat corporis puncto coniungitur / sed pluribus / atque ita partes corporis implet. Sed nunquid ita implet / ut albas carnes albedo / &

3 20
omnino queuis qualitas materiam propriam / minime. Sic enim eent idem quod qualitas: atque relictis diuinis ad corpus penitus declinaret. Albedo ita in tota est carne / ut cum ea equaliter in partes plurimas extendaat & diuidaat. Et pars albedinis secundum philosophicos in parte sit carnis. Et in maiori carnis parte / pars maior albedinis: in minore sit minor. Sic albedo facta est corporalis. Idem pateretur eentia illa / quam tertiam esse putamus: si non aliter quam qualitas ista fundereat in corpus. Atque ita ad alterum nature extremum tracta esse desineret copula mundi. Quomobrem cum corpus ingreditur / singulis corporis particulis tota fit presens: neque diuiditur distrahitur uel in partes ullas / ad hoc ut partibus corporis a se inuicem distantibus adstet. Nam per uim indiuiduam tangit corpus non per latitudinem quantitatis. Igitur integra remanens atque simplex / singulis partibus tota & indiuisa fit presens. Quomodum tota uox significatioque quodammodo simul in singulis domus est partibus: cum tota pene simul audiaat & intelligaat in singulis. Neque impossibile est hanc eentiam / cum sit indiuiduum quiddam in se ipso existens / ample corporis moli sic tota esse presentem. Immo uero ex eo quod & indiuidua est & non claudiri loco / potest tota totum quicquid in loco est penetrare & comprehendere. Extensio enim quantitatis ubicumque reperitur tale uim & presentiam prohibet: ita ut res extensa per quantitatem / nequeat tota esse simul in pluribus. Quin etiam res illa que licet indiuidua sit: est tamen alicubi affixa corporis quantitati / sicut punctum quod tanquam lineae terminus signatur in linea / nequit tota esse simul per partes quolibet corporis. Sic punctum quod est alicubi in linea aliqua circuli designatum / neque in omnibus lineis aliis inest / neque per totam diffunditur lineam / aut circulum. Punctum uero quod circuli centrum est / nullius lineae proprium / in omnibus quodammodo lineis reperitur / que inde ad circumferentiam deducuntur. Et cum nullum punctum / quod in circumferentia designatur / totum circulum eque respiciat. Centrum tamen quod in nulla circumferentia proprie figitur / uniuersum circulum eque circumspicit. Non potest igitur esse se tota simul in pluribus res illa que diuidua est: neque etiam res illa que licet sit indiuidua / certum tamen in re alia diuidua habet situm. Tertia uero illa eentia / neque extensa est qua esset qualitas: neque in extensione sita

alicubi quia non per se ac libere moueretur / si non subsisteret per se ipsam
Quapropter est istar puncti alicuius in se ipso uiuentis / & ab omni qua-
ritate & situ penitus absoluti: Ideo abire eque omnem corporis situm: &
quando corpus ingreditur: quia ipsa non est proprium quantitatis alicuius pun-
ctum / non astringitur ad punctum aliquod corporee quantitatis. Quippe cum
sit extra quantitatis genus / non determinatur ad tangendum punctum aliquod
quantitatis: sed est ut centrum in lineis omnibus & circulo toto. Hinc
etiam illud sequitur: ut hec eentia & diuidua sit simul & indiuidua. Diui-
dua: quia per diuisionem corporis uitalem sui umbram diffundit / dum di-
uersis partibus corporis se comunicat. Indiuidua: quia integra simul
adstat & simplex. Diuidua inquam: quia umbra eius in toto corpore est di-
uidua. Indiuidua: quia ipsa per modum indiuiduum est in qualibet cor-
poris parte tota. Indiuidua rursus / quoniam stabilem habet unitamque
substantiam. Diuidua: quoniam per operationem in plura diuiditur dum per
motum operatur & tempus. Indiuidua tertio: quia suspicit superiora que
admodum sunt unita. Diuidua: quia ad inferiora declinat: que plu-
rimum diuiduntur. Talis quedam natura in ordine mundi uideatur sum-
mopere necessaria: ut post deum angelumque qui neque secundum tempus neque
secundum dimensionem diuidui sunt: ac supra corpus & qualitates
que tempore dimensionemque dissipantur sit medium competens. Quod tem-
porali quidem discussione quodammodo diuidatur. Non tamen sit dimensio
ne diuisum. Neque rursus in sua quadam natura collectum maneat semper
ur illi: neque in partes discerpatur ut ista / sed indiuiduum sit pariter & di-
uiduum. Hec illa ipsa essentia est / quam timeus locrus / & plato in libro
de mundo constare dixerunt ex indiuidua / diuiduaque natura: hec illa est
que se ipsam inserit mortalibus / neque fit ipsa mortalis. Sicut enim se
ipsam inserit integram non discerpatur / ita & integram retrahit non dissipatur. Et
quia dum corpora regit / heret quoque diuinis / corporum domina est / non
comes: hoc maximum est natura miraculum. Reliqua. n. sub deo unum.
quoddam in se singula sunt: hec omnia simul. Imagines in se possidet diuino-
rum / a quibus ipsa dependet. Inferiorum rationes & exemplaria / que quodam
modo & ipsa producit. Et cum media omnium sit / uires possidet omnium.
Si ita est / transit in omnia. Et quia ipsa uera est uniuersorum connectio:

3
21.
dum in alia migrat / non deserit alia: sed migrat in singula / ac semper
cuncta conseruat: ut merito dici possit centrum nature. Uniuersorum
medium. Mundi series. Vultus omnium: nodusque & copula mundi.

Qualis sit tertie huius essentie natura satis ut arbitror diximus.
Quod autem hec ipsa sit propria rationalis anime sedes / facillime in
de conspicitur / quod huiusmodi est rationalis anime definitio. Vita & in-
telligens discurrendo & corpus uiuificans tempore. Hec eadem est eentia
illius conditio. Nam uiuit. intelligit: corpori prestat uitam. Quod uiuat
apparet: quoniam ea in terris uiuere dicimus que sua quadam interiori
uirtute per omnem partem mouentur: sursum: deorsum: ante: retro. ad
dexteram & sinistram. Ita plante mouentur & animalia. Vbi igitur est motus
intimus & communis / ibi uita. Vita inquam ibi est uis ipsa interna mo-
uendi. Vis huiusmodi ibi est precipue: ubi totius agitationis fons est &
origo: priusque motus. Maxime enim est morus intimus atque communis
ubi est primus. Primus autem motus in tertia illa essentia ponitur. Ibi
igitur uita est: uita inquam talis: ut eius participatio corpora uiuat & mo-
ueantur. Nam est uita corporibus per naturam que proxima. Illa igitur es-
sentia tertia est uita uiuificans corpora. Est etiam intelligens. Quippe si
morus alicubi perfectus est / perfectissimus certe est / ubi primus. Nulla. n. per-
fectio in posteriores motus nisi a primo descendit. Igitur morus est in ter-
tia eentia motionum omnium perfectissimus. ius est autem qui a fonte suo
discedit que minimum: qui suo fundamento maxime iungitur: qui unus
& equalis est summopere: qui se ipso sufficiens est: qui figuram perfec-
tissimam imitatur. Talis autem est circuitus: ut cuique constat: qui est
solus omnium motionum est sempiternus. Alii quippe motus ali-
quem attingunt terminum / ultra quem non liceat progredi / cum nul-
lum sit usque spatium infinitum. Circuitus autem ut semel eadem re-
pent / ita bis ac ter & quater / simili repetit ratione. idemque in eo finis est atque
principium. ideo cum finiti uideatur / tunc incipit. Circuitus igitur sempiternus
est eentie tertie proprius: ita ut per motum in se ipsam circulo reflectatur. Merito
si mouetur ex se / mouetur & in se ipsam: ut finis aliquis motus fiat / ubi ali-
quod est principium: siquidem ipsa motus causa quodammodo sui ipsius gratia
edit motum. igitur eentia illa a se ipsa incipiens perpetuo in se ipsam reuoluit.

uires suas a summis p medias ad infimas explicādo. Ac rursus infi-
mas p medias ad summas similiter replicando. Si ita est / se ipsam / &
q̄ possidet itus aiaduertit. Si animaduertit / certe cognoscit. Cogno-
scit aut̄ intelligendo / dum eēntiam suā spiritalem & a materie limiti-
bus absolutā agnoscit. Taliū nanq; cognitio / dicit̄ intellectio. In nō
bis profecto uidemus cognitionē / nihil esse aliud q̄ spiritale unio-
nem ad formā aliquam spiritale. Visus p suum spiritū spirituali colo-
rum imagini iunctus uidet. Iūctus uero materie / nihil cernit : quod
paret / siq; sup aciem oculorū solidū aliquod corpus posuerit . mēs.
quoq; nostra spiritali uirtute i corporalibus rerū spēbus rōnibusq;
unita res ipsas intelligit. Similiter cum essentia tertia / que quidē spi-
ritalis est / sibi ipsi coniungit̄ / spiritali modo se ipsam animaduertē-
do cognoscit atq; intelligit. Intelligit etiā diuina : quibus spiritali
modo heret q̄ proxime. Intelligit & corporalia / ad que declinat etiā
p naturam. Cognoscit inq; temporaliter discutendo : cū per operatō-
nē sit mobilis. Ex oibus his colligit̄ talis quedā essentie tertiē defi-
nito . i. uita que corpora p naturam uiuificat. Cognoscit quoq; se ip-
sam & diuina & naturalia p discursum. Quicūq; uero non uiderit eā
dē esse anime quoq; rationalis definitionem / iis aīa caret rationali .
Quapropter anima rationalis in essentia tertia habet sedem . Obtri-
net nature mediam regionem : & omnia connectit in unum .

¶ Quartus liber.

Tres sunt aīarum rōnālium gradus . In primo ē aīa mundi. In .ii. aīe
speratū. In .iii. aīe animalium que i speris singulis cōtinent̄. Cap. I.

Ricipio quinq; gradus accepimus ascendendo. Deinde eos de-
scēdendo inuicem comparauimus. Tertio i eorū medio rōalem
aīam collocauimus. Deiceps anime huius gradus sicuti solent mer-
curiales theologi pscrutabimur. Generatio p̄cipiū est nutritionis /
& augumētī. Nusq; .n. aut nutrin aut augeri absq; partium quarūdā
generatōe quicq; pōt. Exploratū aut̄ habemus / ubi generationē nu-
tritio & augumētum sequit̄ : ibi uitā animamq; inesse. Terrā uero ui-
demus seminibus ppriis generare innumerabiles arbores aīantesq; &
nutrire & augere . Augere ē lapides quasi dētes suos / & herbas q̄si

42
82
pilos / q̄ diu radicibus herent : que si euellant̄ & extirpent̄ e terra / nō
crescunt. Quis femine huius uentrem uita carere dixerit ? q̄ tā mul-
tos sponte sua parit fetus & alit : qui sustinet se ipsum : cuius dor-
sum dentes promit & pilos. Eadē est de aque corpore ratio. Habent
iḡr aīam aqua & terra. Ni forte quis dixerit uiuentia illa : q̄ nos
cum seminibus ppriis carere uideant̄ / ab aīa terre fieri dicimus aut
aque non ex tali anima nasci / sed ex influxibus celestiu aīorum. At
uero platonici negabūt influxus illos cū sint accidentia quedā a ui-
uitalibus substantiis longe seuuncta / posse uitalē hic substantiā ge-
nerare. Quia nequeat accidēs generare substantiā / nisi tanq; istrumē-
tū / substantie subiciat̄ : substantie inq; proxime. Nā istrumentum seor-
sum ab artifice nō mouet̄ ad artis formā. Sic influxus ille uite celestis
ab ipsa uita remotus uitalē formam nō generabit. Merito celestis
instinctus : quia cōmunis est cuiuslibet elemento / i quolibet determiat̄
ad uitā aliq̄ in ipso elemēto gignendā a cōmuni totius elementi ui-
ta : eiq; subdit̄ ut istrumētū. Oportere aut̄ elemētis hāc uitā inesse
itrus fabricatricem / ea ratio psuadet : quod & ad substantiā generandā
substantia est opus agēte / & ad perfectā actionē / opus est p̄fecta agē-
tis ipsius presentia. Quādo uero substantia corporalis corporali sub-
stantie admouet̄ ad aliquā actionē / quod i agente ipso substantiale ē
remanet extra : quod penetrat intro / est p̄fus accidentale. Opus est
aut̄ substantia penetrante : ut substantia fiat inde : fiatq; perfecte. Sub-
stantia talis incorporea est & uiuēs. Preterea cause naturales quia
per naturam suam agunt / ideo ad certum effectum nō aliter q̄ certa
nature sue ratione feruntur. Alioquin non magis ad hunc effectum
uergerent q̄ ad illum. Quo fit : ut quatenus operi faciūdo quadrāt /
eatenus operent̄ : atq; contra . Quapp herbe aīantesq; que sola putre-
factione nasci uident̄ i terra / non minus a propriis causis orti debēt
q̄ que propagatione nascuntur. Sed ubinam sunt he proprie cause ?
Proculdubio in terrena uita sunt terrenarum uitarum cause proprie
Nam & si eas celestibus animis attribueris / oportebit tamē celestes
cōesq; instinctus ad terrenas particularesq; aīas p uniuersalem terre
aīam cōtrahi. Ut a celesti cōmuniq; ad oppositū . i. terrenū particulareq;

per mediū competens. i. terrenum cōmuneq; progrediaris. Rursus si causas illas que proprie dicte sunt in multorum agentium cōcur su posueris / cogens deniq; unā quandā pprii ordinis determinatā causam assignare / que causas uarias & hīc atq; illic confluētes / ad effectū propriū ordinet atq; determinet. Erūt igit̄ ille cause in aīa terre / que p naturalē ideā rōnemq; uitis uitē / p muscarum rōnem muscas efficiet. Faciet inq; talia in materia sic prius aut sic ab aīa ipsa disposita: dū ad eam disponendā sic aut sic contrahit mundanos instīctus. Proinde si ars humana nihil ē aliud q̄ nature imitatio quedā: atq; hec ars per certas operum rōnes fabricat opa / similiter efficit ipsa natura. Et tanto uiuaciore sapientioreq; arte q̄to efficit efficacius & efficit pulchriora. Ac si ars uiuas rōnes habet / que opera facit non uiuētia / neq; p̄cipales formas inducit neq; integras: q̄to magis putādum ē / uiuas nature rationes iesse: que uiuētia generat / formasq; p̄cipales producit & integras. Quid ē ars humana? Natura que dam materiam tractans extrinsecus. Quid natura? Ars intrinsecus materiam temperans: ac si faber lignarius esset in ligno. Quod si ars humana quāuis sit extra materiam / tamen usq; adeo congruit & p̄pinquat operi faciundo / ut certa opa certis cōsumet ideis / quanto magis ars id naturalis implebit. Que non ita materie superficiem per manus aliaue instrumenta exteriora tangit / ut geometre anima puluere: quādo figuras describit in terra. Sed peride ut geometrica mens materiam intrinsecus phantasticā fabricat. Sicut enī geometre mēs dum figuratū rationes secum ipsa uoluit. Format imaginibus figurarum intrinsecus phantasticā: p̄q; hāc spiritum quoq; phantasticū absq; labore aliquo uel consilio: ita ut ī naturali arte / diuina quedā sapientia per rationes intellectuales uim ipsam uiuificā & motricem ipsi coniunctam naturalibus seminibus ibuit: p̄q; hanc materiam quoq; facillime format intrinsecus. Quid artificium? mens artificis ī materia separata. Quid nature opus? nature mēs in coniuncta materia. Tanto igit̄ huius operis ordo similior est ordini qui ī arte est naturali / q̄ ordo artificis / hominis arti / quāto & materia propinquior est nature q̄ homini / & natura magisq; homo materie domiat

23
Ergo dubitabis certorū operum certas in natura ponere rationes?

Immo uero sicut ars humana q̄a superficiē tangit materie: & p̄ cōringentes fabricat rationes / formas similiter solū efficit cōtingētes / sic naturalem artē quia formas gignit siue eruit substantiales ex materie fundo / constat funditus opari p̄ rationes eēntiales atq; perpetuas. Plurime animantes tum in terra tum ī aqua / sola putrefactione nascunt̄ / absq; ullo semine corporali. Quā plurime ex seminibus procul iactis ab animali diu postea partim fomēto quodā extraneo accedere partim sine manifesto fomēto pululāt: herbe oēs arboreq; q̄q; uel serēdo uel plātando quotidie ppagan̄ / tamen quotidie multis ī locis absq; semine uel germine corporali sponte nascunt̄: ut obmittā q̄ multi philosophi post aquarū miranda diluuiā / ēt aialia p̄fectiora ex terra existimant p̄creari. Oportet tamē certa quedā excerptis q̄busdā seminibus exoriri: & q̄ ex potentia ī actum trāseūt / p̄ causam quādam in actū perducī talē / que ipsa iā ī se talē uel equalem / uel prestantiorē habeat actū. Hec oīa significāt ad eē ubiq; p̄ terrā & aquā ī natura quadā artificiosa uitaliq; spiritalia / & uiuifica semina oīum: que ipsa p̄ se gignant ubicunq; semina corporalia desunt. Semina rursus derelicta ab aialibus foueāt. Atq; ex putrido uinaceo semine cuius & una & uilis natura est / uariā ordinatam pretiosamq; generent uitem / uiribus uidelicet suis / uariis rātionabilibus pretiosis.

Eadē natura uitalis substantiales elemētorū formas ī fundo materie ipsius educit: quo nō penetrāt substantie corporales. Elemētales īsup qualitates / que p̄ se uerent solū frigefacerētq; & similia / ad colorū figurarūq; spensissimā ducit uarietātē / uiteq; uigorē. Præterea quādo ex frigidorū corporū collisione fit ignis / ubi nō præerat ignis nisi potentia quadā & illa q̄dē remora ab acru ipsa per rōnem ignis efficacissimā generat ignē. Et ubiq; sole apparēt qualitates accidētales ad generatōem cōferre nō nihil / q̄ tamē p̄ se absq; substantia quadā effectui cōgrua nequāq; sufficiūt / ipsa uicē genitricis substantie gerit. Qui ēt corpora mixta / q̄ p̄pter terrenā uel aquaticā crassitudinē secūdū se pigra sunt & uilia / ad mirabiles aliquas actiones extollit. Immo ēt ad aios hominū & fascinoandos & roborādos. Quod absq;

uirtute animi & quidē potentioris effici nequit. Virtute enim nature uiuacis & sapientis: que his ipsis ē infusa corporibus/ herba hierobotanum/ ut magi inquit/ cōfert diuinatōibus medicorum. Acatel fouet uisum: obtūdit uenenū: prestat uires atq; fecundiam: presens adamas magneti quod rapit/ aufert. Corneola sanguinis sistit fluxū: & mitigat iras. Onyx accēdit iras. Terret ī somniis. Corallus deniq; ut restant merodorus & Zoroaster/ ifanos terrores amouer: fulgura repellit & gradinē. Animis certe nostris tempestatibusq; natura illa prestat: cuius uirtute talia fiunt. Quā eē oportet infusā & corpusculis ifimis ut ifima secum preter ipsorū naturas ad supernorū eleuet actiones. Esse uitā huiusmōi mūdo infusam. Strato & chrysipus confitebūtur: sed ipsā eē summū deū asseuerabūtur. Platonici id negabūtur. Quia sup eā uitā que alicuius est/ & ī aliquo eē decet eam uitā/ que sui ipsius & in se ipsa cōsistit. Vita uero mundane alicuius sperere nō minus familiaris ē sperere sue q̄ humano corpori animus sit humanus. Quapp uita sperere siue alicuius siue totius: neq; prima ē uita neq; deus. Deus enī summus summa ē unitas. A summa unitate secūdū platonicos multitudo forsam aliqua statū pficisci pōt: nō tamen tāta debet diuersitas discordiaq; sese iuicem com̄pentū qualitatū. Rursus summe bonitati pulchritudiniq; nihil mali/ & deformis est proximum. Mala uero multa deformiaq; cōtingūt circa materiam. Prererea si deus est ipsum esse: nō potest esse forma materie. talis. n. forma nō est eē ipsum: sed essendi p̄cipiū. Et q̄a deus est esse ut ita dixerim adeo absolutū/ ut nō sit in eētia aliqua multo minus ē in materia. Itē cū deus sit prima efficiēs causa/ agit sua omnia primo. Forma uero materie nō agit primo oīa. Cōpositū enī primo agit potiusq; pars cōpositi. Rursus cōpositi partes ī portētia quadam sunt ad ipsum totius actum. In deo autē nulla ē ad ulteriore actū potentia. Nō ergo ex ipso & materia fit animal unū: ut stulte putāt almatiani. Animal quippe rōale ex se ipso mouē. Vnde moueri pōt & nō moueri: atq; tum uelocius moueri/ tū tardius. Quod tale ē/ non pseuerabit ī morōe p̄perua/ & equali: nisi lege alicuius superioris/ quod nullo modo mouē. Deus igit nō ē globi ali

2

cuius aīa: ne ex ipso & globo aīal unū conficiat: cogatq; hēre supra se ducē. Sed nunqd sperere uitā eē āgelū cōcedemus: naturalesq; formas ab ideis mētis angelice pficisci/ nequaq;. Corpus. n. sicut p̄ talē aut talē eētia ad uitā talē aut talē ita per talē uitā ad mentē talē necessario prepara. Ideo plato ī timeo deum iquit: mentē aīe aīam corpori cōiunxisse. Quasi nō possit clara mēs opaco corpori aliterq; per aīam p̄spiciuā copulari: sicut & lucidū corpus denso p̄ diaphanū. i. p̄ spiciuū iungit: ut quod & lucē p̄ se hēt/ & aliis exhibet/ ei quod luce caret/ & ipedit lucē p̄ naturā mediā cōiungat/ que licet p̄ se careat luce: nō tamē ipedit lucis īgressum. Ac si mentis nostre opatio per quādā a materia separatiōem pficisci/ opatio mētis angelice/ que in genere ītellectuali p̄fecta ē/ lōge semota est a materia. Cū uero angelus ipse nihil aliud sit q̄ mens & qua rōe mens ē/ opando materiā fugiat quo nā pacto angeli substantia materie p̄xime inhereret? Decet ut quēadmodū p̄ticulares hoīum mētes particularia ipsarū corpora p̄ aīas p̄prias. i. p̄ aīales uires attigūt & mouēt/ ita cōes sparū mentes coīa corpora p̄ aīas cōplectāt & ducāt. Sic. n. & spe ille uitā īlīrā possidebunt/ & mētes diuine e sublimi statu nequaq; deiciēt. Et sup uirtas sperarū que ītellectuales sunt simul & aīales/ erūt āgelice uite/ q̄ solū ītellectuales existūt. Sup has erit deus uita uitarū. Adde q̄ si mens angelica īdiuisibilis īmutabilisq; est/ & sup locū rēpusq; oīo nulla rōe quadrabit corpori diuisibili mutabili: loco rēporiq; subiecto: aut formas ī eo tales efficiet/ nisi aīa ītercesserit: que q̄a īdiuisibilis ē/ supq; locum/ forma ab āgelo siue ducit: quia uero mutabilis ē & aliqd̄ habet tēporis/ cōgruit cū materia: & formas acceptas desup deducit ī se ipsa ad mutabilē/ tēporalēq; naturā: p̄ quā facillime transeūt ī corpus quoq; mutabile: atq; ī ipso diuisibiles iā euadūt. Placet ergo platonici deū p̄ se ipsum formare angelos: p̄ angelos aīas: p̄ has postremo materiā. Formasq; a summa uita & actu gradatū de generare/ usq; adeo ut ī materia iā neq; re uera uiue neq; efficaces appareāt. Nēpe a deo ī angelū ex una eētia trāseūt ī multiplices qualitates. Ab hoc ī aīam ex statu ī motū aliquē efficacē. Ab hac ī corpus ex uitali actiuoq; motu ī mutatiōē mortalis nature passiuā. Quā

obré si aque terreque uita ísita é/ neque tamé hec é deus/ ne ímésus actus
utilissime potéte sit additus/ neque angelus: ne clarissima mēs obscu
rissime nature sit pxima/ cōsequēs é ut aqua & terra aias héant: qua
rū artificio he spe rebus pretiosissimis exomenē: quēadmodū & ani
mule queque aialiū aquaticorū & terrenorū uidelicet duce spe sue aia
corpúscula sua p ísita semina gratissime pigūt atque figurāt. Globo
terreno una aia sufficit: quoniā ipse unus é oio: partibus immolem
unā cōtinuatis. Vna quoque aia orbi sufficit aque. Neesse é tamen ge
minas eē horū duorū aias/ spetie iuicē differētēs. Quod ostédūt ip
sorū corporū nature: diuerse spetie/ qualitatibus/ & effectibus. Si glo
bi tales pp crassitudinē a spiritus puritate remoti atque águsti/ ppriis
aiabus uiuūt/ uiuūt & multo magis globi oēs supiores: q & purio
res sunt & ampliores admodū. quorū fomēto terra & aq partunūt.
Animā suā habeat aer: suā ignis: eadē rōne qua terra suā & aqua. Si
militer octo celorum globi aias acro: ror. n. apud ueteres erant celi.

In terra multa sunt aialia: que ppriā hént aiam a cōmuni aia terre
distictā/ qa mouenē loco: quod terra nō facit: qa separata cū sit a ter
ra/ uiuūt/ quod lapides/ & plāte nō faciūt/ que p aiam uiuūt terre nō
suā: qa se a terra uel uolaru uel edificis & machinis rollūt í alrum.
In aqua rursus plurima sunt aialia/ uiuētia ppriis aiabus. Si a deo fe
cūda & ornata é aqua & terra/ cur nō aer & ignis preter cōes animas
suas é aias multas cōtineant & aialia ppria? Idē de celorū speris ar
gumētare. Vbi stelle cū sint íter se quāritate luce: uirtute moruque di
uerse: & singule pprios circuitus pagant/ spetie quoque diuersas aias
habēt. Que quidē stelle ita celos ornāt: ut aquā aquatica/ & terrena
aialia terrā. Aialia illa celestia ob maximā lucis copiā clare pspici
mus. Terrena quoque & aquatica: quia & ppriqua sunt nobis: & sua
crassitudine oculis sese mōstrāt. Aerea uero & ignea nō uidemus: qa
neque é ignis & aeris cernimus elemēta: cū neque lucis ígentissime be
neficio neque molis crassitudine appareāt oculis terrenorū. Animā
ipsam terre rōalē eē necessariū é: quādo quē animalia quedā terre ra
tione nō carēt: presertim cū opa terre pulchriora sint q̄ hominū opa. Si
aia huius ífimi globi ratione capta nō é/ neque é superiorū globorū aie

12

24

sunt rōis expertes. In terra & aqua talis é distictio partiū / q̄ terreno
rū corporū quedā sunt minus pura/ quedā purissima. Illa aias í ratio
nales hént. Ista rōales. Idē í aqua: ubi sunt pisces írōales í lurtis par
tibus aque. Sūt é demones aquei: quas nereides uocat orpheus. in
q̄busdā sublimioribus exalatōibus aque: quales sint í hoc aere nu
biloso. Quorū corpora uidentur quādoque acutioribus oculis: presertim
í pside & africa ut existimat Zoroaster. Adiūgit porphyrius illos de
mones uideri solū/ í quorū corporibus preter aque exalatōem/ ignis
abūdat. Idque í oriēte cōtingere atque meridie. Illos ísup trági í quibus
preterea multū é terre: quales fuisse téponibus suis apud ruscos in
gr. Sed í globis oibus sup aquā/ nō sunt aiantes/ nisi cōpotes rōnis:
quoniā nō diuiduntur globi illi í partes crassas & renues. Et quicquid
ibi é/ aqueis exalatōibus lōge é purius. Sed liceat hic una cū pytha
goricis parūp cōfabulari. Quoniā uero ois multitudo maxima
ad paucū é numerū colligenda: paucus numerus ad paucas unita
tes. Vnitates pauce ad unitatē unā. Ideo ínumerabilis aiarū turba í
qualibet spera mūdi uiuētū ad paucas aias í ea ipsa spera prestatio
res/ puta p̄cipēs. xii. é reducenda. Sed cur ad. xii. p̄cipēs maxi
me/ quia sicut unū mūdi corpus. xii. apud p̄scos cōtinet artus: hi
uero articulos plurimos: sic una mūdi aia/ aias. xii. he plurimas. sed
he ita cōtinet plurimas/ ut. xii. primo cōtineāt p̄cipales: cur? Quia
cū aia cuiusque spe ex primo duodenario aiarū numero selecta sit &
accōmodata spe/ merito recurrit rursus í duodenariū. Cuius nume
ri signū í spera prima habemus & ultima. In prima quē p zodiacum
cernimus aialia sidera. xii. In quolibet aut illorū stella quedā é p̄ci
palis tanq̄ cor aialis illius celo picti. In quo quē corde uirā agit aia
totius sideris p̄cipalis: Illic igitur aie diuine. xii. a pythagoricis col
locant. In artetis corde pallas. In corde tauri uenus. Geminorū phe
bus particularis. Cácti mercurius. Leonis iupiter particularis. Virgi
nis ceres. Libre uulcanus. Scorpionis mars. Diana sagiptarii. Capri
corni uesta. Aquarii iuno. Piscii uero neptūnus. In ultima quoque
spera. í. terra. xii. uite sunt hominū. Quippe uitā agūt hoies p rōem
cerebro assignatā: p irā cordi: p cōcupiscentiā iecori attributā. Siquis.

nulla harū uiriū uti dicat̄ ne spirabit qdē. Siq̄s rōe sola nō amplius erit hō. Immo ipossibile ē aiā corpori cōiūctā sola icedere rōe. Sola quoq̄ irascēdi uti uti neq̄t: q̄a hec semp uel rōni seruit uel cupiditati. Sola ēr cupiditate nō pōt: hec. n. roborat̄ sēp uel a rōe deprauata uel iracūdia. Ergo necessariū ē aut p̄ oēs illas uires incedere aut duas.

Prima igiŕ humana uita erit q̄ rōe utiŕ magis: ira minus: cōcupiscētia minime. Secūda q̄ rōe magis: minus cōcupiscētia: ira q̄ minimū.

Tertia q̄ magis ira: rōe minus: libidie minimū. Quarta q̄ ira magis: cupiditate minus: rōe minime. Quīta q̄ libidie multū: rōe parū ira paululū. Sexta q̄ multū libidie: ira parū: paulum rōe. Ita ex cōiūctiū uiriū usu sex uite cōficiunt̄. Nascunt̄ sex alie ex usu duarū. In prima rō supat irā. In secūda ecōuerso. In tertia rō supat cōcupiscētiā.

In quarta cōtra. In quīta ira domiat̄ cōcupiscētie. In sexta ecōuerso. Si in sp̄is mūdi duabus extremis duodenarius numerus obseruat̄: obseruat̄ i mediis. Quāobrē sicut icēpimus paulo ante plurimas aiās i qualibet sp̄a uiuētes ad .xii. p̄cipales i eadē uiuētes sp̄a per ordinē reducāmus. Accipiamus iterū .xii. p̄cipēs i una quauis sp̄a nū. .xii. tot. n. apud p̄iscos sūt sp̄e mūdi: referāmus illas ad .xii. aiās illarū sp̄arū cōes. Duodecī rursus sp̄arū aiās ad unā ip̄ius unius materie aiām. Quoniā uero aiā ē mētis particeps / & sup naturā particeps oportet eē naturā p̄ se plenā: Ideo aiarū genus ad mētes extollit̄ liberas mētēsq̄ rādē ad unā mētē. Et una mēs q̄a & mēs ē & unum / ad unū simpliciter ē engēda: quod nō sit unū hoc aut unum illud: ceu uel una mēs uel una aiā: sed unū ip̄sū. Quod uocat pythagoras uniuersalē apolinē. Vult. n. ἀπόλλωνα dici quasi ἀπλον quod significat simplicē: & quasi ἀπλων quod significat semotiū a multitudie. Idē uocat ταγαθον. i. ip̄sū bonū: quoniā bonitas & p̄fectio cuiusq̄ i eius unitate cōsistit: ut si i rebus idē ē bonitas atq̄ unio: supra res quoq̄ idē sit ip̄sū primū unū primūq̄ bonū. Quapp̄ primū unū bonūq̄ p̄ xime uni p̄est mētē. una mēs multis mētibus primū / forte .xii. duobus mētibus: duodecīq̄ sub illis duodenariis: plurimisq̄ deiceps p̄est: deniq̄ & aiē mūdi uni. Vna aiā mūdi duodecī aiabus sp̄arum .xii. Aiē .xii. p̄sint. .xii. denariis aiarū. cuiusq̄ scilicet sp̄e aiā p̄est aiabus .xii. i sp̄a sua p̄stātionibus. Duodecī deniq̄ duodenarii p̄

9 26
sunt innumerabilibus aiabus. Nā i qualibet sp̄a duodecī ille p̄cipēs aiē alias illius sp̄e ducit̄ aiās. hec aut̄ musarū corea cāta saltatq̄ p̄petuo ut ait orpheus musicis modulis ad apollinis ip̄sū ὄν δὲ πάντα πόλον κίθαρη πολὺν κρητῶ ἀρμόζεισ. i. tu totū celū canora cithara tēpas. Sed satis hactenus cū p̄thagoricis cōfabulari sumus. Ad institutū iā platonici ordinē cedāmus. Sp̄as mūdi uiuere una rōe pbauimus: pagmus ad aliā. Cū uideāmus sp̄as mūdi moueri: & motores aliquos illarū excogitemus: sciamus prererea eē nō posse sp̄a aliā sup aliā / aut motores alios sup alios absq̄ fine fateri cogimur eē aliq̄ sp̄am que moueat̄ p̄rio. Si p̄rio mouetur / principio certe mouetur intrinseco. Nempe ut supra tetigimus / quod primo calet & friget calore & frigore intrinseco / calet & friget. Semper enim quod per aliud ē tale ad aliqd diximus reducēdū / qd sit tale p̄ se ip̄sū. Ac si minima queq̄ corpuscula mūdi hēt quodāmō i se ip̄sīs suorū motū opūq̄ uirtutes: qd i partibus elemētōrū & herbis apparet atq̄ aiāribus quāto magis sp̄e mūdi āplissime i se ip̄sīs possidēt cōuersionū suarū p̄cipia: p̄cipia iquā familiarissima: q̄bus sp̄e cōiūctiores sint quā nostris aniabus corpora nostra. Siqdē motus tanto naturalior efficaciorq̄ ē quāto mobile ē moroni cōiūctius. Motus autē celi ceteris a uolētia alienior ē: nā alior efficacior. Sed que nā illa p̄cipia sunt: nū q̄litates aliq̄? puta sicut grauitate & leuitate partes elemētōrum moueri uidēt̄ atq̄ calore opari & frigore: ira mūdi sp̄e p̄ q̄litates huiusmōi reuoluūt̄: neq̄q̄. Qualitas. n. q̄a situ & p̄ibus terminata ē atq̄ uni cuidā ē addicta materie. agit ēr imiare: fatigatq̄ ut ne queat aut sēp aut eodē mō mouere: & q̄libet qualitas unicum opus agit: & ad unicum mouet̄ terminū. Quid calor agit nisi calorē? frigus frigiditatē? Leuitas sursum trahit solum / grauitas uero deorsū. Nūq̄ igiŕ q̄litas contrariū aliquē effectū p̄cipalis sui opis faciet nā sua: nūq̄ ad locū ūde discessit / spōte redibit: nūq̄ ide discedet spōte quo se nātaliter cōtulit. Celū aut̄ mouet̄ sēp eq̄liter / uariosq̄ & iter se cōtrarios p̄ducit effectus: atq̄ ad hāc diuersitatē cōtrariis mōis materā dispoit̄ inferiorē. Figuratiōes uarias iduit: nec ullū hēt certū i suo circuitu terminū. Sed qd cūq̄ signaueris p̄ctū sup celi dorsū / ad illd̄ inuere q̄libet celi ps̄ accedet / rursusq̄ recedet facillime nō p̄ aliqui

uolentia. Quid enim est uolentia/neque diurnum est: neque semper idem & ordinatum. Adde quod cum celum contrariis simul motibus reuoluatur/si qualitate duceretur certe contrariis qualitatibus moueretur. Non tamen illic esse possunt contrarie qualitates atque natura/ubi nulla est pugna/nullus interitus. Item cum natura dererata sit/ideoque non queat iderentari diuersumque finem/qualis est motus appetere/quetis gratia tantum moueretur: motus autem circularis secundum se non dirigatur ad quodammodo. Ergo neque a natura agitur: neque si quando quiescat/sistit a natura.

Præterea qualitas extrinseca in corpore/ se ipsam reflecti non ualet/ cum sit corpori alligata. Quoniam igitur pacto dabit qualitas celo reuolutionem in semetipsum quod se non habet sui ipsius reflectende uirtute. Item cum corpus nihil per naturam agat suam/ sed per qualitate/ & qualitas non suo ductu uel prestat corpori: sed quatenus ipsa aliunde mouetur/ si qualitas aliquid mouet celum/ ipsa iterum aliunde mouetur. Quid illud quod ipsam mouet/ deus ne/ minime: nam prius cum infinite excedat omnia/ nulli corpori familiaris est/ sed eque omnibus est conuersus: & ab omnibus absoluta: si enim deus esset proprius alicuius corporis agitator: non esset amplius omnium. Ideo ut sit omnium/ non est rector proprius alicuius. Spe tamen familiarissimos ut diximus motus requirit. Ac etiam quod discretæ sunt iuicæ: & diuersis motibus agitur/ alios atque alios motores proprios exigunt: quandoquidem esse debet iterum motus motumque proportio. Neque probanda est eorum sententia/ quod motores spiritus ita distribuunt/ ut deus prius accommodetur: reliquis reliquis intellectus. Nam cum secundum proportionem distributio fiat/ sicut spe in natura ordineque conueniunt in iuicæ/ ita iuicæ congruent deus & intellectus. Non superabit deus reliquos intellectus nisi quantum prius spiritus superat reliquas: nec erit immensus. Erit quoque compositus ex natura conuersus qua cum aliis congruet: atque ex propria: per quam distinguetur. Præterea si deus ipsa bonitas est/ hec autem res quilibet mouet tanquam appetibile appetitum/ deus celum mouet tanquam finis. Corpus autem ad finem extrinsecum non mouetur/ nisi per interiorē aliquam formam/ finis quod est ipsius cupidam effectricemque motus. Ergo inest celo forma bonitatis prime cupidam effectrixque motus. Que quod auiditas neque ceca est ut lapidum: neque irrationalis ut bestiarum. Quod enim auiditas prime ueritati sapientieque propria ceca irrationalisque erit/ Presertim cum maiori ordine moueat suum corpus quam nostra ratio nostrum. Non igitur deus mouet celum proxime: sed forma quodammodo ce-

9 27
tantoque minus est quanto fedius atque deformius: que defectio non precisione molis sed speciei priuatione contingit: putandum est animum illum a quo tanquam principio datur corpori forma per quam est corpus: & connexio partium per quam consistit: nunquam uel forma propria uel unione priuari: per quam est & permanet animus. Quando quidem corpus nunquam omni forma & unione per quam est: permanetque corpus orbat. Neque tamen transire de specie in speciem animam sicut corpus. Mutatio enim ab anima descendit in corpus: & stabilior est illa quam istud. Ergo si hoc semper in genere corporali permanet: illa permanet semper in specie animali. Neque in ipsa specie animali de alia in aliam animam commutabitur. Non enim subest materia: per quam fiat huiusmodi commutatio. Si non accidit mutatio talis: neque animus esse nisi uiuat: potest: nunquam profecto animus moritur. Quod si quisquam non eum interitum dicat formidandum animo: quo efficitur ut nihil sit: quod aliquid est: sed eum quo dicimus ea mortua: que uita carent: attendat quod nulla res se ipsa caret. Est autem animus uita quedam. Unde quod animatum est uiuere: omne autem inanime: quod animari potest: mortuum id est uita priuatum intelligitur. Non ergo potest animus mori. Nam si carere poterit uita: non animus uetus: sed animatum aut aliquod animi simulacrum est. Quod si absurdum est: multo minus hoc genus interitus timendum est animo: quod uite certe non est timendum. Nam prorsus si tunc moritur animus: cum eum deserit uita: illa ipsa uita que hunc deserit: multo melius uerus intelligitur animus ut iam non sit animus: quicquid a uita deseritur: sed ea ipsa uita: que deserit. Quicquid enim a uita deseritur: mortuum dicitur: id ab anima desertum intelligitur. Hec autem uita que deserit ea que moriuntur: quia ipse est animus: & se ipsam non deserit: non moritur animus: nisi forte ueram uitam temperationem aliquam corporis aut aliquid eam sequens ut Aristoxenus & Dicearcus opinabantur: debemus credere. Quibus profecto nunquam hoc uisum esset: si ea que uere sunt: & incommutabilia permanent: eodem animo a corporum consuetudine alienato atque purgato uidere ualuisent: Quis enim bene se inspiciens non expertus est: tanto se aliquid intellexisse sincerius: quanto longius remouere atque subducere

intentionem mentis a corporis sensibus poruit? Quod si ad tempe-
rationem corporis animus pertineret/ non utiq; id posset accidere.
Non enim ea res que naturam propriā non haberet/ neq; per se substi-
steret/ sed in subiecto corpore tanq; corporalis forma inseparabiliter
esset/ ullo modo se ab eodem corpore ad intelligibilia percipiēda co-
naretur auertere: & quantum id posset/ tantum illa posset & intueri:
eaq; uisione melior & prestāior fieri. Nullo quippe modo forma ta-
lis / uel ipsa etiam corporis temperatio que certa commixtione effici-
tur earū quattuor naturarū quibus idem corpus cōsistit/ auertere se
ab eo potest/ in quo subiecto est inseparabiliter. Quin etiam cum hu-
morum consonantia accidens quoddā compositum sit/ si anima uel
consonantia esset / uel ab ipsa depēdens nullo modo substantiarum
rerumq; simplicium ratiōes cognosceret affectaret & caperet. Ad hec
ea que intelligit animus cum se auerterit a corpore/ nō sunt profecto
corpora: & tamen sunt maxime que sunt. Nam eodē modo sese sem-
per habent: nihilq; absurdus dici potest: q̄ ea esse que oculis uide-
mus: ea non esse que intelligentia cernimus: cum dubitare demētis
sit intelligentiam incōparabiliter oculis anteferri. Hec autē que intel-
liguntur eodem modo sese habentia/ cū ea intuetur animus absq; ali-
quo instrumento/ satis ostendit se illis esse coniunctū miro quodam
eodemq; incōparabili modo. s. non secundum locum. Nā aut in illo
sunt: aut ipse in illis: aut utrunq; per se subsistit. Si primū illud est/ nō
est harmonia corporis animus aut harmonie mācipatus. Quicquid
enī tale est/ a corpore tanq; subiecto separari non potest. Proptereaq;
quicquid in illo est/ corpori eque atq; illud astringitur. Mutabile autē
est corpus humanū. Mutabiles igitur erunt rationes ille rerū que sūt
in animo contēplante/ si animus mutabili corpori alligatur. Mutabi-
les autē esse rationes ille non possunt. Semper enī eodem modo ue-
rum est q̄ duo & quattuor sex conficiūt/ q̄ ue que cōparatio ē duorū
ad quattuor/ eadem quattuor est ad octo: ceteraq; generis huius q̄
plurima. Rationes huiusmodi inseparabiliter insūt animo: qui semp
& subito iis utitur pro arbitrio. In quibus ars consistit ratiocinādi:
que ab aīo rationali minime separatur. Nā si ab eo ratio illa artificiosa

9
60
uel ars rationalis que rationū cetus est/ sepabitur: aut nusq; erit aut ī
re aliqua nō uiuente/ aut in re uiuente. Nusq; esse nō est dicendū ppe-
ruas & imutabiles rationes. Esse quoq; in re nō uiuente rationes ue-
ras impossibile ē: siquidem uita rationis ē fundamentū. Si at artificio-
sa ratio de uita transir in uitam/ nūquā id facit cōmodius q̄ cum do-
cet quis alios. Cum uero id nō cōtingat: Nemo. n. docēdo alios obli-
uiscitur: non fit transitus. Ars igit inseparabiliter inest animo. Inest
quoq; corpori/ si animus esset corporis harmonia. Quapp mutabilis
esset sicut corpus tam ratio ipsa q̄ animus. Cum uero ratio talis sit ī/
mutabilis: ideoq; & animi essētia imutabilis/ cui illa rāquā subiecto
inest/ non est animus corporis tempatio. Atq; ita disputasse suffici-
at primo illo diuisionis superioris mēbro: quo cōcessū sit: animo ratio-
nes inesse. Prererea si quis secūdū illud mēbrū admiserit. s. illis inesse
animū/ sequit idem. Quo. n. pacto animus ē corporis tempatio: si in
ratione rerum a corpore sepata est tanquā subiecto? Cū non possit eē
alibi q̄ in corpore corporis tempatio. Si tertium diuisionis illius mē-
brū concesseris. s. utrunq; substantiā per se subsistētem eē tam animū
q̄ ipsam ratiōē rerū/ p se subsister animus: neq; tempationi corporis
astringetur. Deniq; quodcunq; mēbrum diuisionis acceperis/ una hec
sūmope ratio persuadet animum in cōplexione corporis rāquā origi-
ne non iacere: quia non tam auide tam facile tam assidue dum philo-
sophamur mutabili post habito corpore imutabilibus rationibus se
se misceret. Neq; melius esset cum est in illis q̄ cum est in corpore. Est
autem in illis tanto melius q̄ in corpore quāto prestantius uiuit in
illis q̄ in ipso. Tanto autem uiuit prestantius quāto perfectius opa-
tur. Operatur uero in illis perfectius: quia intelligit uerius: desiderat
pacatius: fruitur dulcius plenius atq; securius. Et cum sepe consonā-
te secum corpore animus ipse dissonet secum tum speculatione tum
moribus. Atq; contra consonet dissonante / qui nō uiderit animum
non consistere in corporis consonantia/ is dissonat uentati. Sed ut
reuertamur ad Aurelium: hic forte oboritur nonnulla questio. Vtrū
sicut non interit animus: ita nec in deteriolem cōmuretur essentiam.
Videri enim cuiuspiam potest neq; iniuria id effectum esse ratione hac

ut animus ad nihilum peruenire non possit. Conuerti autem in corpus forsitan possit. Si. n. quod erat ante animus / corpus fuerit effectum / non utique omnia non erit. Sed hoc fieri non potest / nisi aut ipse id uelit / aut ab alio cogatur. Neque continuo tamen animus siue ipse id appetierit: siue coactus fuerit: poterit corpus esse. Illud. n. sequitur ut si sit necessarium uelit / aut cogatur. At illud non sequitur ut si uelit aut cogatur / sit. Nunquam autem uolet. Nam omnis eius appetitus ad corpus: aut ut id possideat est / aut ut uiuificet: aut ut quodammodo fabricet: aut quolibet pacto ei consulat. Nihil autem horum fieri potest / si non sit corpore ipse melior. At si erit corpus: melior corpore profecto non erit. Non igitur esse corpus uolet: neque ullum huius rei certius argumentum est quam cum se ipsum hoc interrogat animus. Ita. n. facile conperit appetitum se non habere: nisi agendi aliquid: aut sciendi: aut sentiendi aut uel tantummodo uiuendi quantum sua illi potestas est. Si autem cogitur corpus esse: a quo tandem cogitur? Num a quolibet? certe a potentiore. Non igitur a corpore potest. Nullo. n. modo ullo animo ullum potentius corpus. Potentior autem animus non cogit in aliquid nisi quod sue potestati subditum est. nec ullo modo animus potestati alterius animi / nisi suis cupiditatibus subditur: Cogit ergo ille animus non magis / quam quantum eius cupiditates sinunt quem cogit. Dictum est autem cupiditatem non posse animum habere ut corpus sit. Illud etiam manifestum est ad nullam sue cupiditatis expletionem peruenire dum amittit omnem cupiditatem: & amittit dum corpus fit. Non ergo potest ab eo cogi ut fiat qui potestatem cogendi nisi per subditas cupiditates non habet. Deinde quisquis animus alterum animum habet in potestate / magis eum necesse est uelit in potestate habere quam corpus. Et ei uel bonitate consulere: uel malitia imperare: Non ergo uolet ut corpus sit. Postremo iste animus cogens aut animal est aut caret corpore. Sed si caret corpore / in hoc mundo non est: sed si ita est: summe bonus est. Nec potest uelle alteri tam turpem commutationem. Si autem animal est: aut animal etiam est ille quem cogit / aut non est. Sed si non est: nihil cogi ab alio potest. Non. n. habet potentioris quam in summo est. i. non cogitur qui est solutus. Si autem in corpore est: ab eo rursus qui in corpore est / per corpus cogitur / ad quodcumque cogitur.

9
70
Quis autem dubitet nullo modo per corpus fieri tantam commutationem animo? Fieret. n. si esset illo corpus potentius. Quauis quicquid illud est ad quod per corpus cogitur: profus non per corpus / sed per cupiditates suas cogitur: de quibus satis est dictum. Quod autem rationali anima melius est omnibus consentientibus diuinum est. Quod profecto consulit anime. Et ideo non ab eo cogi anima potest ut conuertatur in corpus. Si igitur nec propria uoluntate nec alio cogente id anima patitur: unde id pati potest? An quia inuitos nos plerumque opprimit somnus meruendum est? Ne quo tali defectu animus conuertatur in corpus? Quasi uero quonia somno membra nostra marcescunt / ideo animus fiat ex parte ulla debilius? Sensibilia tamen non sentit. Quia quicquid illud est quod somnum facit / e corpore est: atque in corpore operatur. Corporeos enim sensus sopit & claudit quodammodo ita tamen ut tali commutationi corporis cedat anima cum uoluntate: quia secundum naturam est talis commutatio / que reficit corpus a laboribus. Non tamen hec adimit animo uel sentiendi uim uel intelligendi. Nam & imagines sensibilibus presto habet / tanta expressione similitudinis: ut eo ipso tempore discerni nequeant ab iis rebus quarum imagines sunt. Et si quid intelligit eque dormienti ac uigilanti uerum est. Nam uerbi gratia: si per sonum disputare sibi uisus fuerit: uerasque rationes securus in disputando didicerit aliquid: et expergefatto eadem incommutabilia manent: quis salsa repiantur cetera / ueluti locus ubi disputatio & persona cum qua disputatio fuisse uisa erat: & uerba ipsa que ad sonum attinent: quibus disputari uidebantur: & alia huiusmodi / que ipsis sensibus sentiuntur: agunturque a uigilantibus / pretereunt tamen: nec ulla ex parte sempiternam presentiam ueram rationum assecuntur. Ex quo colligitur tali commutatione corporis que sonus est. non uim ipsius anime sed uim corporis posse minui. Postremo si quis locum occupari corpori anima tamen non localiter iungitur sumis illis eternisque rationibus que incommutabiliter manent / nec utique continentur loco / prior afficitur anima quam corpus: nec prior tantum / sed etiam magis. Tanto. n. prior quanto propinquior: & eadem causa: tanto etiam magis / quanto etiam corpore melior: nec ista propinquitas loco / sed nature ordine dicta sit. Hoc autem ordine

intelligitur a summa essentia spiritum corpori per animam tribui / qua est quantum
cumque est. Per animam ergo corpus subsistit: & eo ipso est / quo animatur /
siue uniuersaliter ut mundus: siue particulariter ut unumquodque anima in
tra mundum. Quapp consequens erat ut anima per animam corpus fieret:
nec omnia aliter posset. Quod quia non fit manente quippe anima in
eo quod anima est corpus per illam subsistit / dante spiritum non adime
rem commutari in corpus anima non potest. Si. n. non tradit spiritum qua
sumit a summo bono / non per illam fit corpus. & si non per illam fit: aut
non fit omnia: aut tam propinque spiritum sumit quam anima. Nec etiam fit cor
pus. Quia si tam propinque sumeret spiritum / idem esset quod anima. Non
ne eo ipso est anima melior quo sumit propinquius. Tam propinque
aut etiam corpus sumeret / si non per animam sumeret. Et. n. nullo inter
posito tam propinque utique sumeret. Nec inuenit aliquid congruens
medium inter summam uitam / que sapientia & ueritas est incommutabilis /
& id quod ultimam uiuificatur. i. corpus / nisi uiuificans anima. Quod
si tradit spiritum anima corpori / ut sit corpus / quantum est / non utique specie
tradendo adimit. Adimit autem spiritum in corpus animam transmutando.
Non igitur anima siue per se ipsam corpus fit / quod per eam fit / quia non nisi
manente anima corpus per eam fit: siue per alia: quia non nisi traditione
spiritus fit corpus per animam: & ademptione speciei anima in corpus conuerteret si
conuerteret. Hoc & de irrationali anima / uel uita / que nec in eam rationalis
anima conuertit dici potest. Et ipsa. n. nisi inferiori ordine rationali su
biiceret / eque spiritum sumeret / & talis esset. Tradunt ergo speciem a summa
pulchritudine acceptam potentiora infirmioribus naturali ordine. Et
utique cum tradunt / non adimunt: eoque sunt / que infirmiora sunt / quantum
sunt / que spiritus qua sunt / eis a potentioribus traditur. Que quidem pote
riora est meliora sunt. Quod his naturis datum est / que non mole maio
re plus possunt minoribus molibus: sed sine rumore ullo localis ma
gnitudinis eadem spiritus potentiora sunt / qua meliora. In quo genere est anima
corpore melior & potentior. Quapp cum per illam ut dictum est corpus sub
sistat / ipsa in corpus conuertere nullo modo potest. Corpus. n. nullum fit nisi
accipiendo per animam spiritum. At anima ut corpus fieret non accipiendo spiritum
sed amittendo fieri posset. Et ideo fieri nullo modo potest.

76
LIBER SEXTVS.

71
Marsilii Ficini florentini liber sextus theologie de immortalitate
animorum. Reductio opinionum de anima in quinque capita. Cap. i.

h
EC olim in agro regnano apud Ioanem caualcare unicum ami
cum nostrum kalendis martis sub lauro disputaueram. Quibus
differendis interfuerunt precipui familiares nostri tres. Christo
phorus Latinus: Bernardus nuthius: Georgius Antonius
uespuccius: uiri pbitate & doctrina clarissimi. His at Ioanes summa cum
attentione auditus Marsili ficine inquit / dici non posset quantum superiori dispu
tatione fuerim delectatus. Sed hoc insuper cupio: ut postquam de comuni
animarum rationalium immortalitate differuisti: deiceps si placet diligentius
de anime nostre immortalitate propriis rationibus differas. Asseritor equidem quique
est rerum gradus quemadmodum superiori disputatione disposuisti: atque ho
rum medium obtinere tertiam illam essentiam: que a materia soluta sit ac ppe
rua. Preterea celestes animas in illius essentie gradu collocari non dubito.
Opinor et pbabile est ut ibidem noster animus colloceat. Arbitror tamen non
prius id posse penitus affirmari / quam omnes opiniones philosophorum de
hois anima ad quinque capita reducantur & quattuor confutatis ultima tenean
tur. Aut. n. anima corpusculum aliquid est tenuissimum / corpori huic crassio
ri suffusum. Siue igneum id sit / ut Democritus: Leucippus: & Hipparcus
existimant. Siue aereum / ut Anaximenes: Diogenes Apolloniates & Cri
tias. Siue aqueum / ut Hippias. Siue terreum / ut Heliodus & Pronopides
Siue ex igne consistat & aere / ut Boetius & Epicurus. Siue ex aqua & ter
ra / ut Xenophanes. Aut melius aliquid est anima. i. non moles ipsa corpu
sculi pprie: sed qualitas illius aliqua per partes corpusculi sparsa / puta
calor uel complexio calida. Quod uoluisse uidentur Zeno Cittius: Cle
antes: Antipater Possidonius. Aut purius aliquid / ueluti punctum ali
quod lucidum qualitatis illius / in quadam ipsius qualitatis & corpuscu
li parte poriori / puta corde uel cerebro assignatum. Ibi residens: inde reli
qua membra gubernans: ut est apud Chrysippum Archilaum & Heraclidem po
ticum. Aut liberius adhuc quiddam ceu punctum aliquod nulli
parti affixum: sed ab omni determinato situ seclusum. ac totum parti

corporis cuique presens: sed tale/ut sit ab ipsa corporis natura dependens. Dependens inquam duobus modis. scilicet uel quia corporis complexio ipsi genuerit: uel quia licet complexio ipsi non genuerit: tamen genitor suus qui cumque sit ille/ipsi ex materie potentia eiusque uisceribus eduxerit. id est ex aliquo semine siue incohabatione seu proportione materie ipsius in lucem eruerit: atque ipsi materie tanquam naturali gremio profusus addixerit. Quam sententiam Xenophanes Colophonius: Asclepiades: Aristoxenus: Critolausque secutus. Apud quos anima est uel uis quedam corporis agilis ad mouendum: uel partium corporaliu harmonia. Aut postremo diuinum quiddam est hominis anima. id est aliquid indiuiduum/ totum cuique parti corporis adstant & ab incorporeo auctore ita productum/ ut ex ageris uirtute solummodo non ex materie incohabatione: aut capacitate: aut fomento dependeat/ sicut nos docent prisci theologi: Zoroaster: Mercurius: Orpheus: Aglaophemus: Pythagoras: Plato. Quorum uestigia sequitur plurimum physicus Aristoteles. Preter has quinque opiniones alie nulle inueniuntur. Tu uero nunc demum immortalitatem ad nos pertinere monstraueris: quando reprobaris quattuor superioribus opinionibus approbaueris ultimam. Sic. n. constabit animam nostram in tertie entie ordine collocari. Id uero non mihi solum uideatur: sed et cum superioribus diebus apud Bernardum Bebum tuum clarissimum egerit atque hoc tempore ueneri senatoris oratoris conuiuio discubemus/ meministi ut arbitror idem Antonio Chronico ueneto ac Demetrio attico disputatoribus argutissimis uisum fuisse. Mox et a Ricciardo angellerio aglariensi & ab Oliuero Arduino florentino insignibus pipateticis similiter esse conclusum. Vbi affuerunt tres amici/ Naldus naldus Bartholomeus fortius Ioannes Baptista bonifagni uiri doctissimi. Eadem esse sententiam nosti Petri Leonis spoletini: qui platonica pipateticis preclarissime iunxit. Hec ille. His ego ita respondi.

Plebei philosophi non ratione aliqua persuasi: sed praua decepti consuetudine corporalem animam posuerunt. Cap. ii.

Principio plebeos philosophos qui corporalem esse animam arbitrantur opinionem ex illis quattuor aliquam secuti sunt non ratione aliqua persuasos: sed longa quadam & infelicissima consuetudine in hac sententiam compulso existimo. Tria potissimum anime nostre officia esse uideatur.

Siquidem agit in corpore: agit per corpus: operatur etiam per se ipsam. In corpore per eam potentiam: quam uegetatricem uocant Peripatetici: Platonici uero nostri naturam: quando generat corpus/ nutritque & auget. Per corpus agit/ secundum sensum tum exteriorem: quando uidet: audit: olfacit: gustat: & tangit. Tum interiorem/ quando eorum corporum que sentit extrinsecus/ imagines quasi reliquias sensuum secum ipsa reuoluit. Per se ipsam agit/ quando neque corpora per sensus exteriores attingit: neque imagines corporum per interiorem sensum recolligit. Sed ipsa mera uis anime incorporeaque incorporeum aliquid inuestigat & inuenit. Quod neque corpus sit/ neque corporis alicuius imago. Quam quidem actionem intelligentiam nominamus. Habes igitur actionem naturalem: sensum: intelligentiam. Actione naturali uis anime in ipso fetu statim corpus ingressa. Sensu paulo post/ homine uidelicet statim nato. Intelligentia pura uix tandem adulto iam corpore. Magna uero pars hominum fere nunquam illi presertim qui etiam trigesimo eratis anno sunt pueri. Si potentiam illam naturalem/ quid anima sit interroges/ corpus esse procul dubio respondebit. Ea siquidem uis nihil attingit aliud nisi corpus. Si sensum exteriorem roga ueris. corpus similiter respondebit. Oculi figuram quadam & colorem anime ascribent. Aures uocem. Olfatus odorem. Saporem gustus. Ponderus soliditatemque & calorem & similia tactus. Quod si sensum interiorem qui reliquiis externorum sensuum pascitur/ de anima fueris percontatus/ ipse quoque animam corporum pinget simulachris. Nihil enim habet aliud quod adhibeat. Infelix adolescentia nostra sub indoctis preceptoribus his nutrita cogit nos per omnem etatem stulte sentire de anima. Dum eam opinamur esse corpoream/ ab his doctis magistris/ qui sola sentiunt corporalia. Maxime uero hic error inde uidetur exortus: immo uero potius confirmatus: quod si quando tribus his preceptoribus tanquam Sophistis omnino dimissis ad mentem illam sapientie magistrum confugimus: & ab ea quid sit anima sciscitamus. Illa ralem esse respondet/ qualem & ipsa uidet. Illa uero heu qualem uidet/ quam fedam/ quam miserabilem? Profecto non talem/ qualis olim celo descenderat: sed potentiam illam anime naturalem corporis fabricatricem

cernit quattuor humorum/ in quibus ipsa mergitur tabe pollutā & membronū pinguedine suffocatā. Sensus quoq; externos inspicit undiq; declinantes ad corpora. Agentes per corpus: a corporibus quodāmodo patientes. Sensem etiam interiorem quem nomināt fantasia uariis diuersorum corporum figuris & qualitatibus quasi p se sus haustis cernit opertum. Dum igit animā corporali ueste aspicit i uolutam: & appetitum eius pcliuem esse ad corpora animaduertit/ certe respōdet eam esse corpoream: nō aliter ac si puer aliquis statim natus luto oblitus ita fuisset: ut undiq; per omnē pueritiam lutea tēsta esset obductus: ac postea rogaret: quale ruum est o puer corpusculum/ nō ne esse luteum/ esponderet? Ablue puer corpus. Absterge carnes a glebis. Carneum te uidebis non luteū. Dimittite sēsus o mi seri impios nīmū preceptores. Piā dūtaxat mentē interrogate: eo tamen pacto/ ut animā illi puram qualē accepistis/ nō corpori manciparam: nō uiriorū maculis sordidā ostendatis. Mens p̄tinus respondebit: nō icorporalem eē animā solūmodo/ sed diuinam. Magnū quiddā es o anima/ si te parua nō implent. Optimum quoq; si displicent tibi mala. Pulcherrimū si horres turpia. Sempiternū si tēporalia paruipēdis. Postq̄ talis es/ si inuenire te cupis quere obsecro ibi te ipsam ubi sunt talia. Magna uero ibi sunt/ solum ubi nullum locus imponit limite finē. Optima/ ubi nihil cōtigit aduersi. Pulcherrima ubi nihil ē dissonū. Sēpiterna/ ubi defectus ē nullus. Quere te igitur extra mundum. Verum ut & queras te & iuenias extra: extra uola. Immo extra respice. Es. n. extra dum mūdum ipsa cūplecteris. Sed esse te puras in infimo loco mundi/ quia te ipsam quidem non cernis super erhera p uolantē: sed umbrā tuā corpus uides i infimo. Perinde ac si puer aliquis sup puteū constitutus esse se i fundo putei arbitret: dū in se ipsū aciem non cōuertit: sed suam in fundo p̄spicit umbram. Aut si auis in aere uolās credat se in terra uolare: dum umbram suam uidet i terra. Ergo relictis iumbre huius angustiis reuertere in te ipsam. Sic enī reuerteris in amplum. Immensam esse scito in spiritu amplitudinem. In corpore uero ifinitā (ut ita loquar) āgustā. Quod ex hoc licet p̄spicere q̄ numeri q̄ spiritali nature p̄p̄quāt/ cū & situ careāt & meriātur

6
73
numerentq; secundū formā tam icorporea q̄ corporea: & nihil aliud sint q̄ quedam unitatis ipsius replicationes: unitas autem sit incorporea: quia omne corporale sit multiplex: numeri inquam qui spirituales sunt/ sine fine crescunt: non tamen sine fine decrescunt. Magnitudo contra/ terminum quidē habet augmenti: q̄ quis nō habeat terminum decrementi. Cur tanti facitis sensuum iudicium infelices? qui falsis imaginibus ita decipiuntur: ut uisus solem qui terra lōge ē amplior uix bicubitū iudicet. Celum quod rapidissime currit quiescere. Rectum in aqua remum fractum uideat & obliquum. Currere litus dum nauis ipsa mouetur. Audirus uocem aliūde q̄ mittatur sepe uenire significet. Gustus sepe numero que dulcia sunt amara & i finita generis eiusdem. Sensus errata quis corrigit? Ratio: nobilitas autē quod emendat & perficit q̄ quod perficitur. Iccirco diligentior & ueracior ratio est q̄ sensus. Ratio iudicat inueniri posse aliquid in corporeum/ semperq; circa huiusmodi quiddā ipsa uersatur. Est ergo uerum per iudicium rationis esse alicubi aliquid incorporeum/ sicut uerum est per iudicium sensuū esse multa i mundo corporea. horum tamen iudicium i eo fallitur/ quod nihil affirmat aliud nisi corpus. Sic etiam falleretur iudicium rationis/ si forte asseueraret non esse in rebus aliquid corporale. Nunc uero rārum abest a falso ut etiam fallaciā sensus emendet. Sentiendi autē uires usq; adeo fallaces sunt/ ut non modo emendētur a ratione/ uerum etiā a se inuicem ipse dānerur. Si uisui te soli cōmittas/ nihil in mundo esse aliud dices q̄ que uidentur in lumine. Voces autem & odores & reliqua que non uidentur omīo non esse. Si aurbus solis confidas colores esse negabis. Si olfatu: solos esse in mundo putabis odores. Atq; ita de aliis est putandum. Sicut autē quisq; sensuū negat/ esse alicubi aliud quicq; preter id quod est suum: & ramen per alium sensum dānamus aliū & eē aliquid aliud iuenimus preter id quod unius sēsus ē p̄p̄tū & recte iuenimus. Ita cūcti sēsus una cōspirātes negāt esse posse aliqd i natura quod nō sit corpus. Nihilominus ratio cūctos redarguēs esse etiā aliqd icorporale uaticinā: & uere uaticinā: & multo uerius q̄ sēsus: qui & a se inuicē dānant: & redarguūtur ab illa. Quid. n. stultius ē q̄.

concedere nos bestiis ratione prestare: atque ea que sensu percipimus existere aliquid confiteri: que etiam nonnullæ bestie acutius sentiunt. Id autem quod rationis oculo intruemur: nihil esse contendere: Nul- lum enim animal esset insipientius homine: si ea uis animi que homi- nis propria est magis quam sensus qui communis est bestiis: falleretur. Ne- fas est autem animalium regem dicere omnium demeritissimum. Demeritissimus autem is erit solus qui non fatebitur tanto prestantius esse mentis obiectum sensus obiecto: quanto mens est sensu prestantior: ac propterea incorporeas naturas in excellentiore substantie genere re- uera inueniri quam corporea. Prefertim quia si obiecta mentis eam mouent: sicut obiecta sensus mouent sensum: oportet ea ipsa mentis obiecta aliquam per se habere substantiam: ut mentem mouere queant. Sin autem dicatur intellectum a suis obiectis minime agitari: iam satis probatum erit: saltem intellectum ipsum esse naturam incorpoream: postquam dum fabricat sua: non mouetur ab alio: & edificia fabricat incorporea. Me- minisse uero oportet quemadmodum puer qui natus est cecus diffi- cile credit colorum uarietatem lucemque esse: cum tamen ceteris homi- nibus nihil sit luce clarius. Sic animum nuper tenebris corporis cir- cumsusum uix adduci ut existimet lucem aliquam incorpoream existe- re: Cum tamen nihil sit illa in rerum ordine angelis manifestius. Hoc Plato in septimo de republica longe conqueritur. Hoc Aristoteles in secundo diuinorum confirmat: dicens humanum intellectum ad ea que sunt per se in ordine rerum manifestissima: non aliter se habere quam ad solis lucem noctue oculos. Resipiscant igitur quandoque mi- nuti philosophi: qui sensuum inditio freti incorpoream diuinamque esse animam cogitare non possunt. Animaduertant aliquando ex diuina cum corpore consuetudine se factos esse usque adeo corporales ut merito nihil nouerint: nisi corpus aut rem corpore natam. Puri fiant: & pura per- cipiunt. Experiantur aliquando in se ipsis. Possunt. nam modo uelint quod iam diu in uniuerso desiderant: percipiunt certe composita: percipiunt & for- mas plurimas in compositis. Formas insuper desiderant aliquas extra composita segregatas. Ipsi ex anima & corpore compositi sunt. Habent uitam ab anima corpori traditam. Habent & uitam anime ipsius in se

6
78
ipsa uigentem. Illam ergo despiciant: hanc aspiciant uitam intellectu- alem agant a corpore separatam. Separati statim separatas formas at- tingent. Socraticamque mox sententiam re ipsa probabunt super for- mas que in subiectis formatis iacent quoniam imperfecte sunt: esse formas in se ipsis atque perfectas: unde informia subiecta formentur. Atque unicam ad incorporea non attingenda solum sed etiam possiden- da uiam esse: se ipsum uidelicet incorporeum reddere: hoc est mentem a motu: sensu: affectu. Imaginatione corporali prouinibus seuocare. Sic enim experientia ipsa constabit. Primo quidem qualis sit purus animus id est ratio secum ipsa uiuens: sequitur circa ipsum ueritatis lumen auide uersans. Secundo qualis angelus id est intellectus purus in fo- so iam ueritatis lumine gaudens. Tertio quando animus ipse tanquam angelus pleno ueritatis gaudebit lumine: deum esse persentiet tum ueritatem ipsam se ipsa lucentem atque gaudentem. Tum ipsam lucem ueritate gaudentem propria: tum ipsum gaudium ueritate propria lucens. Esse uero plebeorum errorem a corporea consuetudine na- tum nosse incipiemus aliquantum: si saltem contrariam illius educa- tionem aliquam cogitemus: qualem in sexto naturalium excogitat Auicenna. Creetur a deo homo aliquis subito inquit Auicenna in etate perfecta constitutus. Sed ita dispositus ut nihil per aliquem quinque sensuum apprehendat. Sic affecti hominis mens aliquid cogitabit: cum sit in etate adulta in qua corporis fabrica intelligentiam non per- turbat. neque sit ad opera sensuum occupatus: que mentis operationem impediunt. Ac etiam adsit aliquid quod possit intelligi. Adest enim ipsa anime substantia menti. Mens igitur a nullo turbata presentem sibi anime substantiam cogitabit. At qualem cogitabit? Num colora- tam: longam: aut amplam? Minime. Cecus enim similia non apprehendit. Num sonantem uel bene olentem atque similia? Neque ista quidem. Non dum enim talia quedam per sensus accepit: ut possit talem natu- ram anime assignare. Igitur nihil poterit corporale anima illa sibi tri- buere. Quid tandem de se ipsa asseuerabit? Profecto id saltem quod sibi primo offeretur intuitu. Est autem hoc ipsius essentia. Quam app- affirmabit esse se ipsam: neque tamen corporale quicquam in se ipsa percipiet.

Itaq; affirmabit esse se prorsus incorporalē. Neq; fingere qdē poterit
eē se corpus sicut plebis aīe nunc aliter create atq; educate nequeunt
se ipsas incorporales cōsiderare. Quod si qs dixerit aīam illā nihil de
se ipsa affirmare horū corporū que p quinq; sensus accipimus / sed ali
ud quiddā corpus diuerse nature. Vanū hoc nimū. Nā si ne nunc q
dē cū tot uaria corpora pceperimus / possumus noui aliqd machina
ri / quod nō uel in his insit uel ex his saltē aut cōponatur aut eliciat;
quomō in eo statu horū corporū ignarus posset animus noui corpo
ris naturā effingere? Ac etiā si possibile eēt eam aliquod sui corporis
mēbrum excogitare / illud nullo modo putaret ad ppriā substāciam
ptinere. Affirmabit igi animus ille de se ipso eē: tamē corporeum ali
quid nō affirmabit. Diuersa uero inter se sunt duo hec. Id quod affir
mat: & id quod minime affirmat. Igit essētia animi in ea cōsideratiōe
erit aliqd preter corpus: iudiciū uero cōsiderationis illius ideo uerū
fore putamus: quia merā prorsus naturā anime sequeret: nō imagies
acceptas extrinsecus. Esset ergo iudiciū naturale admodū: ideoq; ue
rissimū. Itaq; si deinde expgiscat / ut nos nūci & sentiat / nō erit ut nos
ad inq;sitōnē spiritaliū ineptissimus: sed uiam aliquā habebit cōmo
diorē per quā ita quādoq; ad sui ipsius cōsiderationē se cōparet: ut
pronūtiat se eē aliquid preter corpus. Qua qdem uia carēt nunc aīe
misere: que p naturā & sensus corpora tum ppria tū aliena prius atti
gerunt q se ipsas cōsiderarēt. Vnde miserabilis ille pfectus ē error: ut
nequeat se ipsas seorsū a labe corporis puidere. Hactenus educati
onē fictā ab Auicēna narrauisse sufficiat. Deinceps qualem Plato no
ster educationē in septimo de repub. libro describit breuiter perstrin
gamus. Finge inquit quādā sub terra speluncā. In ea homines nutri
tos a pueritia / ita ceruicē & manus a tergo pedesq; colūnis quibusdā
alligatos: ut neq; moueri usq; neq; alia nisi que e cōspectu imposta
spelunce pre apparent respicere possint. Post tergum uero supne lam
pas accensa sit: atq; inter lāpadem & illos qui ligati sūt / alii multi de
ambulēt / loquantq; inuicē / ferentes manibus uaria arborum animali
umq; simulacra. Qui igi ita uincti sūt / nunq; re uera uel se ipsos uel
alia eorū que narrauimus ulla uidebūt / sed solas uel sui umbras uel

6
74
aliorū / que pp ignem a tergo accēsū tātū ante suos oculos i aduersā
ptem spelūce resultāt. Quā ob rē nihil aliud aut se eē q sui umbras.
aut alia aliud eē q umbras illorū existimabūt: aut lumē ipsū eē aliud
q exiguū illud quod ibi reflexū apparet opinabunt. Si qs at horū
q uincti sūt forte soluat / subitoq; lāpadē & alia sub illa que sequunt
a tergo retro uersus irueri cogatur / caligabit prinus & dolebit: ac pp
splēdorē intueri nō poterit illa / quorū umbras paulo ante cernebat.
Multoq; magis id illi malū contiget / si a spelūca sursum ad celeste diur
nūq; lumē repēte trahat. Quare nō subito sed paulatī cōuenientibus
gradibus ab umbris rerū ad res ipsas: itē a luminis imagine ad lumē
ipsū ē pducēdus: ita ut que i spelūca sūt apud illos / prius illic i aqua
uideat q ibidē in se ipsis inspiciat. Rursus que extra speluncā apud
nos sunt / primo nocte hic ad lunā in aqua similiter: deide in se ipsis
terrena hec: similiterq; in celo celestia nocte itidē solū intrueat. Postea
uero die rā solē ipsū q que sub sole uident / prius i aqua / post in se ip
sis illa / demū solē in celo suspiciat. Hac potissimū rōe singula sincere
facileq; discernet: atq; existimabit se cecū deceptū miseriq; fuisse: quā
do sub specu uinctus exiguis rerū umbris fuerat occupatus. Pro
inde que cōparatio ē spelunce illius ad hūc mundū / quē uisibile no
minamus: eadē ferme mundi huius ad illū / quē inuisibile diuinūq;
uocamus. Siqdē hic aīe misere moribūdi corporis clausa tenebris &
carcere ceco / neq; se ipsas unq; neq; alia ulla re uera / neq; uerum solem
imo sui aliorūq; umbras & exilē quādā ueri solis imaginē intruetur.
Vere. n. mētes: uere res queq; uerus sol i mūdo solū sūt iuisibili: que
si absq; cōgruis educationis disciplinarūq; gradibus repēte intueri
conemur / caligamus prinus & dolemus. Cōuenientibus uero tū mo
rū tum doctrinarū tum tēporis pducti gradibus / sincere discernimus
iudicamusq; cecos illos & miseros / q falsis mūdi huius umbris ima
ginibusq; fallunt / occupant / atq; premunt. Verūtamē quādo aīus ab
imenso inuisibilis mundi lumine in corpus obscurū regendū mouē
dūq; descēdit: nouis sueq; nature cōtrariis obrutus tenebris cecutire
diu & titubare cōpelli. Adde & pp repētīnā maximāq; i dererius mu
tationē diu cogit egrotare. atq; ferme sic affici / ut si q pp phrenesim
k 1

uel sōnū uel ebrietatē falsis imaginibus illuduntur atq; uexant. Aut certe nō aliter se habere q̄ si qs a solis lumine in cauernā illā quā descripsimus repēte precipite. Adeo. n. nouis tenebris effundet: ut aut nullo mō/ aut uix rādē sub exiguo illo caueme lumine umbras illas rātū quas narrauimus discernere possit. Preterea ob subitā illā & i peius mutationē in morbos tam sensus q̄ corporis uarios incidet. Hec a Platone i libro de repub. septimo. Sed redeamus rādē ad ea que ab initio statueramus. Emergite obsecro mortaliū aīe nunc i mēse corporibus. Naturā uestrā supra corporis fines statim repietis. Corpus siquidē lōgū ē latū atq; pfūdū. Quoniā uero nullū corpus ē ifinitū. Ideoq; finē hēt pfūditaris/ finitū i superficie nō pfūdā. Hētis iā superficiē lōgā q̄ dē & latā sicut corpus: sed pfūditate carētē/ atq; ex una hac pre surgēte ad incorporea. Superficiē quoq; latitudo finita ad lōgā lineā terminat/ neq; profundā neq; latā. Habetis lineā duabus partibus ad spiritum accedentē. Sed hec ipsa lineae lōgitudine q̄ finita est/ ad pūctū ducitur nō pfunditate solū & latitudine priuatū: sed etia longitudine. Habetis punctū tribus partibus ad naturā uergēs i corporalē. Sed hoc quoniā lineae terminus ē/ ideo certū habet sitū in corpore: neq; iplet totum/ neq; uiuificat. Separate si placet ipsū a linea. Potest autē cogitatione saltē a linea separari: quod ē lineae terminus/ & prius in se ipso est quodāmō q̄ terminet lineā. Quod aut prius ē/ licet ab eo quod est posterius separare. Habetis punctū quodāmō. i. cogitatione solutū a linea quarto iā gradu discedēs a corpore. In hac ipsa solutione assequi/ ut omnes partes corporis eque respiciat. Fūdā per omnes & moueat. hic irrationalis aīa sedē habet. Et quoniā rōnalis cogitatio nō fallit/ ascēdendo: ideo sicut inuenit pūctum a corpore cogitatione liberū: sic te uera inueniet pūctū. i. indiuiduū aliquid re ipsa solutū a corpore. Quod nō mō impleat corpus & moueat: sed ipsū libere moueatur & tollat ad supera: quod iā unitatis nomine appellat. Hic aīa uiget rōnalis/ quinto gradu a mole corporis aliena. Si rāto qd impurius ē quanto eget partibus/ magis/ corpus impurius ē q̄ superficies. Pluribus. n. ad hoc ut sit dimētionibus eget/ atq; ex partibus diuidit pluribus. Superficies simili rōne cedit lineae: linea puncto: punctum deniq;

9
76.
unitati que neq; dimētionibus indiget neq; situ. Si horū pfectissima substantialis unitas ē: & q̄ pfectissima/ ideo potētissima & uerissima atq; hec sunt aliquid existēt/ q̄ negauerit uere existere unitatē. Ergo qd phibet aīam esse aliquid/ & id qdē uirtute magnum/ licet nō sit magnū aliquid quāritate. Agite igneā formā/ que in corpore uestro tricubito tricubita ē: colligite totā in cordis centrū. Hinc rātū uirtute crescat quantū creuerit unione. Nō aliter ac solis radii in cōcaui igneiq; speculi collecti cētro: q̄ usq; adeo roborant/ ut inde resiliētes durissima queq; accēdant subito atq; cōsumāt. Subtrahite portiūculā illam cordis: qua forma ignis illa deprimi. Restet forma indiuidua: agilis: ealēs: lucens: & aliter q̄ prius & mirabilius. Quia indiuidua agilisq; ē secūdū se totā corpus rotū eque collustret. Quia feruet incredibiliter uitalis sit atq; uiuifica. Quia mirifice fulget: sentiat. Intelligat insup si reflecti in se ipsā/ sursumq; attollit. Hactenus p ea que rāgun/ pederenti p grediētes inuenistis aīam quādo a solido corpore ad quādam quasi pūctū omīo liberū pcessistis. Rursus per ea que cernunt oculis aīam pscrutemini. Cur queso diffiditis eē spiritale aliquid in natura? cū ipsis ēt oculis spiritū quodāmō uideatis? Scitis lumē id solis oculo manifestū/ ideo corpus nō esse: q̄a momēto se fūdīt i omnia. Infusū non frāgit corpora/ nec inficit. Ecce uideatis spiritū. Quid negatis? An forsitan illum negabitis eē: quē nō cernitis? Si ita est speras aeris ignisq; & celi aqua & terra prestāiores/ q̄a nō uideant/ nihil esse dicitis. Itaq; pars maxima & prestātissima mūdi q̄a non sit uisibilis/ nihil erit. Sed redeamus ad lumē. Ita lumē eē negabitis in sphaera ignis/ quoniā oculis nō prospici. Sed & ipse solis fulgor ēt si nō uideret/ existeret: quādo quidē existit nūc: & non uideat a noctuis: atq; ipsius splendor aliq; mixtus uaporibus potius q̄ ipse uideat a nobis: sed ipsum eē alicubi ex hoc eius splendore conuicimus. Sic ēt inesse lumen celestibus aīs spiritale/ ex ipso siderū lumine quod illius imago est cōiecta. An nescitis lucis actū nihil eē aliud q̄ lucere? Ac tāto clarius rutilare/ quāto lōgius a crassis corporibus separatur. Secernite ipsam ab omni materia: mirabilius rutilabit. Viuet qdē tūc maxime si quādo uictura sit. Vbi. n. crescit actus/ augeat & uita. Presertim cum per eius

calorem hec omnia uiuāt. Sēriet quoq; (ut ita dixerim) quādo p̄ eius radios hec omnia sentiūt. Ipsa tamen minime sentieēt. Nā & tenuitate subterfugiet acie oculorū: & ubertate fulgoris intelligibilis supabit terreni uisus capacitatē. Scitis in speris elemētōrū ignē infimū usq; adeo ad naturā sup̄remi aeris declinare: aerem uero cōtra sup̄remum ita ad ignē illū attolli / ut & ignis ille nihil ferme aliud uideat esse q̄ tenuis aer / & aer ille crassior ignis. Adeo ut quicūq; aerē illū cernit / uideat se ignē possit absq; mendacio affirmare. Eadē comparatio est mentis infime qualis est aīa rationalis ad sublime corpus quod est celū. Ergo & aīa quodā mō est renue celū: & celum ē crassior aīa. Et qui celū suspicit / prospicit animam. Cogitate punctū aliquod geometricū: q̄ quia eque respicit quālibet loci p̄rem circūdati ipsū / si quādo moueēt / per quālibet moueēt in orbē. Vnde quod erat punctū / circūferētia uideēt euadere. Vbi sane circūferētia est punctū circū currens euolūtūq; foras. Pūctū uero ē circūferētia stabili quodā cardine cōuoluta. Cogitate rursus sintillā quādā luminis inuisibilis: que quoniā super omnē existit locum / eque in partē loci quālibet sese fūdar: ac dū moueēt in girum / flāmeus orbis euadat. Orbis inquā oculis manifestus. Vbi sintilla est flāma cōpressa. Flāma est sintilla p̄fusa. Sintilla huiusmodi aīa est: Flāma corpus ethereū. Et quanta est ī aīabus rōnalibus uarietas luminis spiritalis: tanta est in p̄p̄tis earū celestibusq; corporibus uisibilis luminis uarietas. Atq; id lumē ita lucē sequit̄ spiritalē / ut lune lucē pallidus orbis in nubibus. Ea uere est iter rōnales aīas differētia: q̄ aīe fixarū stellarū planetarūq; solū lucido corpore circūdan̄: cetera corporibus geminis / lucido & opaco aut certe altero lucidissimo: altero minus lucido. Eadē quasi lux esse uideēt: que dū sintilla manet / sentit quidē: sed nō sentitur. Cū uero explicat̄ in flāmā / sentitur iā: sed ipsa nil sentit amplius: & sicut sensu careret quicūq; flāmā uidēs sintillam se uidere negaret: ita carebit aīa / qui dū globo s ethereos suspicit quasi quosdā circuitus animarū aīas inesse illis quasi cētra nō sensent. Neq; concesserit aīas esse globos luminū implicatos. Globos autem esse animas explicatas. Quod ita significauit Heraclitus. αὐτὴν φησὶ ψυχὴν σφοδρὰτη. i. lux sicca aīa sapiētissima. Hic efficiēt

9 77
ut nihil animo aut gratius aut mirabilius sit q̄ lumē. Neq; possit alicubi q̄ in lumine spirituū habitare dum colit terras. Jam igitur & hic inuenistis animā esse tanq̄ lucem inuisibilē: uiuificam: sentientem: intelligibilem: intelligentem. Et paulo ante tanq̄ punctū a corpore liberum: agile per se ipsum: calens: uiuificum: sentiens: capax superiorum: quod substantialis quedam unitas appellatur. Atq; hec prima quedam excursio sit & quasi prelium: quo infelix diffidentia illa tollat̄ que lōgissime a spiritaliū cōfessione abducit aīos plebeorum.

Anima nō est corpus aut forma diuisa in corpore ut ostēditur per uirtutem anime naturalem. Cap. iiii.

p Roposite questionis ordo requirit / ut in prima sequētis disputationis parte ostēdamus per uirtutē anime naturalē hominis animā potissimū quidē non esse corpus: partim etiā nō esse formā diuisam in corpore. In secunda parte per uirtutē sentiendi mōstrēmus idem .s. animā esse formam indiuisibilem: ac īsuper illud adiciamus eam uidelicet nō alicui corporis mēbro affigi: sed totam per singula fundi. In tertia uero parte per uirtutem intelligendi eadem cōfirmemus: scilicet eam esse formam impartibilem / ubiq; totam: & illud adiciamus / q̄ nullam trahat originem a materia. Sic enī anima hominis ad tertiam illam essentiam / que est perperua pertinebit & īmortalis merito iudicabimur. Jam uero primā disputationis partē diuino numine inuocato in hunc modū aggrediamur.

Prima ratio. Quia anima est principium nutriendi & quomodocūq; aliter operandi. Cap. iiii.

a Nimantes & plante uirentes corpora sunt. Corpora etiā sunt ligna & saxa ex terra cōuulsa. Corpora illa coalescūt. Hec uero nequaq;. Quid autē est in illis principium alimēti? non materia corporalis: quoniā alia etiā corpora nutrent̄: quibus talis materia ē cōmunis. Cum ergo uis illa per quam adolefcunt aliud quiddā sit preter materiā corporalē: & illa nō sit aliud q̄ anima nutritiua: sequit̄ ut talis aīa non sit corpus. Si quis autem obiecerit ita. Immo uero est corpus / non corpus quodlibet / sed tale quiddam & sic affectum: qualis natura plātis & animantibus propria sit. Saxis uero & lignis andis

non cōmunis. Queremus ab illo de huiusmodi tali certoq; corpore/
quod uocat aīam/utrum duo quedā in se contineat/corporalē. s. mo
lem atq; insup certam quādā affectionē per quā tale uocā: & certum
fit ppriumq; corpus/an nihil habeat ultra materiā corporibus omni
bus ubiq; cōmunē. Si nihil respōdeat habere preter cōmunē hanc mo
lem: Vana fuerat nimiū obiectio illa/p quam dicebat/ nō quodlibet
corpus esse animā. sed corpus tale & certo modo dispositū. Nō. n. fit
corpus tale & certo modo dispositū/nisi p qualitātē ipsam & ppriam
quādā affectionē ipsi corpori supadditā: per quā nō nō sit corpus
sed & tale: per quā etiā a quolibet alio differat corpore. Itaq; si nihil
aliud est ibi preter molē solam cōmunēq; corporis cū illa ē aridis li
gnis insit & saxis/hec quoq; habebūt animā per quā alentur. Quod
quia falsū esse constat: necessariū est corpus illud tale/ quod aduersa
rius animā appellabat/nō materiā corporis solā/ sed qualitātē etiam
siue formā aliquā continere. Atq; illud nō pp materiā ipsam corporis
aīa nominat: qā materia omnibus ē uita carētibus corporibus cōpe
tit. Restat ut pp formā. Formā inquā uiuificā. Id. n. est anime ppriū.
Formā ipsā uiuificā uocabimus animā. Materiā uero illā cui adiūcta
est/ qā inde uite fit particeps/ neq; aīam neq; aīe partē/ sed animarum
quiddā esse dicemus. Prefens at ratio maxime p eam sententiā confir
matur: quā induximus a principio quādo diserebamus corpus ex
se agere nihil posse. Quippe cū uideamus aīa corporibus accedente
multas idē opationes pficisci: que & ante anime accessū & post eius
discessū minime fiūt. Quapp animā que huiusmōi operationū prin
cipium est/corpus non esse concludimus.

Secunda rō. Neq; corpus aīatum ē neq; inaīatum. Cap. v.

q Vale corpus esse uis animam /animatū ne? an ianime? Inanime
nō dices quod aliter uitā tribuit animale. Quomō. n. si aīa in
anime corpus sit uiuificat corpora? Neq; animatū corpus eā potes di
cere. Quia si aīa animatū corpus dicat: certe illud corpus postq; ani
matū dicit/ per aliquā animam dicit animatū. De illa anima rursus in
terrogo/corpus ne sit an nō? Si corpus: utrum aīatū uel ianime. Si inani
me respondeat: absurdū qdē. Si aīatum: iterū de aīa illa querā: p quam

9
78
dicitur animatū. Atq; procedere cogens in infinitū/ q̄ diu corpus eē
animā asseres. Ac semp respōdere cōpelleris absurde. Vtraq; n. respō
sio delira uidet: rum aīam esse aīatam tū inanimē/ quēadmodū de sa
pientia: tū esse illam sapientē/ tū etiā insipientē. Aut de lumine: tū eē
illud illuminatū/ rum obscurū. Sicut. n. neq; obscurū est lumen quod
alia illustrat: neq; ab alio illuminatū/ quod ipsū est primum lumē: sic
aīa neq; est inanimis/ quia dat uitā: neq; ē per aliud animata: cū ipsa
illud pprie sit p quod re uera quodlibet aīatur. Ac si ad aliud illā re
tuleris p quod anime: ego similiter illud aliud rursus ad aliud refe
ram: aliudq; rursus ad aliud. Neq; cessabo unq;: aut si cessabo in eo ip
so certe qescā: ut dicā aut illud ipsū quod primo ponebat/ aut aliqd
sequens neq; animatū neq; uiuificatū esse ab aliquo: sed ipsū pprie p
se esse quod animat aliud atq; uiuificat. Tale quiddā aīam & uitā p
prie/ nō quod uis aliud appellabo. Tu forsitan ut infinitū illū pgre
sum & respōsiones deliras iam deuites/ & ramē aīam corpus esse asse
ras: inferes eā esse corpus nō quidē animatū sed corpus animale nō
uiuificatum sed uiuens. Si ita est: reuoluent eodē. Equidē pcorabor
utrum illud ea rōne qua corpus ē aīa sit: an alia quadā rōne noue alicu
ius additionis: p quā aīale dicat & uiuēs. Certe nō ea rōe qua corpus
Omnia siqdē corpora essēt aīe ac uite rōes prese ferrēt. Seq̄ ut alia que
dā illic insit natura preter corporis rationem: p quā animale corpus
illud uiuēsq; dicat. illā ego uitā proprie & aīam nuncupabo.

Tertia rō. Neq; crassū corpus est: neq; subtile. Cap. vi.

n Vnqd crassū corpus est aīa? puta uel aqua uel terra atq; similia?
An potius subtile rarūq;? ut ignis & aer? Primū dici nō potest.
Quoniā aīe officiū est/ penetrare facillime corpora: implere: mouere.
Huic opationi crassa corpora sunt ineptissima. Secūdū uero illud eē
fortasse uidebit pbabilius/ ut rarū sit corpus aīa: ut ignis aut aer. Ve
rū si ignis dicat eē/ utrum ignis ille qua rōne ignis aīa est? aut quadam:
alia rōne? Si qua rōne ignis ē/ eē dicat aīa: pfecto qlibet ignis aīa erit
& omnia ignita uiuētia. Igit̄ alia rōne. Ita de aere pcorādū: cōcluden
dūq; aīam semp esse ultra naturā corporis req̄redā. Neq; adducat qsq;
q̄ntum aliquod tenuissimūq; corpusculū preter quattuor elementa:

quod crassioribus infusū corporibus illorū sit anima. Eadē nāq; redi-
bit questio: utrū corpusculū illud p̄ materiā suam sit anima: an p̄ uim
aliquā matere sup̄additā. Si primū deī: omnia corpora erūt aīe: quia
omnibus subest materia. Si secūdū: assecuti erimus iā quod cupimus
ut aīa sit ad aliquā uim quodāmo incorporeā referēda. Afferunt hic
a nōnullis breues quedā psuasiones huiusmōi. Si aīa dicatur eē diui-
sibilis: querit̄ nunq; partes eius uiuāt ut totū: nec ne. Si uiuūt: tota
aīa in singulis est suis p̄iculis. Quo fit: ut nō egeat quātitate: quan-
doq; dem p̄ diuisionē nō diminiūt. Si nō uiuūt: ex nō uiuētibus uita
consistet. Quod ē impossibile. Rursus omne corpus alicui quinq; sē
suum inorescere potest aīa nulli. Omne corpus figura aliqua uel ter-
mino circūscribit̄: anima minime. Omne corpus opationē suā necessa-
rio pagit temporis interuallo. Cū. n. diuisibile sit in eēntia: multo ma-
gis in actione. Anima sepe momēto tēporis opatur. Corpus p̄ quāti-
tatem potius q̄ per eēntiam ē in loco: quia pp̄ quātitatē implet locū
Anima p̄ eēntiam adest corpori. Vt. n. adest illi: dat illi eē. Esse p̄ essen-
tiā dat̄ sicut p̄ sapiētiā sapere. adest igit̄ p̄ essētiā. Corpus ita ī alio ē ut
cōtineat̄ ab eo ī quo ponit̄: atq; excedat̄. Aīa ī corpore ē nō cōprehēsa
sed comprehendēs. Ipsa. n. corpus pficit cōtinet atq; ducit. Aīa deniq;
quolibet corpore & toto corpore prestātor ē. Quare lineis punctisq;
que ī corporibus sūt ut ī subiecto ē prestātor. Indiuisibile diuisibili
excellētius ē. Aīus igit̄ magis īdiuisibilis ē q̄ aut linea aut p̄ctum.

Quarta rō: Corpus ex materia & forma cōponit̄. Cap. vii.

c Orpus naturale ex materia & forma cōponit̄. Aīal est naturale
corpus. Materia itaq; ī eo ē & forma. Cōstat at̄ ex aīa atq; corpo-
cum tenet corporis significatio aīe in duo mēbra diuiseris quasi aīal
luci & fet cessat primo illa significatio p quā uenus designabat. Non
tamē diuidit. Est. n. indiuisibilis significatio nominis / ut alias osten-
demus. Adhuc tamen due quedā sunt in duabus partibus significa-
tiones: p quas tanq; animas dictiones huiusmōi sup: uiuūt luci p lu-
cis significationem / fet per significationē aliquā lationis. Quid igit
prohibet quo minus reptilia aīam habeant secū dum platonicos / idē
uiduam quā mēbra diuisa uiuant.

Sexta ratio. Anima nō necessario patit̄ sentiēdo. Cap. vi.

a Nima ipā ut uera philosophia docet cū sit purissima crasso huic
& terreno corpori ab ea lōge distanti nō alit̄ q̄ per tenuissimum
quoddā lucidissimūq; corpusculū copulat̄: quē spiritū appellamus a
cordis calore genitū ex pre sanguinis tenuissima diffusū inde p uni-
uersū corpus. Huic aīa sibi cognatissimo facile se insinuās / primo qui-
dē p hūc totū se fundit spiritū: deīde hoc medio per corpus penitus
uniuersū uitā primū huic prestat & motū / facitq; uitalē: p q; hūc regit
mouetq; corpus: & qcquid a corpore ī hūc spiritū permanat. Aīa ipsi
presens cōtinuo percipit. Quā pceptionē sensū cognominamus. De
inde hāc pceptionē aiaduertit & iudicat. Quā aiaduersionē phārsiā
eē uolumus. Quorsū hec? Quando secat medicus curē corporis exti-
mā frāgit̄ caro: dissoluit̄: & cōtrahit̄ spiritus: Sentit hec omnia tactus:

7
90
qui p omnia mēbra uniuersalis est aīe sensus iudicat hec & cōdolet
phantasia. Quomō potest discidi caro: qn spiritus illi suffusus prim-
cū soluta carne soluat̄: prim ē in se ipsū fugiēs contrahatur. Quo ē
pacto solutio & contractio spiritus latere suā animā poterit. Ac si nō
latet: cur non moleste ferat anima opetis sui perniciē? Spiritus quidē
& corpus opus est anime. Opus uero pprium omnia diligūt. In car-
ne quidē passio: cruciatus in spiritu: sensus ī tactu: cōpassio & cōdo-
lētia (ut ita loquar) ī phārsia. Cōplectere paucis. Tā ī carne q̄ spiritu
pnitiosa quedā fit substātieq; corruptrix solutio uel cōtractio: hanc
uocemus noxiā lesionē. Nūqd ē in aīam lesio trāsīt huiusmōi? Mini-
me. Hec. n. substātiā pdir. Perdit igit̄ substātie ipsius uirtutem. Perdit
deinceps uirtutis opationē. In qualibet igit̄ carnis & spiritus uel le-
uissima lesione aīe substātia illis presēs similiter ledere. Lederetur &
uirtus multo magis. Lederet̄ & opatio. Sēsus & phārsia uires aīe sūt
Sentire & iudicare p sensū harū uirtū actiones. Ergo si discissio illa in
aīe substātiā ptransiret / neq; sentiremus eā: neq; qualis sit & unde &
quomō succurrendū iudicaremus. Sed uel lateret aīam penitus: uel
minimū qd percipere: & falso iudicare ab aīa. Et cū anima sit ubiq; to-
ta: si ipsa in pre corporis secta patit̄: tota patit̄. Eadē uero tota aīa que
ibi est: est & per totū corpus. Per totum igit̄ corpus patit̄. Si ubiq; pa-
titur: non potest percipere & nuntiare passionē illam in pre una ani-
malis magis q̄ in alia esse. Quinetiā cum aliud sit passio / aliud iudi-
cium passionis: & passio semper iudicetur ab alio: si ī ipso iudicio in-
sit passio: opus est ulterius alio quodam iudicio / quo passiuū iudici-
um iudicetur: Si illud quoq; sit passiuum: rursus opus est alio. Qua
pp ueniendum deniq; est ad iudicem quendam liberū passione. Hic
dum iudicat corporis passiones / si accipit inde qualitatem aliquam
corporalem: proculdubio patitur. Si non accipit. non formatur a cor-
pore. Sit ergo oportet talis iudex ut neq; passiones accipiat a corpo-
ribus neq; formas. Non posset autem anima talis esse: si ipsa uel cor-
pus esset tenuissimum in hoc corpore mersum: uel aliqua corporis
huius affectio: siue pūctum quoddam affectionis. Platonica hec ita
Augustinus Plotinusq; comprobant. Videtur mihi anima cū sentit

in corpore non ab illo aliqd pati: sed in eius passionibus attentius agere. Et has actiones siue faciles pp cōueniētiā/ siue difficiles pp incōueniētiā non eam latere. Et hoc totum ē quod sentire dicitur. Sed iste sensus q̄ etiā dum nihil sentitur/ inest/ tamē/ quasi p instrumētum ē corporale: quod ea tempatione agitur ab aīa: ut ī eo sit ad passionē corporis cū attentione agendas paratior: similia similibus ut adiungat: repellatq; quod noxiū ē. Agit porro ut opinor luminosū aliquid in oculis. Aereū serenissimū & mobilissimū ī auribus. Caliginosū in naribus. In ore humidū. In tactu terreū & quasi lutulentum. Agit at̄ hec omnia cū quiete: si illa que sunt in animali in unitate utilitudinis familiari quadā consensione coheserint. Cū aut̄ adhibētur ea que nōnulla (ut ita dicā) alteritate corpus afficiunt agit attrēiores actiones suis q̄busdā locis aut instrumētis accomodatas: & tūc fētere dicitur. Quibus actionibus cōgrua libēter associat & moleste ob̄sistit incōgruis. Has opationes passionibus corporis puto aīam exhibere: cū sentit nō easdē passiones recipere. Cum aereus auris spiritus uerberat̄ sono: aīa que ante p̄cussionē huiusmōi in silētio corpus aurium uegetabat/ uegetat tunc attentius. Idq; facere est nō pati. Attentior opatio nō latet animā opantem. Nō latere sentire ē. Sūmatim sensus ē aut aīaduērsio opationis illius attrēioris aut iudiciū corporee passionis & qualitatis excitatū ab attrēiore illa anime actione.

Septima rō. Rationes pprie p naturalē & sensitiuā aīe uim q̄ aīa nō sit forma diuidua/ q̄a qualitatis opus unū ē. Cap. vii.

e T si superioribus rationibus nō mō animā corpus nō esse pbauimus: uerū etiā neq; sparsā per corpora formā: tamen ppriis argumentationibus secundā hāc partē ostendēdā fore putamus. Atq; ut cōmodius hac de re loquamur formā talem ut diximus alias tū qualitatem affectionem corporis platoniorū more uocabimus. Si aīa esset qualitas corporalis uel esset simplex qualitas uel cōplexio uel forma istis astricta: simplex esse nō potest. Quelibet. n. simplex qualitas aut forma illā sequens ut alias declarauimus unū quiddā facit dūtaxat/ ad opposita nō extendit̄. Anima plurima & contraria. Neq; etiā erit cōplexio aut forma sequens cōplexionem. Quoniā in hac

7
91
semp una quedam pre ceteris qualitas dominaf. Cuius opatio ante alias uiget ī corpore. Anima nulli qualitati nulli proprio motui est astricta.

Octaua ratio. Cōplexio agit p uim qualitatū Cap. viii.

a Crio cōplexionis eiusq; forme semp p qualitates ex q̄bus ipsa est conflata pagit̄. Ideoq; nūquā aliqd tam sublime complexio operat̄: qn ad illud qualitātū se uires extēdant. Caloris opus ē penetrare atq; dissoluere. Anime at̄ nutritiua potētia p calorē tāquā instrumētū nō dissoluit rātū cibos quod ipsius calorē ē ppriū: sed etiam cōcoquit digeritq; & ad formā uiue carnis & figuram humanā pducit: que quidem actio calorē excedit potētiā. Augumētum quoq; animalis a calore puenire nō pōt tanquā causa principali. Nō enim fit nisi p nutrimentū: & cum ad certū terminū magnitudinis perducat̄ certāq; figurā: calor at̄ si de materia/ sine certo termino uel figura se fūdat/ cū ue oporteat terminū figurāq; opi a p̄cipali agēte prescribi/ constat principalem augmenti fabrū calorem esse nō posse: imo uero neq; aliā ullam accidentalē formā id posse facere si nō pōt calor q̄ est omniū prestantissimus. Fit tamē augmentum ab aīa. Ex quo concludit̄ animā non esse formā accidentalē: quod sepiissime nobis ē pbandum. Concludit̄ etiam nō eē eam ex formis accidentalibus cōstitutam. Quia nō posset qualitates que absque certo termino: gradu: proportionē: figurā uagantur: ad hec ipsa rationaliter ordinare. Concluditur postremo animam non esse substantialem aliquam formam elementi uel mixti. Talis enim forme motus ad unicum dirigitur terminum/ sicut diximus. Augumentum uero in quālibet partem eque porrigitur;

Nona ratio. Cōplexio ē accidentalē forma Cap. viiii.

e Omplexio natura quedam est ex cōtrariis quodammodo qualitatibus constituta: que inter eas quasi medium obtinet. Ex quo fit ut forma substantialis esse non possit: quia nō in se subsistit: sed in eo corpore quod est contrariarū illarum qualitatū subiectū: que quia inuicem pugnant/ se inuicem non suscipiunt. Verum suscepte a materia: & inuicem mixte cōplexionem generāt. Hec igit̄

cōplexio rum ex eo quod dixi substātia nō est: tū ex eo q̄ aliqd sibi
habet cōtrarium: pura excessū alicuius extranee qualitaris / cōflatio
nem suā dissociantis. Preterea suscipit magis ac minus. Intēdi. n. ac
remititur natura uis operatioq; cōplexionis. Substantia uero neq;
habet pprium sibi cōtrarium cū consistat in alio genere q̄ substātie
ipsa rerū contrarietas: hoc est in genere qualitaris: neq; in natura sua
aut in magis intēdi: aut in minus remittitur: ut nūc magis nunc mi
nus hec aut illa substātia sit: quod ē semel substātia: hoc ē magis mi
nus uel lapis iste q̄ ille. Cū igit̄ complexio nō sit substātia: aia si sub
stantia sit: nō est cōplexio. Quod aia sit substātia / hinc ē patet: quia
per eā aial certā aliquā & substātiālē sortitur speciei generisq; naturā
atq; cognomen. Per hanc aiam hoc quidē canis ē. Per illā illud equus.
Per aliā illud homo. Illa quidē qualitas que accidēs est / subiecto suo
aduenit postq̄ illud in specie sua iā est perfectū. Anima uero suū ipsa
sibi fabricat corpus: factū seruat & dum deficit / reficit / pugnancia ele
menta cōnectit in unū. Anima abeunte labit corpus: neq; prior com
plexio aut species retinetur. Talis quidē necessario ē anima nutriti
ua. Neq; dicendū est aiam illā que solū nutritiua ē corpus ita cōstru
ere: cui postea iā perfecto aia sensitua tanq̄ accidēs quoddā adueni
at. Nā corpus aie sensitue cōgruū instrumenta sentiēdi & p̄grediēdi
oportet habere. Aia quidē nutritiua quātū talis ē sola instrumēta fa
ciet nutriēdi. Alia uero instrumēta faciet aia alia pp̄ eas uires quarū
usui instrumenta sunt seruitura. Neq; sūt in eodē corpore due quedā
aie quarū una instrumēta fabricet alteri. Siq̄dem que nutrit est eadē
& que sentit. Quippe sensuū perturbaciones opus ipediūt nutriēdi
uel augent. Tristitia. n. phantasia illud debilitat: letitia roborat: qua
si una sit anima in homine: cuius utraq; sint officia. Que ideo substā
tia est: q̄a est artifex corporis nō pedissequa. Igit̄ nō est cōplexio.

Decima rō. Harmonia cōplexionis nihil agit in corpus. Cap. x.

n Eq; liceat Aristoxeno aut musicis aliis sōnare aiam esse harmo
niam quandā ex ipsa cōplexione p̄genitam. Sic. n. anima simili
ter esset non substātia quedā: sed accidens: nōne harmonia totā uim
suā trahit a fidibus: neq; quicq̄ ipsa p̄ se existit: neq; quicq̄ ualet oīo

7
92
in cordis efficere. Quippe non mouet ipsa cordas: sed iis aliūde mo
tis nascitur harmonia. Anima ergo si sit harmonia humorū certo mō
cōpositorū tora p̄debet ex illis: neq; ipsa illos mouebit: sed illis ab
alio ageratis anima orietur. Neq; illos reget: sed ipsā illi regēt: & sub
stinebūt. Nō erunt igitur motus in corpore aliq; preter humorum cō
ditionē: nō opera ulla sup̄ illorū imperiū. Sicuti mō sunt / ut in supio
ribus enarrauimus. Nō figura artificiosa: nō dispositio. Nō repugna
bit unq̄ aīus affectibus corporalibus: neq; se uel i se reflectet uel dis
iunctū a corporeis in corporeis copulabit: neq; p̄ se aliquid operabit̄
si nullo mō extiterit p̄ se ipsū. Sed de hoc alias diximus & dicemus.

Vndecima rō. In omni corpore cōposito est harmonia. Cap. xi.

i Nōmni corpore ex multis cōposito ē aliqua suarū p̄tiū harmo
nia: p̄ quā cōspiratione mutua cōcinūt. Itaq; si harmonia ipsa sit
aia: corpora quelibet cōposita uiuent & coalescēt. Dices forsitan ani
mā esse quidē harmoniā. i. cōcinnitatem & cōsonātiā: sed nō quāli
bet harmoniā: uerū aliquā certo & pp̄rio mō cōtempatam. Vides nō
eandē esse rationē aie atq; consonātie. Postq̄ nō ex eo dūtaxat quod
res aliqua cōsonātia est / est ē anima: sed ex eo q̄ certo mō disposita.
Certū huiusmōi dispositionis modū cōcinnitas ipsa nō ex sui natu
ra haurit: quia esset in qualibet cōcinnitate. Igit̄ aliūde ab extrinseco
ne p̄ncipio: Immo uero. Ceterū extrinsecū istud nō sufficit. Non. n.
mouet & rempat assidue & naturaliter harmoniā quod extra ipsā ē.
Latet igit̄ in humorū cōsonātia uis quedā prestātor corporalis cōso
nātie tempatrix: que i uiuentium corporibus suo mō humores cōtē
perās ipsorū concinnitatem reddit certā: & ab aliis corporibus diffe
rentem: que propria cōsonātia uitalis harmonia est a uiuifico sp̄iti
tu interius latente progenita.

Duodecima rō. Harmonia intelligitur aut cōpositio ipsa
membrorum aut aliqua compositionis ratio. Cap. xii.

q Vando aiam esse cōsonātiā assentit aliq; duo quedam posse il
lum arbitror intelligere. Aut cōpositionem ipsā humorū mēbro
rumq; aut cōpositionem ipsius aliquam rationē. Aia profecto nō est
cōpositio. Quia oporteret quālibet anime partē esse partiū aliquarū

corporis cōpositionem. Quod plane quomō fiat assignare nō possu-
mus. Cōpositio quidē corporis phisicis manifesta est. Aīa uero igno-
ra. Et quomō ex suis uiribus. s. intellectu: sensu: appetitu. & reliquis
componat difficile cognitu. Difficillimū rursus quomō uires singule
cōponant. Prererea cōpositio nihil est aliud q̄ unio pluriū: plura ue-
ro nō ununt nisi ab uno. Ab uno inquā quod insit pluribus / ut ab
īrimo coagulo cōglutinent. Illa igit una uis ista mēbris a qua unio
fit mēbrorū / anima ipsa est potius q̄ unio inde profecta. Neq̄ ēt com-
positionis ipsius est ratio. Cū. n. diuersis corporis mēbris diuerse in-
sint cōpositionis rationes atq̄ proportiōes / singula mēbra singulas
aīas possiderent. Aliam quippe animā os: aliā neruus: caro aliā: simi-
literq̄ de ceteris. Siquidē mēbra ista sunt diuersa iter se p̄portione cō-
posita. Vnius uero animantis uirā unā assignare nequaq̄ poterimus
nisi unicam illi formā. Motorem unum atq̄ rectore. i. unā animā tri-
buerimus. Cernimus etiā consonātie rationē qualitatibus corporis
magis q̄ anime cōuenire. Sanitas humorū consonātia. Robur conso-
nantia ossium atq̄ neruorū. Pulchritudo quodāmō mēbrorū atq̄ co-
lorū. Sensus at̄ & intellectus qui acrus simplices sunt / nescio quales
& cuius sint harmonie. Quando substātiā rei cognoscimus / facile in-
de possumus de accidentibus iudicare. Igitur quia cognita humorū
mēbrorū ue proportione facile de his iudicamus: que ad sanitatē ro-
bur & pulchritudinem attinent. Patet tria hec in illorū proportione
cōsistere. At uero quia tali quadam proportione inuenta: nōdum ta-
men uires: affectus: actus: habitus anime clare discernimus / constat
substātiā anime in ea proportione nequaq̄ consistere. Quis. n. illa
reperita statim sentiēdi & intelligēdi naturā repperisse inde se iacret?
Cognoscit horum naturā Aristoteles melius q̄ Hippocrates. Illorū
uero p̄portionem diligentius Hippocrates cōsiderat.

Decimatertia ratio. Harmonia humorum nihil capit
absq̄ materia. Cap. xiiii.

q Vicquid aliquid efficit / eo quod ab ipso fit esse debet prestanti-
us. Quo quid a materia liberius est: eo est & sublimius. Qua-
re semper debet causa esse a materia liberior q̄ effectus. Nullus itaq̄

7
93
effectus potest esse a materia q̄ cā sua liberior. Vis nutriēdi a materia
admodū libera ē: que plurima & sup̄ & preter ordinē elemētorū ope-
rari demōstrata ē alias. Vis sentiēdi ēt magis est a materia libera: q̄a ī
ipso suo sentiēdi actu formas rerū accipit absq̄ rerū ipsarum materia
Nō. n. uisus colorē parietis cū pariete simul accipit: sed coloris attin-
git imaginē spiritalem. Multo magis intelligētia idē facit / ut ī sequē-
tibus apparebit. Quoniā igit hec uires animi multū sunt a materia li-
bere nequeūt ab ea cā pficisci que fit materia uel imersa materie. Hu-
mores omīo corporales sunt. Quā ob rē nullo mō humores possunt
sua quadā mixtione uel consonātia uires huiusmōi p̄creare. Multo
minus animā ipsā uiriū huiusmōi fontē. Quippe si aīa in humorum
qualitatibus substātiā habeat qcquid capiet: p̄ humorū affectiones
suscipiet. Per eas uero forme solū corporales suscipiunt. Siquidē p̄ cali-
ditatē siccitatēq̄ nō ignis imaginē spiritālē accipiet: sed ignis substā-
tiā corporalem. Rursus p̄ frigus siccūq̄ ipsā accipiet terrā. Ipsa quoq̄
terra quoniam similiter accipiet atq̄ anima similiter sentiet. Idem fa-
ciet lapis & reliqua.

Xiiii. ratio. Que magis cōcinit magis est harmonia. Cap. xiiii.

h Armonia ita in plurium cōcentu cōsistit / ut magis cōcinentibus
fidibus magis sit harmonia: minus cōcinentibus uero minus.
Aīa nequissimi hominis minime cōcinit secū ipsa. Dissentit a rōne sen-
sus. Pugnāt quoq̄ inuicē appetitus. Aīa probi hominis concinit un-
diq̄. Si aīa sit harmonia / aīa probi uiri que concinit magis / magis est
harmonia. Igit̄ & aīa magis. Aīa uita quedā est. Ergo & magis uita.
Viuior itaq̄ audētior & robustior erit p̄bi uiri aīa q̄ latronis. Neq̄
cōcoquet cibū latronis aīa: perinde ut iusti uiri. Neq̄ generabit pro-
lem. Neq̄ corporis mēbra substinebit uibrabitq̄. Neq̄ acute inueni-
er. Firmiter reminisceat. Loquetur eleganter. Aggrediet̄ audacter. Neq̄
diu spirabit / & reliqua.

Xv. ratio. Harmonia nihil admittit dissonum. Cap. xv.

h Armonia uera ut rectius p̄cedamus nihil admittit dissonū / dū
p̄manet harmonia. Si harmonia est / cōsonat: sin dissonat nō ē harmo-
nia. Animam uero nostram nonne uidemus assidue dissonantibus

opinionibus & affectibus distrahi. Et nihilominus uerā animā pma nere/atq; eque uitalem? Neq; obicias q̄ affectuū discordia licet non pimat aiā. discordia tamē elemētōrū humorūq; pimit. Porro si non pōt aius propria intimaq; dissonantia pite: alia nulla pōt. Propria aī humani & intima dissonātia illa est/que soli & omni aīo cōuenit. Id est opinionū affectuūq; dissenſio: que corpora uita carētia nō attingit: & omnis mortaliū pulsāt aīos. Dissenſio talis eos e uite sēsusq; statu nō deicit. Multo igit̄ minus humorū discordia/que ab animo alieni or est/animi ipsius naturalē habitū dissipabit. Qui certe humoribus uel paulum dissonātib; dissipareī si in eorum concētu consisteret. Quā ob rē nihil obſtat quin partes animi corporisq; lōge dissonent & aīa nihilominus uera: uitalisq; anima pſeueret. Id harmonia nō patitur. Igitur errabit qui dixerit animam harmoniā.

OCTAVVS LIBER

Anima ē forma indiuidua ubiq; rora: & nullam trahit originē a materia: ideoq; immortalis est ut ostenditur p̄ intelligēdi uirtutē. Aīus p̄ quattuor gradus ascēdit ad spiritū. Prima rō. Ca. 1.

ERtiam nunc disputationis partē aggrediemur: que p̄positum nostrū ostēdit per intelligēdi uirtutē: si prius exposuerimus quo pacto aīus noster secūdu Platonīcorū sententiā per quattuor gradus cognoscēdo a corpore ascendit ad spiritum. quorū est postremus itelligētia. Ascēdit. n. per sensum: imaginationē: phātasiam: intelligentiā. Per sensū quidē uidet Socrates Platonem. Vbi icorporale Platonis simulacrū absq; Platonis materia attingit per oculos: Ea tamen cōditione ut oculus Platonē nō uideat aliter q̄ corpore ipso Platonis presente. Deinde ēr absēte Platone p̄ internā imaginationē Platonis cogitat colorē figurāq; quā uiderat. Item Platonis suauem illam quā audiuerat uocem: & reliqua que p̄ quinque sensus accepat. Surgit huiusmōi imaginatio supra materiam magis q̄ sensus: tum quia ut cogitet corpora/presentia illorū non indiget: tum quia ipsa una facit quicquid quinque sensus omnes efficiūt. At. n. nō omīo pura est: quia nihil aliud sapit q̄ quod sensus accepit

48
98
siue cōcepit. Sensus quē circa corpora: imaginatio circa imagines corporū per sensus accepat siue cōceptas sese uolurat. Paulo post Socrates per phantasiā de hoc uniuerso Platonis simulacro quod p̄ quinque sensus imaginatio ipsa collegerat/sic icipit iudicare. Quis hic tā p̄cero corpore: ampla frōre: latis humeris: colore cādido: glaucis oculis: elato sup̄cilio: naso aquilino: ore paruo: uoce suauī. Plato hic est homo pulcher: bonus: discipulus dilectissimus. Ceteris quātū excellat imaginationi Socratis phātasia. Imaginatione ipsa talē quidē collegit Platonis effigiē. Sed quē designaret/ & qualē effigies illa non nouit. Phātasia iam discernit eā esse effigiē hominis huius q̄ plato uocatur: effigiē pulchrā uiri boni atq; amici. Ergo i his sensū aliquē habet iam substantiē ut quidā putant & pulchritudinis. bonitatisq; & amicitie. Platonici tamē substantiam a phātasia cognosci re uera negāt: quoniā rōnem substantiē nō agnoscant. Imaginatione neq; substantiā rei suspiciat quidē. Sed rei sup̄ficiem exterioreq; picturā. Phātasia substantiā saltē auguratur introspicit dū p̄nuntiat obuius ille homo aliqs est & plato. Atq; etiā res incorporeales quodāmō sōnitate uideī: dū platonē iudicat pulchrū: bonū amicū discipulū. Pulchritudo. n. bonitas: amicitia. disciplina: incorporealia sunt. Neq; sēsibus neq; imaginationi parentia. Huiusmōi quidā cōceptus phantasiē incorporeales quodāmō corporū intentiones uocātur. Verū nōdum sup̄ materiā profus aīus euolat: tum quia phantasia intētionēs huiusmōi esse incorporeas non agnoscit: tum quia huiusmōi Socratis phātasia inspicit p̄prie hoiem hūc Platonē: Scilicet hoc in loco & situ in hoc tempore: & hora diei: hanc pulchritudinē: hanc bonitatē: & reliqua eodē pacto. Vbi platonē sub eisdē conditionibus in se ipsa depingit/ quibus extrat & in materia. At. n. dū phātasia circa singulares hominis huius cōditiones uagat̄: intellectus cōmunes cōcipit rōnes: & uterq; simul suū opus exequit̄. Sic. n. intelligētia ratiocinat̄. Qualis homo ē plato / talis ferme Antistenes: talis est & Xenophō/ effigies similes: pulchri eque & boni amici discipuli eodē mō. Ergo in his tribus una ē cōmunis humanitas: per quā eque sūt hoīes una pulchritudinis natura: una ēr bonitatis: p̄ quas eque pulchri sūt & eque boni. Humanitas ipsa que his

cōis ē innumerabilibus quoque aliis quae sunt fuerunt erunt uel quocumque in re-
po- & quocumque loco nascantur cōis existit/ similiter pulchritudo & reliqua
Sed quod loquor de humanitate/ de reliquis est dictum puta. Si ergo huma-
nitas singulis personis locis reponibus se eque comunicat/ nulli est astric-
ta persone: nulli loco: nulli est reponi. Natura huiusmodi singulas condi-
tiones corporum uideat transcendere. Est ergo secundum se ipsam quodammodo in
corporea: & quia corporibus singulis se infundit/ ex quo & in alio est/ & in
multis: & super id quod in alio est esse oportet id quod in se ipso manet. & super
illud unum quod est in multis esse oportet unum ipsum quod in se ipso consistat: licet
eo super corpora omnia extat ratio quedam ideaque humanitatis ipsius: cuius
principatione quaedam uel similitudine homines fiunt quocumque sunt homines. Siquidem na-
tura illa quae personis singulis est cōis/ neque contingit casu/ quia sepe similiter or-
dinatur: neque per se subsistit. cum nequeat in se subsistere. Eget. n. materie fun-
damento. Fit ergo a causa quadam: non tamen fit a materia/ que se ipsam non
format: non a persona una: que non potest operari in omnes: que uel quicquid
agit/ proprium agit/ reliquis non commune. Non ab omnibus personis/ quo-
rum iter se differunt non commune aliquid faciunt/ sed diuersa quorum conueniunt
per hanc ipsam naturam conueniunt: imo per eam consistunt: ratio illis prior quam quae est
ipsa simplicior. Quippe ipsi tanquam priori proprietates uarie superueniunt
ad personas constituendas. Fit tamen ipsa ab una quadam forma postquam una
est: que forma sit super multitudinem personarum: ne illa quoque fiat ab alia:
atque alia rursus ab alia sine fine. Sic ad diuinam ideam ascendimus: quae ne-
cessario est super omnes: ut eque agat in omnes: & communi natura conciliet. Si a-
parte que sub toto est ad totum/ ab hoc ad id quod super totum surgendum est:
mento a singulis personis quae in partibus loci reponibus sunt: ad naturam illis
secundum se communem surgimus: que quasi per omnem locum sit totumque repositum:
ab hac ad rationem quae super locum totum repositumque existat: quam plato uocat ideam
Ipsam deinceps diuinam ideam suspicit intellectus siue apud se ipsum siue in di-
uino lumine existet. Ratio. n. dicitur species naturales quia sepe terne sunt a
causa mobili esse non posse. Alioquin per motionem facere quandoque deficeret.
Facere tamen sunt quia presunt uniuersis quod est aliunde compositum: & a causa una
omnes sunt. Siquidem ita ordinate sunt inuicem/ ut in una natura in unum opus fi-
neque conducant. Hic intellectus humanus concludit super mundum mobile

8 99
in mente immobili motrice mundi esse species spirituum naturalium exemplaria. Non in natura corporea uel animali. Mobiles. n. forent: sed intel-
lectuali imo intelligibili/ intelligibilia. n. in summo intelligibili sunt
collocanda. Non tamen talis argumentario necessaria est: ut intelle-
ctus rationes rerum coeas attingat. Immo sicut phantasia suapte natu-
ra de rebus iudicat singulatim: ita intellectus uel naturali statim absque
ulla discurfione simul ac depicta est singularis imago illa Platonis in phan-
tasia: subito inquam dimisso certo hoc homine humanam illam coeam omnibus
rum naturam tum ideam excogitat. Picta illa pulchritudine & boni-
tate/ illico uniuersalem pulchritudinis & bonitatis cogitat naturam ra-
tionemque in nulla certa materia/ nullo proprio situ/ uel tempore positam: sed
uel in omni materia uel absolutam a materia in se ipsa simpliciter subsi-
stet. Quae per sensus circa corpora uersat. Imaginatio circa simulacra
corporum. Phantasia circa singulas simulacrorum intentiones. Intellectus
circa singularum intentionum naturas coeas: ac rationes penitus incorporeas.
Memnisse uero oportet intellectum non uniuersalem modo naturam/ sed parti-
culari quoque cognoscere: alioquin non posset utramque inuicem comparare: co-
gnoscere in super uires infra se omnes actusque ipsarum/ quando omnes comparat ad
se ipsum. Prius tamen uniuersalem quam particulari naturam ab ipso cognosci
pene omnes consentiunt. Siquidem per naturam forme intelligibilis in primis
agit. Ea uero cum abstractione quadam concipiat/ absoluta est: unde naturam
in primis refert uniuersalem. Quam quidem uim a uirtute intellectus in quo
& a quo est adipiscitur: quasi intellectus ipse sit absolutus. A simulacro
uero quod in phantasia est particulare solum representat. Quod quidem particulare ab
intellectu solum secundo quodam actu atque reflexo percipitur tum platonici tum
peripatetici plurimum arbitrantur. Quatenus intellectus postquam subito rectaque
uia per spiritum uniuersale intuitus est. Inde discursu quodam per actum spiritumque in
simulacrum/ quo incitante species concepta fuerat sese reflectens particulare
iam prospicit. Ideo motus ad incorporea absolutaque maxime natura-
lis est menti: quandoquidem primo: subito: recte ad ipsa se confert. Vbi
apparet intelligendi uirtutem esse prorsus incorporealem. Si ergo per opera
nutriendi/ atque ite per opera sentiendi/ quorum prima in corpore fiunt: Secunda
per corpus & circa corpora ostendimus animam non esse diuisam in corpore:

quanto magis putandū est / idem quoq; p opera intelligēdi parere?
Atq; illud insuper / aīam scilicet neq; ducere originē a materia / neq; eē
mortalē. Siquidē ipsa p se intelligēdi opus exeq; i quo materiā relinqt
oīo: atq; ad icorporales ascēdit & pperuas rōnes. Age itaq; uideamus
qua uia possimus qd querimus p opa & affectus intelligēte iuenire.

Anima alitur ueritate. Ratio secunda. Cap. ii.

a Limentum ea rōne assumit: ut in substantiā eius quod alendū
est / transeat: sicut cōmedit panis ut caro efficiat. Ideo cibus cor
gnatus admodū eē debet illi: quod ē alendū: ut possit in eius natu
rā facile ptransire. Ita aquatica aqueis alimētis: terrestria terrenis: aerea
pascunt aereis. Similiter corpora corporalibus: incorporea icorporeis
nutriunt. Non. n. corpus transit in spūm: neq; spūs migrat i corpus.
Quia nō subest illis cois materia p quā & in quā inuicē se cōmittēt.
Constat aīam corporibus non nutri. Constat incorporeis ali. Con
stat igitur eam esse incorporalem. Si aliquibus aīa uesceretur corpori
bus / illis maxime uesceret: quibus & corpus suum. Nam cum istud
maxime aīe congruat / alimenta etiam sua inter omnia corporalia cō
gruent maxime / dūmodo alimenta illa adeo reuuent atq; purgent:
ut corpusculo illi subtili: quod uulgo anima esse putatur: cōueniāt.
Erit igitur in corpore pingui ualidior aīa / q̄ in tenui. Acutior ad in
ueniendum: ad reminiscendum firmior: promptior ad agēdum. Ad
peruincendas turpes corporis illecebras continentior. Magnanimi
tas in grandi corpore: in paruo pusillanimitas. Crescēte corpore ado
lescer animus / etiam si nihil discat / si nullo studio rerum exerceatur.
Decrescente per etatem corpore & uiribus / eius debilitatis: sapiētia:
iudicium: cōstantiaq; perdenē. Post epulas & uina acutius erit inge
niū & sublimius. Oia hec acciderent: si aīus cibus corporalibus coar
lesceret. Horum uero nunc contratio fiunt. Animus igitur corporali
bus nō pascitur alimentis. Quid ergo: nullis. Ita erit eremus / si nul
la alimonia indigebit / quod nos maxime cupimus. An forte spirita
libus uescit epulis. Immo uero aliis nullis oīo: quod sapiēti uiro nō
est dubium: qui talibus alitur sepe numero. Neq; assentiendum est
epicureis opinātib; animam cum corpore coalēscere: quia maiores

8 96
uires sint in pueris grandiusculis q̄ infantibus: atq; inde adolescen
tes in dies uiribus prestent: uiriq; similiter / donec rursus senescente
corpore minuant. Siquidē ea ē aīe ad membra cōparatio que artis ad
instrumenta. Ars at sepe eadē pmanēs / atq; similis modo facilius in
strumēta mouet / modo difficilius. Quoniam hec alias apriora sunt /
alias ad moū inepiora. Sic q̄uis eadē semp uis sit i aīa: mēbra tamē
pp nimiā aut mollitiē aut anditatē neq; cōstāt æque neq; flectu n rur
Atq; ipsa uis que uideē in corpore eē / nō tamē carnis sequit pōdus / q̄
ppportionē mēbrorū naturalē cōformationēq; artificiosam. Que duo
ad spūm potius pinent q̄ ad molē. Vis ēt que inest aīe nō corporis
acquiri i incremento: quod patet in iis q̄ torpēt ignauia. in q̄bus cre
scente corpore nihil pficit aīus. Sed ex ipsa animi industria compa
ingenio / usu / affectu. Quis neget rēpore uires corporis cōpari? Ani
mo at sepe momēto fortitudo prestat: quando uel rō aliqd mōstrat:
impatq; magnificū: uel furor arma ministrat. Et sepe pusillus hō supe
rat grādiore. Et q̄ nō crescit corpore / crescit tamē sepe uirtute animi.
Immo dū decrescimus corpore / sepe aīo crescimus. Scientiā magnani
mitatemq; sepissime acquirit subito animus. Corpus autē neq; dare
qcq̄ potest / neq; accipere / nisi tempore. Deniq; uirtus animi ē equalitas
quedam: ut magi tradunt: p quam animus & sibimet & ipsi uero bo
noq; consonat. Si quo pacto quadrangularis quedam linea circula
ris efficiatur / pfectior euadet: nō tamē q̄ longior fiat: sed q̄ equalior.
Rursus si temperetur lyra perfectior erit: non q̄ grandior fiat: sed cō
sonantior. Ita cum adolescens aliquis uirtute adolescit / tunc anima
non quantitate crescit: sed spiritali quadam equalitate & consonan
tia proficit. Neq; obiciat quisq; ita / quod quando corpus neque
grauatur epularum nimio pondere: neq; fame languescit: sed medio
criter alitur: tunc animus similiter enutritur: fitq; in eo statu ualidior.
Aliter autem contra: nam id quidem uerum est. Animum in eo hor
minis statu ualere q̄ plurimum. Non tamen hoc inde puenit. Quod
similiter alatur ut corpus: sed qa animus natura regit corpus. Et quā
do ipsū egrotat grauaq; aīus adeo i eo curādo atq; regēdo occupa
ur ad inquirendam ueritatem nō sit intentus. Quiero autē corpore

expedite mens speculat: & tunc maxime propriis uescitur alimētis. Escam uero animi quā eē dicemus aliā? Preter illā quā esurit semp & sitit: qua pra/gaudet summope: qua sumpta crescit/impletur: Omnis animus rum i omni etate rum continue ueritatē precetens appetit: Quam in omni arte querunt artifices: & in qualibet re/qd de re ipsa sit/uerū etiā infantes/interrogant curiose. Neq; semel aut bis aut ter singulis diebus ut corporis escā: sed momētis singulis uerū i oibus negociis inuestigant. Proinde ueritatis acquirende studio alimonia corporis preremittimus sepe numero. Neq; tēpori neq; pecunie par/cimus/neq; laboribus eneruamus corpus: quo eneruato/aius fit ner/uosior. Hanc ueritatē animus ipse cupit: non corpus. Hec enī corpus nō auget: sed obest plerūq; illius studiū corpori. Quinēt pp se ipsum expetit illā animus-nō pp corpus. Quid enī corpori cōferat? Quod si quando uideat uentus conducere corpori: nō pp ipsam ueritatem id euenit: sed pp aliquod cōmodum corporale: quod cognita ueritate cōtingit. Immo uero aius etiā si nihil inde sequatur utilitatis/ueritatē studiose pquit: & pleno cibus suis corpore/esurit sititq; adhuc animus ueritatem. Qua inuenta/exultat: nō ad tēpus sicuti propter corporis usus: sed perpetuo gaudet: illuminat: adolescit: euadit magnificus: adeo ut illi pre magnitudine sua minima uideant illa que solēt esurienti animule uideti q̄ maxima. Hac etiam alimonia fit in/ uicrus: remperans: iustus: hominum gubernator & dominus: excel/sior celo: par angelis: deo similis. Quis igit ambigat ulterius/quin ueritas humane mentis naturalis sit esca. Eandem escam omnes ap/petunt mentes. Eandem queque mens semper. Que quidem consen/sio stabilis appetēdi significat mentes inret se mirifice conuenire: & quamlibet mentem i natura sua stabilem permanere: quandoquidē appetitus earum non ita uariatur/mutatur ue/ut appetitio sensuum. Que pro diuersitate corporum diuersa est: & ad mutationem corpo/ris permuratur. Quali sensus corporū mutationem sequantur. Mens diuinorum stabilitatem. Odit namq; corporis alimenta: atq; eodem cibo uescitur: quo celestes & sempiternae mentes. Hic cibus est ueritas. Ventus aut nō ē corporea. Alioqn rebus icorporeis nō inesset

cor

1. 102

qua alimonia
 1. 102
 1. 102
 1. 102

Nunc aut inest deo: angelisq; & numeris: que & incorporalia sunt & uera. Et quoniā incorporalia tanto ueriora sunt corporibus: quanto puriora firmioraq; sunt: fit ut ueritas i illis sit potius q̄ corporibus. Atqui quod maius est non est proprie ueritas in corporibus. In his enim duo sunt materia & forma. Non est ueritas i materia. Nam per eam nihil uere in specie aliqua rerum est: non homo re uera per eam/ aliquid est non equus & reliqua. Neque tamen in forma corporis iacet ueritas: cum uera forma non sit: cuius uirtus inficitur i materia. Testantur hoc & mathematici: q̄ ueras figuras i corporibus nō reperiunt. Verus quippe circulus locatus i uero plano assidue uoluit: hoc fieri ratio cogit. cum circulus ille planum tangat in puncto. In puncto autem corpus quiescere nequeat. Nemo hec in corporibus uidit unquam. Non insunt igitur uere figure corporibus: quia forte neq; uera principia figurarum saltem quantum spectat ad sensum: qualia sunt puncta/linee/superficies. Ratio quidem ostendit uerum punctum lōgitudine carere debere: ueram lineam latitudine: superficiem ueram pfunditate. Talia uero in materia nusq; sensu reperiuntur. Cū ergo alicubi fit ueritas: & a corporibus sensuq; absit: ē pculdubio in spiritibus. Est igitur incorporea. Idem ex eo patet: quia ibi maxime cōsistit ueritas: ubi sciētia. Hec uero in rationibus rerū uniuersalibus re uera uersat: ceu cū qs cognoscit qd bonitas ipsa sit: quid iustitia: singulis bonis & iustis actiōibus officiisq; cōmunis atq; similia. Rationes uero huiusmodi i corporales sunt: quoniā in nullo particulari corpore cōcludunt: sed sunt ad multa cōes. Ratio corporis uel circuli tota in minimo corpore uel circulo sicut in maximo reperiunt. Ratio longitudinis uel latitudinis uel pfunditatis tota in minima linea: superficie: altitudine: sicut in maxima. Deniq; rō quantitatis ipsius tota adequatur toti rei cuiuslibet quantitati. Quapropter rōnes corporis: figure: dimensionis: atq; ipsius etiam quantitatis corporales & extense non sunt. Multo minus rōnes alie corporales & extense esse possunt. Preterea rationes rerum immutabiles sunt: nam aliter se habere nō possunt. Omnia uero corporalia mutabilia sūt. Quapp sciētia cum in his uersetur/est incorporea. Igit & ueritas incorporea.

94
 3

Quo fir-ur de ipsa ueritate retū qd sit/qua ratione cōstet inueniatq;
 qd ipsi sit ppinquius/qd ue remotius/nō sēsus ullus/imo sola ratio
 iudicet:& nīc potissimū:Quando sese a sensuum corporūq; fallacia
 seuocat.Est ergo ueritas incorporea. Talis ē autē maxime ueritas &
 sciētia diuinorū. Qua precipue aiūs oblectat̄ & aliū. Quo igit̄ modo
 aiūs pōt corporalis eē:qui corporalibus cibis offendit̄:spiritualibus
 aliū. Quādoq; de ueritate omni/ presertim diuinarū retū ueritate dele
 ctat̄:aliū:auget̄. Aut quo pacto mortalis ent:si ueritate pascit̄ imorta
 li: Cū neq; corruptibilis uēter cibū incorruptibile cupiat: aut capiat.
 Neq; cibus icorruptibilis i corpus transeat corruptibile. Sane si imor
 talis ē uentus/atq; ē cōtinuus animi cibus/ut certe ē/siue ipsa cōuer
 tat̄ in aiūm:siue aiūm i se ipsā cōuertat̄/eū efficit̄ immortalē. Quoniam
 uero dū familiari hoc uescit̄ cibo/ea uoluptate p̄fudit̄:que neq; mole
 stia hēt admixtā:neq; i fastidiū uertit̄ uel dolorē/cōstat̄ mētē neq; fa
 tigan unq;:neq; rurbani cōtrarii alicuius obcurū:neq; i cōtrarium ali
 qd posse corrūpi. Rursus qā mēti nihil natura optabilius ē q̄ ueritas
 uentus at̄ p separationē quādā a rebus mortalibus cōpat̄/nihil mēti
 qua rōne mēs ē/magis ē naturale familiareq; q̄ a mortalibus segrega
 ri. Ex eo uero quod maxie naturale ē nō remissio uite seq̄ sed inten
 sio. Quapp tūc uiuet mēs precipue/cū hinc abierit. Hāc uero argumē
 rationē nostrā/argumēratione quadā Olympiodori platonici confir
 mare possumus:quā partim pythagonicis/partim platoniciis myster
 nis a phedone gorgiaq; acceptis sic ille contexuit. Mens naturali ue
 ritatis auiditate cōtinue tum se a corpore/tum formas a materia se
 parat:cupitq; ita atque conatur separata uiuere:quanuis quotidie i
 contrarium corpus sensusq; detorqueant. Separatam uero illam a ca
 duco corpore uitam naturaliter appetit tanquā naturaliter:idest re
 uera bonam:presertim/cū uita sit omnino dedita ueritati atq; boni
 tati. Vita eiusmodi si bona est/ergo & possibilis est. Quod enim im
 possibile est/idem quoq; inutile. Bonum uero inutile non est dicen
 dum. Item si ipotentia ad malum pertinet/ad bonum potentia pri
 net. Ergo bonū omne natura sua possibile ē. Hinc efficit̄ ut naturalis
 appetitio boni/sit possessiōis possibilis appetitio. Ac si ē qd̄ apparet

max. 2. uitas.
 Non corporales
 non mortales

bonū est possibile/certe & ipsum re uera bonū potentissimū est/et ue
 ra bona uere beneq; querentibus possibilia sunt.

Tertia ratio. Virtus aīe qā indiuisibilis est/corporis
 qualitas esse nequit. Cap. iiii.

q̄ Vod indiuisibile ē/corporis qualitas eē nequit. Nā si q̄litas eius
 eē ponat̄ ita irerrogabimus /nūqd̄ tāgat̄ p̄tē aliquā diuisibile
 corporis: an p̄ctū aliquod corporis indiuisibile. Si cōcedit̄ primū/p
 fecto qualitas huiusmōi diuisibilis ent:cū mō diuisibili tāgat̄. Atq;
 ita nō indiuisibile diuisibilis ipsius erit q̄litas: sed alicuius diuisibilis
 diuisibile. Si secūdū cōcedit̄: certe illa q̄litas p̄cti illius qd̄ attingit
 solū/q̄litas ē nō corpus. Quāobrē quod indiuiduū ē/corporis q̄li
 tas nūq; erit. Indiuidua uero uirtus aīe humane ē q̄litas. Igit̄ aīa nō ē
 corpus. Sufficiēs qd̄ putabit̄ huiusmōi demonstratio: si duo illa pla
 nius ostēderimus. Videlicet & uirtutē eē aīe q̄litate: & hāc ipsā uirtu
 tē indiuiduā eē. Primū cuiq; ē euidētissimū: quādoquidē p uirtutis
 presentia talis ac talis aīa fit & dicit̄ sapiēs: prudēs: iusta: fortis: & rē
 perās. Atq; ab eē uirtus ab aīa pōt aīa remanēte. Huiusmōi uero ē cō
 ditio q̄litate. Secūdū prererea illud uidelicet uirtutē eē indiuisibile
 sic ostēdimus. Virtutū duo sūt genera. Alie i intellectu. In appetitu
 uero siue rōnali siue irrationali alie. Ille speculatiue uocant̄. Ille mo
 rales. Ille speculatiue qā speculādo cōpan̄: & cōpate uersant̄ i specu
 lādo. Ille morales/ qā more & cōsuetudine acqrun̄: atq; acq̄sire i mo
 ribus & operū usu cōsistūt. In eo genere sūt diuinorū sapiētia: sciētia
 naturaliū: ciuiliū prudentia: Ars operū humanorū. In hoc sūt iustitia
 que suū cuiq; tribuit. Fortitudo que ad opa honesta p̄mptior abicit
 a nobis timoris impedimētū. Tempantia/que libidinis mollitiē: qd̄
 alterū honestorū impedimētū ē/repellit. He quidē sunt apud Plato
 nē uirtutū descriptiones. Siqua eēt in iis uirtutibus corporea magni
 tudo: quo quisq; grandior ē/ eo sapientior iustiorq; fieri posset. Neq;
 possent exigui homines grādes uirtutibus superare aut equare. Rut
 sus sciētia que maximorum corporum notitia est: amplior & clarior
 esset q̄ sciētia que minorum. Cognoscimus autem multa: quorum
 non ualemus magnitudinem adequare. Totusq; animus & eque

& ita rem magnam percipit sicut parua. Summatim uero qd aliud
speculatiua uirtus e: nisi claritas intellectus: Quid aliud moralis: ni
si feruor stabilis appetitus ab intellectus claritate succesus: Claritas
illa no paulatim fit: licet ad ea pederentim pueniamus. Sicut post lo
ga p uestigia multa inuestigatione subito lepus aspici: ita qsq; in se
ipso aiaduertit post diuturna indagine se mometo qd ueru sit ea de
re quam quesiuerit intueri. Subito ueritatis lumen: ut Plato inquit:
effulget i aio: no subito excussum a rebus: sed loga quadam disculioe
ut ex lapide sepius colliso scintilla. Similiter diuturna cosuerudine
iuuentus ad mores disponit. Donec paululu qd ad accendendu sta
bile illu rationaliq; appetitus ardore deficit: nodu sufficienter accen
ditur: nodu uirtus moralis habet sepius inspirando: subito tade fla
grat estus appetitus sufficiens ad uirtute. Quid plura: Verso ad sole
speculo i speculo lumemometo refulget. Supposita illi speculo lana
statim ut parata e: in ipsa ignis acceditur. Quare & repentinus splen
dor in speculo fit: & repentinus ignis in lana. No aliter subita i intel
lectu claritas ueritatis: subita inde in appetitu flagrantia. Resume
iteru hoc pacto. Virtus speculatiua e quedam cognitio ueritatis. Si
gradatim confleu: pars nuc quide habebit: pars deficiet & queretur.
Quatenus pars ueritatis habebit: sciemus quidem. Quatenus pars
deest: etiam nescimus. Ita eandem rem & sciemus simul & nescimus
Quod ne ebrius quidem aliquis soniaret. Quapropter speculatiua
uirtus non gradatim a parte sui in aliam sui partem progredit: Sed
tota simul e uestigio lucet. Virtus quoq; moralis e uoluntas quedam
constans quodcuq; ratio dictauerit: eligedi. Si partes habeat multas
fiatq; sensim pars huius uoluntatis ineri: pars adhuc aberit. Quan
tu psineft uolumus. Quatu pars abest: etiam nolumus. Sic eadem rem
simul p eandem uim aie uolumus pariter atq; nolumus. Quod est mo
stro psimile. Quoniam igitur uirtus fit momento indiuisibili e ipsa
quoq; indiuisibilis: si modo natura cuiusq; ppria originem sequit. Pre
sertim cu fine heat indiuisibile. Cuius at ortus & finis indiuiduus e
cur non sit ipsum et indiuidu: Quis uirtutis finis: Moralit quide fi
nis animam a corpore diuisibili purgare atq; seugere. Speculatiue aut

incorporeas uniuersalesq; reru rones a diuiduis corporibus procul
positas cōprehendere. Cernis finem utriusq; uirtutis sicut & ortum e
indiuiduū aliquid: Ideoq; uirtutes ipsas oportere indiuiduas iudi
cari ostendunt utreq; uirtutes huiusmodi quadam sui naturam in eo q; ma
xime q; multe scientie simul in intellectu sunt. Multe uirtutes mora
les simul in appetitu. Neq; sese sua numerositate confundit. sed auger
potius & lucidat. Atq; unius scientie cōceptionem in nobis seorsum ab
alia puidemus: ita ut sine cōsideratione alterius possimus alteram co
gitare. Proinde tales habemus artificiorū ideas i mēte: unitas inquā
pariter & distinctas usq; adeo ut possimus ad unius idee exēplar lo
qui: & fabricare aliquid ipsi propriū: et si nihil ad alterius cōceptionis
exēplar agamus. Corpora esse nequeunt tales intelligentie. Que ita in
eodem manet aie gremio: ut neq; sese detrudat pellatq;: neq; se mutua
mixtione confundat. Eadem est de moralibus uirtutibus ratio. Quinetiam
cū multe sint in aia sapiētis intelligentie: unaqueq; illarū tota in singu
lis inuenit. Profecto qui in geometria siue theologia peritus e pposi
tionem aliquam habet facultatis illius primam: habet secundam: tertiamq; & re
liquas. Atq; ex cognitione unius in alterius cognitionem pgreditur.
Si prima docet secundam. secunda tertiam: & quisq; docet aliquid possidet
i se ipso quod docet sequitur ut in qualibet precedere ppositione sequē
tes omnes cōtineant. Quinimo & in qualibet sequente insunt simili
ter precedentes. Quippe solemus sequentiū indicis precedentia sepe
rimari. Neq; id iniuria. Siquidem in effectibus lucet imagines causarū.
hac reru serie fit ut uir sapiēs una quauis ppositione excogitata ue
locissime pcurrat in multas. Atq; ita multas imo omnes in una con
spiciat. Est ergo quelibet intelligentia in qualibet: & una queq; tota
cōtinetur in singulis. Idem i uirtutibus moralibus accidit. Nam acquisi
ta illarū una statim omnes habent. Quis .n. iuste distribuet: si aut ti
meat minas: aut libidini seruiat. Quis nam metus fortiter supabit: si
demolliat libidine: Quis domabit cupiditates: si formidini succubu
erit: Deniq; qs honeste uitam aget: nisi p prudentiam optimū uite finem sta
ruerit: & uias ad finem elegerit rectiores: Aut qs prudenter inspiciet:
si mētis acies caligine uitiorū obnubiletur: Sūt ergo uirtutes iste ita

connex e inuicem ut in una sint omnes: & quelibet uirtus tota cōpre
hēdaſ in ſingulis. Sicut & tota geometrie facultas ī precipua eius p
poſitione/imo in qualibet deliteſcit/ cū p ſolertis ingenii ſagacitatē
ex qualibet ppoſitione omnes elicant. Nō poteſt at diuiſibilis qua
litas tota ſimul rebus multis in eſſe. Profecto in una ſola ē. i. corpore
uno: & alias ſui ptes p alias corporis ptes extēdit: neq; tota eius q̄tri
tas ſingulis corporis partibus in eſt. Ideo itelligētie ille moreſq; oio
indiuilibiles ſunt. Quā ob rē aīa neq; corpus neq; forma diuiſa per
corpus eē pōt: ſiquidē ipſa ē ſubiectū indiuilibiliū qualitātū. Ergo ſi
cut delirat qui aut querit quāta ſit ſciētia uel iuſtitia: aut putat geo
metriā corpore geometre eē minorē: ita deſipit qui aut iterrogaſ q̄tra
ſit aīa: aut eā opinaſ corpore minorē eē. Quādoq; nullo mō corpo
ralis ē. Nō ſolū incorporalia ſuſcipit: uerū ēt multa in ſe ipſa facit in
corporalia: dū ſpēs rerū rationeſq; & habitus cōcipit: preſertim cū de
finitiones incorporaliū fabricat. Quis at eam que īcorporaliū cauſa
eſt eē dixerit corporalē: aut eam mortalē: que ſubiectū ē uirtutū: cum
uirtutū officiū ſit repugnare mortalibus: ſiquidē ſpeculatiua uirtus
illa fugit: moralis fugat. Nō poteſt aut qualitas ſubiectō pprio repu
gnare. Immo īmortale eſt illud neceſſario qđ naturale receptaculū ē
qualitatū earū quarū ppriū eſt aduerſari & imperare mortalibus. Vis
aut rationis huius in eo cōſiſtit maxie: qđ aīa non modo ſubiectū eſt
raliū qualitātū/ ſed & principiū. Ideoq; naturā illā mortalibus repu
gnantem fortiuntur ab anima.

Quarta ratio. Speties cōceptioq; intelligibilis
ſuſcipi non poteſt a corpore. Cap. iiii.

i Deſentiunt greci omnes platonici. Idē poſſumus ita platonico
rum arabū ſentētia cōfirmare. Intellectus rē aliquā puta hoīem
nō intelligit niſi formā quandā uniuerſalē hominū ſignificatricē ad
piſcaſ: quā intelligibilē formā & ſpēm nomināt. Hāc adeptus qđ ſit
hominis natura ita iudicat: homo ē animal rōnale. Iudiciū hoc rō
cōceptus & cōceptio mētis uocaſ: tū rei cognoscende ratio & defini
tio. Quā etiam ſolemus ſciētiam appellare. Si intellectus a corporis
latitudine protēdatur: tam forma intelligibilis q̄ cōceptio latitudi

corporis adherabit. In hac ipſa latitudine duo cōſiderant punctū .ſ.
& extenſio latitudini ſ. Igit forme illius cōceptioniſq; ſedes erit / uel
ſolū punctū aliquod corporis uel extenſio. At uero ſi neutrū cōcedi
debet ut demōſtrabimus: ſeq̄ ut intellectus ī corpore minime p̄da
tur. Oſtēdamus prius punctū ſedē talē eſſe nō poſſe. Primū quidem
aīaduertēdum eſt: punctū nō exiſtere per ſe ipſū: ſed eſſe mēſure cor
poris ſic affixū: ut ſemp eius ſit terminus. Si p natura ſua rē capite/ cer
te nunq accipit niſi terminū aliquē magnitudinis alicuius que ī illa
corporis mēſura ſuſcipiaſ: cuius terminus eſt punctū. Ita ut ſicut cor
poralis mēſura ſuſcipit rei adueniētis magnitudinē: ſic talis mēſu
re terminus terminū ſuſcipiat magnitudinis. Quare qcquid puncto
corporis ſuſcipi dicit: nō eſt a magnitudine liberū. Ideo ſi forme itel
ligibilis receptaculū ſit p̄ctū fieri nō poterit qn ea ſpēs diuiſibilis
ſit: & terminū ſuum ī p̄cto corporis habeat: reliquas uero ptes ī cor
poris latitudine. Eam tamē indiuilibilē eſſe pbabimus ī ſequētibus.
Preterea ſi dicaſ punctū ita formā illā capere: ut ſolū ipſum ſit eius ſe
des & fundamētū: atq; illa p hoc maneat a corporis latitudine ſegre
gata: oportet punctū quoq; eſſe diſiūctum a latitudine. Preſertim cū
nihil ſit propriū accidentis alicuius ſubiectū: niſi quod pprie exiſtit
actu. Punctum huiusmōi erit a linea ſepatum: neq; erit lineę aliquid
neq; terminus latitudinis. Et linea paliud quoddā punctū huic p
ximū terminabiſ. Rurſus aliud illud punctū ſimiliter pprio exiſtet
actu: quo poſſit & ipſū accidentis forme ſedes fieri: eritq; ipſū quoq;
ſeiuūctum a linea. Precipue cū ſit eadē p̄ctorū omniū ratio. Quo effi
citur ut aut nullū ſit p̄ctum in linea quo nihil ē dictu ſtultius. Ter
minis nāq; careret: aut lineę longitudo conficiaſ ex punctis: quod
ē dictu ridiculū. Quia punctū puncto additū nō auget lōgitudinē.
Quod ea rōne cōſpiciaſ: quoniā ſi tria puncta cogitent ſibi inuicē ſuc
cedentia: interrogabimus nunqd punctū illorū medium cogat duo
extrema p̄cta inter ſe ita diſtare: ut ſe inuicē nō contingāt: aut nō ī
pediat extremorū concurſionem. Si diſtare cogat/ certe non eadē ſui
parte tangit eorum unum qua tangit alterum: alioquin nos diſiun
geret inuicem. Quod ſi altera parte ſui unum extremorum reſpicit:

altera alterū: ipsum duabus partibus constituitur: nec ē punctū. Siq̄ dem est diuisibile. Quare cogimur cōfiteri pūctum medium nō ipse dire aliorum concursionem. Itaq̄ erūt ī omnibus omnia: neq̄ ullam suo cōcursu efficient longitudinem. Quando per punctū mediū nullum inter alia puncta nolciūteruallum. Si non cōstat ex pūctis aliqua corporis lōgitudō: nullū reperitur in ea punctū: quod p se quandoq̄ ita possit actu fieri: ut fiat intelligibilis forme subiectū. Dixerit forte quispiam: punctum nō actu sed potentia esse in corpore: & p eā ipsā potentiam fieri intelligibilis forme subiectum. Quāuis id iā fuerit cōfutatum: sic tamen iterū confutatur. Puncta huiusmōi tū quia potētia sunt nō actu: tū quia sunt infinita: nulla ratione ita inuicem distinguūtur: ut aliud illorū potius q̄ aliud formā illā capiat. Omnia itaq̄ illā capiūt. Quo circa intellectus aut infinitas simul rei cuiusq̄ intelligende formas accipiet actu: aut infinite simul p infinita pūctarem eandem intelliget. Vtrunq̄ impossibile est: tū ēē formas infinitas actu: tum esse simul intelligentias infinitas. Per hec manifestū est punctum corporis intelligibilis spēs: sedem esse nō posse. Sed nunq̄ ipsa punctorum cōtinuatio corporis uel extēsiō sedes erit: Nequaq̄. Omnis enī forma que diuisibili subiecto recipiē fit diuidua: quēadmodū modū niuis albedo niuis diuisiōe diuidiē. Itaq̄ si a corporis latitudine spēs illa suscipiē: lata sit & diuidua. Talē uero illā fieri impossibile est: quod sic ostendam. Si spēs secatur ī partes: aut partes ille dicuntur omnino similes esse aut dissimiles. Sed horum neutrū est admittendum. Non est admittendum q̄ similes sint omnino: quia si ita similes sunt ut ī quauis parte ratio integra sit: speciei totius: sicut ī singulis aque guttis integra ratio totius aque seruatur. Certe intellectus in qualibet parte inspiciet totum: atq̄ una speciei pars ad totius rei intelligentiam satisfacet: superflue erunt cetera. Preterea per talē speciem que undiq̄ sibi ipsi per similitudinem est: & tali similitudine decipit intellectum inde ductum ad cognoscendum: confundetur prorsus iudicium: intellectus in partibus discernēdis a toto: rum in qualibet re ex partibus constituta: tum uel maxime in re illa que ex naturis uariis est composita. Neque poterit partes uel a partibus uel a toto

8 102
discernere. Alia tamen re uera ratio partis est: ut pars est. Totius alia ut est totum: & hoc semper per mentis iudicium affirmatur: cū neq̄ ipsum totū pars esse ualeat: neq̄ pars totum. Negandum igitur arbitramur speciei partes omnino similes esse. Ob eam maxime rationē: quia cum mēs rei partes intelligat: ut partes sunt & itelligat totū ut est totum: & totum uere distinguat a partibus neq̄ possit uere distinguere: nisi aliqua sit in ipsis distinctio naturalis sequitur ut partes intelligibilis speciei: si modo partes habet tam inuicem q̄ a toto naturali aliqua discrepēt uarietate. Accedit & alia ratio. Nepe partes que inter se & ad totum similes sunt omnino quando totū aliquod mutuo congressu conficiunt: non aliter perficiunt totum q̄ per numeri uel magnitudinis augmentum. Quod ī tritici granis & aque guttis aspiciamus. Vbi enim forma non uariatur: & tamen aliqua intrinsecus fit mutatio: incrementum ibi quodāmodo fit uel decrementū. Itaq̄ illa mentis species si talibus cōcrefcit partibus: numerus aliquis erit: uel aliquid numerosum: aut cumulus: uel continuū aliquid. Ergo per illam numeros solum & numerosa aut magnitudines quasdam intelligemus siue figuras. Eruntq̄ species ad imaginationem & phantasiam pertinens potius q̄ ad mentem. Ex his concluditur formā intelligibilem in partes inter se similes minime diuidi. Num forte secatur in partes dissimiles? Sicut animalis corpus ī ossa carnes & neruos? Nullo modo. Nam per hanc formam mens quid rei substantia sit cognoscit ut diximus. Substantia rei diffinitione maxime comprehenditur. Diffinitio genere constat & differentia: ut hominis diffinitio animali cōstat & rationali. Animal genus est: per quod homo cū ceteris animalibus cōmuniter conuenit. Rationale differentia p quā differt ab animalibus carentibus ratione. Quare si qua sit ī ea forma diuersitas partium hec erit potissimum per genus & differentiam. Sint he due si uis intelligibilis forme partes. Sint extense per latitudinē corporalem. Quid hinc sequatur audi. Quia partes corporis diuidi possunt in infinitum. Iccirco una cū illis tā genus q̄ differentia absq̄ fine secabitur: eruntq̄ ī diffinitione una innumerabilia genera: & innumerabiles differentie. Nec erit re uera diffinitio: quia non cōprehēdet

ab intellectu si infinita fuerit: neque suis finibus terminabitur: & quod absurdius est uel infinite eadem genera eademque differentias replicabimus: uel a genere resoluendo ascendemus in genus in infinitum a differentia similiter diuidendo descendemus in differentiam. Ascensus talis atque descensus impossibilis est. Quia ratio uera tandem ad prima rerum genera & ultimas differentias peruenit: ultra que non liceat progredi. Si quidem substantia supremum genus est in homine: quod in genus aliud non resoluitur. Cetera uero discurrendi potentia est ultima differentia: quam non licet in aliam differentiam coarctare. Auget errorem illum hoc preterea quod si genus & differentia in re aliqua sunt infinita talia erunt effectu. Que enim ad rei essentiam conducunt: & ad ordinem pertinent naturalem effectu ac re uera existunt in natura non cogitatione finguntur humana. Esse autem multitudinem aliquam talem re ipsa siue effectu innumerabilem natura non patitur: presertim in corpore: in quo tamen esset innumerabilis multitudo: si genera innumerabilia & innumerabiles differentie per partes corporis pariter secarentur: totidem namque esset etiam ipsius corporis portiones. Rursus percontamur epicureos qui speciem diuidunt in intellectu uelut formam in corpore. Et partem eius unam in una mentis parte locant: uerbi causa. Genus in parte dextera mentis differentiam uero sinistra. Cur dextera pars potius congruat generi: differentie uero sinistra? Nonne quilibet pars mentis eque mens est? Ne ex partibus amens fiat mens. Quilibet igitur particula mentis eque utrumque tam genus quam differentiam respicit. Ideo quilibet capit utrumque. Quod si quilibet ambo suscipit: & in utraque sunt ambo: fit ut illa non sint inuicem separata. Verum ut epicurei uolunt: casus efficit: ut duorum illorum alterum in dexteram cadat: alterum in sinistram. Sed respondeant nobis illi: utrum sic deinde distincta permaneat: an inuicem misceantur? Si dent primum: sequitur ut inde scientia non nascatur. Nulla enim fit definitio ex genere & differentia inuicem separatis. In neutro illorum seorsum posito perfecta habetur de re ipsa scientia. Misceantur oportet in unum ut una scientia de re una ab una mente per definitionem unam in uno tempore possit haberi. Oportet profecto utrumque in tota mente esse ut uere intelligatur. Nam quod in parte mentis est nondum integre intelligitur. Actio enim rei totius est non partis

8
103

Fateantur ergo oportet illa misceri. Sed unde miscerentur: nunquid casu uel mente. Casu inquit. Nimum hoc dictu nefas. Nam rarissima fieret mixtio talis: & quando fieret: tunc demum concederetur illa sic unita in corporalia esse: quod ipsi uolumus. Concedent denique illa a mente misceri. Ex hac concessione duo statim nos inferemus. Primum mentem esse incorpoream: si acceptas formas ducit ad habitum incorporeum. Que sententia epicureis aduersatur. Secundum mixtionem illam a mente factam non aliter fore ueram: nisi in rebus ipsis talis quedam sit unio. Quod enim a mente preter naturam fabricatur: figuratum est potius quam scientia. Omnino autem oportet genera & differentias natura coniungi inuicem uel disiungi: non mentis figurato uel situ. Si enim figmento mentis id fiat: erramus non discimus. Si autem situ ita ut genus in parte mentis dextera sit: differentia in sinistra: sane quia licet menti communia hec resolvere illa mens diuidet. Per hanc ipsam diuisionem modo corporeo secabuntur. Et dimidium generis unum in parte dimidia dextere partis reliquetur: dimidium alterum relinquetur in altera. Idem accidet differentie. Licebit partiri iterum. Hinc dilaniatio sequetur non resolutio: & dum communia discerpemus/scientiam disperdemus. Quod si per diuisionem non lacerentur communia illa: sed genus in quauis sui parte supersit integrum: & similiter differentia. Iam non erunt amplius corporalia: quia certa quantitate non indigent: ac etiam innumerabilia genera totidemque differentias qui ita secabitur inueniet. Atque horum multitudo non natura constabit: sed mentis machinatione nascetur. Forsitan epicurei ut has obiectiones deueniant non dabunt amplius speciem illam intelligibilem ex genere differentiaque componi: sed partibus aliis. Nos autem queremus nunquid speciei pars qualiscumque illa sit: a tota specie differat necne. Si non differat sane neque pars erit illa que a toto non differt: sed erit totum: neque species illa erit composita si nihilo differt a partibus: quia sic partium caret diuersitate. Ergo differre speciei partem a specie fatebuntur. Nos autem ab illis quomodo differat sciscitabimur. Si non tanquam genus differentia uel a specie ut ostendimus: num saltem tanquam a specie species. Ceu a colore figura? Sed hoc admitti non potest. Non enim species talis intra speciem. Non continetur sub colore figura. Pars tamen intra totum est & continetur

ab illo. Forsitan ut spēm illam cōceptionemq; mētis habere partes
cōuincāt/que sub illa cōtineant/ ad numeros cūfugient: atq; inferent
spetiem a suis partibus discrepare/ sicut quattuor a duobus / ab uno
duo. Nos autē licet id supra confutauerimus: rursus tamen ita refelli
mus. An uolūt partes illas spēi cōceptionisq; quam sciētiam uocant
esse sciētias? Si nolūt creabūt sciētiam ex insciētis: ac si albedinē cōsti
tuerēt ex figuris. Si uolunt sic eos arguimus. Constat apud philoso
phos quālibet sciētia habere obiectū suum ī quo uersatur: quod sitū
uocāt. Declarēt nobis isti si quidē sciētie ille que sūt unius sciētie par
tes obiecto carere nō debēt: nūquid idem sit scitum p̄prium cuiusq;
illarum atq; totius/ an aliud? Si idem esse respōdeāt: nūc nulla illarum
pars erit: sed unaqueq; totum/ postq̄ equatur toti. Vbi enim equātur
obiecta sciētie quoq; equātur. Sin aliud fateant: rursus id sequē ab
surdum: q̄ sciētia ipsa totius sit/ preter partium sciētia erit: neq; ex
partiū cognitione cognosceat totū: ubi nō cōcurrūt sciētie singule ī
sciētia uniuersā. Verū sic iterū pcedamus. Mens ut plurimū intel
ligit rōnem ipsā rerū & unam & uniuersalē: ut pura bonitatē ipsam
multis bonis eque cōmunē. Ratio huiusmōi quātū una & uniuersa
lis est/ est & simplex. Ratio quoq; dei siue angeli quotiēs uere cogno
scit tanq̄ indiuisibilis iudicatur. He rationes essētie intelligibiles ap
pellantur. Eas nostra mens nunq̄ cognosceret: nisi formas earū habe
ret in se uelut imagines. Nam si cognoscēdo agit aliquid/ nec agit ni
si sit actu: nec agit aliter q̄ actu sit: actu uero sit per formam. Nunquā
essētias contemplatur: nisi earundem formis ornat. Forme tales licet
quandoq; intelligibiles appellentur: proprius tamē intellectuales di
ci debēt: essētie uero intelligibiles. Hec. n. est ueterū platoniorū con
suetudo. Si forma quedā talis/ essētie talis/ imago ī nostra mēte spar
gatur ī partes: tūc ptes ille aut ita se habēt/ ut nulla illarū essētia ipsā
respiciat: aut alia respiciat quidē: sed nō alia: aut omnes. Si primū de
tur/ tunc forma illa tota essētiam nullo modo respiciet: cū nullus sit
respectus in partibus. Sicut. n. tota forma cōstat ex p̄tibus: sic totius
respectus ex p̄tū respectibus cōgregat. Quod si nullo pacto essētia
aspicit: nō erit eius imago: neq; ad eius intelligentiā cōferet. Si detur

8
108 9
secūdum: pars que nō respicit essentiam/ nihil attinet ad intellectua
lem formam: postquam ad essentiam nō spectat intelligibilem. Si au
tem tertium concedatur/ statim interrogabimus/ utrum queq; pars
eundem habeat aspectum: an alie potius alium. Si eūdem habere re
spondeantur/ & habere eundem non possunt aliter q̄ si queq; referat
essentiam totam. Profecto nulla earum pars forme intellectualis erit
sed quelibet erit tota. Vna ad cognoscēdū sufficiet. Superūt alie: que
etiam innumerabiles erunt actu: si corporis diuisione secantur: & cō
ducunt ad actionem. Si autem aspectum habeant alium atq; alium:
nec aliter hoc fieri potest/ q̄ si partes singule forme totidem aspiciāt
eētie ptes quādoq; intellectuale itelligibili oportet equari. Seq̄
ut eētia illa sit diuisibilis. Quā tamē rō uera eē simplicē cōcludebat
Neq; posset simplicem iudicare: nisi aspectu simplici eam intrueretur.
Multiplici autē aspectu partiū diuersarū multiplicē iudicaret. Opina
mur autē eos ī hunc errorē p̄p̄a incidisse/ q̄ sciētias nōnullas ī rebus
compositis uersari cōsiderabāt. Qualis est sciētia de homine: qui ex
aīali rationaliq; componitur/ tanquam genere suo & differētia. Qua
lis ē sciētia de septenario & denario numerisq; aliis: qui ex numeris
uel unitatibus cōgregantur. Nos autem putamus hominem quātū
homo ē/ unum quid esse & simplex: quia una eius ē forma. Huius si
gnum ē: q̄ ī plures homines nō diuiditur. Siue enim secundum spēm
diuidas ipsum ī genus & differētia: neutrum illorū homo est. Siue
secūdū singula ī caput/ pectus/ & femur/ illorū nihil ē homo. Corpus
quidē secas: q̄a discerpis ī membra: que corpora sūt. Nō secas hoīem
quia nō secas ī hoīes. Quod at tale quiddā est ī se ipso/ & ī plura ta
lia nō diuidit/ illud certe quātū ē tale/ indiuiduū est & simplex. Dena
rius quoq; quantum denarius nō diuidit. Nam una spēs est dum ta
xat/ & una forma: quam ī plures denarios partiri nō possumus. Qd̄
si partiamur/ numerū qd̄ partimur: q̄a partimūt ī numeros. Denariū
nō primur: q̄a nō distribuimus ī denarios. Neq; obstat q̄ ī specie ge
nus & differētia uideat includi. Nō. n. in ea sunt due forme: sed una.
Nā licet aliud sit ī rerū ordine aīal eē: aliud esse rōnale: ī hoīe tamē est
idem. Et (ut platonice loquat) ipsa hoīs natura rōnalitas quedamē.

Rationalitas at nihil est i hoie aliud q̄ aialitas ipsa i actum rationis
educta. Talis at forma simplex esse simplicis fundamētum spēs est:
que nō dispartit se ipsam i singulos hoies: sed totā singulis se coicat
p hāc singuli unū sunt. Differūt at p alia que extrinsecus adiacēt ad
spēm minime prinētia. Quod quidē spēi simplicitatē significat: que
ex eo quoq̄ nō parū significat q̄ spēs magis minus ue non suscipit.
Et i quodā certo cōsistit gradu nature: cui nihil addi pōt/ nihil demī
quin spēs ipsa muteē. Testātur hoc spēs numerorū. Septenarius spēs
quedā ē numeri. Adiuē huic unū: nouā creabis spēm. s. octonariū.
Subtrahē unū senariū habes/ nouā rursus numeri spēm. Quoniā ue/
ro sciētia nō de singulis uel generibus pprie: sed de spēbus habetur.
Singula. n. q̄a innumerabilia sūt: mutāturq̄: neq̄ cōprehēdūtur: neq̄ fir
ma tenētur. Genera uero pp cōfusionē i se pfecte nō discernūtur: quo
niā inq̄ de spēbus sciētia ē. Spēs uero sūt simplices: sciētia quoq̄ illa/
rū est simplex: si modo sciētia ueritatis adeptio ē. Veritas at est rerū
cū mētibus adequatio. Neq̄ nos turbet aut multitudo uocabulorū
aut cogitationū multipliciū uarietas: ex q̄bus cōflati sciētia forte ui
deē. Preparatiōes q̄dē he sūt ad sciētiā siue pedissequar. Sciētia actus
est unicus siue habitus. Tacrus inq̄ simplex simplicis forme. Indui
duus indiuidue ueritatis ituitus. Subitū itelligētie lumē. Sed ex
hoc eorū error euidētius redarguit/ q̄ multe sūt sciētie de rebus pcul
dubio indiuiduis. Quis. n. diuidat unitatē: Quis itē simplicitatē &
punitatē: Quis diuidat eē ipsū simpliciter: Porto q̄cqd diuidimus i
partes diuidimus toto priores. Hec uero ex nullis ptribus precedēti
bus componūtur. Homine quippe i animal & rationale resoluimus.
Animal in corpus & sentiēdi naturam. Corpus i substātiā & quan
tatem. Substātiā i esse & sufficiētiā subsistēdi. Esse uero ipsum in
quas partes resoluamus: ignoro. Nisi forte in unitatem & multitudi
nem Plotinus Proculusq̄ resoluant. At uero unitatem ipsam ulter
rius non resoluunt. Nemo unitatem resoluēt i numeros. Nemo pun
ctum i magnitudines. Nemo formam rei ultimā i aliā formā/ aut pri
mā materiā i materiā. Nullus deniq̄ simplices illos mētis nostre cōcep
tus q̄ de sciētiarum picipiis sēp itra nos lucēt/ i cōceptus aut notiores

8 109
referet aut priores. Vbi resolutio cessat/ cessat diuisio. Vbi diuisio de
sinit/ perfecta simplicitas possidetur. Quamobrem cōcludendum
est primos conceptus mentis simplices esse: & illa que inde noscunt
partim talia esse/ ut quauis diuidi uideant/ ea tamen rōne noscant
qua minime diuidunt. Ideoq̄ notionem eorum esse indiuisibilem.
Partim eē talia ut penitus simplicia sint: & propterea simplicem esse
eorum perceptionem: Si modo intelligentia rebus intellectis equat.
Si conceptus: notio: perceptio: simplices sunt/ forme quoq̄ intelli/
biles unde nascuntur ista/ sunt simplices. Si ita est/ mēs quoq̄ ē sim
plex: que simpliciū est subiectū. Et quoniā quo quid simplicius ē/ eo
est magis indissolubile/ mēs q̄ summū simplicitatis attingit gradū
ut diximus i cognoscendo summū quoq̄ gradū nature indissolubi
lis assequi in uiuendo. Intelligentia. n. est uire reflexio in se ipsam.
Ideo si p itelligētiā que uitā seq̄ simplicitatē sūmā attingit: que na
turā antecedit indissolubile: multo magis p uitā itelligētia priorē
assequi indissolubile gradū simplicitate ipsa posteriorem.

Quinta ratio. Si mēs ē corpus/ tangendo intel
ligit & currendo

Cap. v.

I mens ē corpus aut forma diffusa corporis magnitudinē: duo
quedā in se hēt: ut alias indicauimus: pūctū uidelicet & latitu
dinē. Atq̄ eisdē cōditionibus mancipat/ quibus & corpus. Ideo non
aliter res itelligēdas cōprehēdet/ q̄ tangēdo illas seq̄ p illas ampli
ficādo: & instar corporis trāscurrēdo. Aut igiŕ tangere diceŕ: pūcto so
lū ut itelligat/ aut sola latitudine/ aut utriq̄. Si solo utiŕ puncto/ &
ad cognoscendū indiget actu/ rerum magnitudines non cognoscer:
q̄ppe p punctū pūcta attingit/ nō magnitudines. Atq̄ ēt si attingeret:
nūq̄ tamē totus / aut totas eas agnosceret. Nā pūcta i eo sūt ifinita.
Infinita quoq̄ i magnitudine. Illorū omniū cumulus ē itellectus: ho
rū quodāmō cumulus ē magnitudo. Infinita ptransire nō licet. Ergo
neq̄ mēs ipā tota itelliget unq̄/ neq̄ totā itelliget magnitudinē. Igiŕ
nō solo utiŕ pūcto. Num sola utiŕ latitudine ad tangendū/ nequaq̄.
Sola nāq̄ illa cognosceret: que latitudine ipsa tangunt. Hec uero ea
sunt tantū que & ipsa latitudine distendunt. Nunc at preter hec alia

multa cognoscimus. Confugient ad hoc nonnulli: ut mentē cōfitean-
tur ambobus uti ad cognoscēdū: Puncto quidē ad simplicia: ad alia
latitudine. Verisimile istud apparet: nō tamen est uerū. Primo quidē
per pūctū simplicia illa attinget solū: que corpori applican̄ ut pun-
ctum. Formas uero solutas: aut numeros nō attinget. Deinde per lati-
tudine suam percurrat totam cognoscendi corporis magnitudinē:
ut intelligat totum. Non potest aut latitudo aliqua totum aliquod
trāscurrere spatium magnitudinis nisi qualibet sui parte ī longum:
quamlibet spatii illius percurret partem. Ergo mēs singulas ipsius
partes cuiq; parti corporis cognoscendi discurrendo per ordinē ad-
mouebit. Admouēdo cognoscet. Admouebit aut partes quodāmo-
do infinitas. Tot. n. partes mēs habebit: si latitudo corporalis extri-
terit. Itaq; breui tēpore quasi innumerabiliter quamlibet illius corpor-
is portionē intelliget: & ipsū corpus secūdū p̄riculas pene infinitas
innumerabiliter cognitas / infinitis ut ita loquar uicibus innumere ap-
prehēdet. Sed hāc argumentationem nobili quadā Plotini nostri
sententia breuiter cōcludamus. Quecūq; intelligunt̄ aut sua natura
simplicia sunt: aut saltē dū p̄ resolutionē simplicia fiunt: intelligunt̄.
Quia uero indiuidua solis indiuiduis capiunt̄: uis illa ī nobis que
capit talia ē indiuidua. Si ergo mēs eē dicit̄ corporalis: nō tamē lati-
tudine sua capiet illa. sed aliquo potius impartibili. Si solo hoc ca-
pit: solo intelligit. Solum igit̄ hoc eius impartibile re uera mens erit.
Quid reliquis opus ē p̄ribus ut sit intellectus: Quando nō opus ē
aliis ad intelligēdū: postq̄ unū illud impartibile sufficit. Unū igit̄ hoc
mēs ē: hoc retine. Segrega cetera: mentē simplicē es adeptus. Cuius
simplicitas ē hinc apparet: q̄ accipit sine longitudine pūctū: sine lati-
tudine lineā: sup̄ficiē sine pfunditate: numeros absq; situ. Pulchri-
tudinē sine turpitudinis mixtione. Sic enī seorsum ista discernit con-
siderando: neq; cōsiderat aliter q̄ accipiat. Forma uero corporalis nō
oīo sic accipit ista seorsum. Si animū eē simplicē indiuiduumq; illud
liquido ostendit: q̄ simplicia & indiuidua comprehendit: multo li-
quidius hoc declarat: quod quecunq; secundum se simplicia uel in-
diuidua forent: & tamen quia cū aliis iunguntur: cōposita diuiduaq;

8
105
euadunt / animus segregat ab oppositis / redditq; simplicia prorsus
& indiuidua. Nō posset aut illis restituere simplicē indiuiduaq; natu-
rā: nisi ipse eēt simplex & indiuiduus. Deniq; si infectis restituit pu-
ritatē: ipse est extra & sup̄ infectionem.

Sexta ratio. Intellectus accipit secundū se totū qcquid
capit: quod nō faciet: si fuerit corporalis Cap. vi

n. Vllū corpus aliqd ī se cōtinet / nisi p̄ eā q̄ritatis adequationē
p̄ quā se toto rotā rē cōprehēdat: p̄re uero parte. Atq; maiore sui
p̄te maiorē rei cōtēre p̄re: minore minorē. Intellectus ī hoc pacto res
ipās capit. Nā se toto capit: qcqd accipit. Eodē quippe mō capit: quo
intelligit. Intelligit at̄ se toto qcqd intelligit. Nēpe siq; dixerit intel-
lectū duas p̄tes corporales habere: quarū una qdē capiat rē: & intelli-
gat: alia minime: redarguemus / eum asseuerātes intellectū re uera eē
p̄te illā: que rē capit: atq; intelligit. Siquidē ab intelligēdo dicit̄ intel-
lectus. Illā uero que nō intelligit: intellectū nō esse. Quapp̄ natura il-
la que reuera intellectus ē: se tota rē quālibet intelligendā capit: atq;
cognoscit. Quando ergo intelligit hoīs corpus / intelligit & corpo-
ris illius mēbra: se toto cognoscit: totū corpus humanum. Se toto co-
gnoscat quodlibet eius membrū. Nā q̄ mēbrū quodlibet ad quodli-
bet cōpat: & mēbra quelibet ad totū refert: necesse ē ut idē tam singu-
la mēbra cognoscat q̄ corpus totū. Neq; duas ponere debes p̄tes in
intellectu: quarū una unū cognoscat mēbrum. Altera alterū. Per neu-
tram. n. illarū posset illa compatio fieri. Si ut cognoscat: ita & capit: se
certe toto capit tā totū corpus q̄ mēbra corporis singula. Nullū uero
corpus: nullaq; forma corporea hoc pacto pōt aliqd cape. Neq; pōt
corpus unū oībus pariter equari corporibus. Quomō corpus canis
corpori formice: equi: elephantis solis equabit̄: Mens at̄ corporibus
oībus: tam maximis q̄ minimis pariter adequat̄: cū oīa itelligēdo si-
militer cōprehēdat. Neq; iis solū uerū ēt quodāmodo sūme se equat
equalitati. Dū res oēs minus magis ue equales: p̄ accessū ad equali-
tatē sūmā recte metit̄. Vbi mēs inter res quālibet equalitatis ipsius
p̄ticipes: & ipsā equalitatē se īserit mediā. Qd̄ si sūme equalitati p̄xi-
me adequat̄: nulla in equalitū qualitatū iniquitate pulsa.

Septima ratio. Intellectus accipiēdo rerū formas nō
amittit suā. Corpora cōtra Cap. vii

f Olent corpora quando corporum aliorū formas accipiūt suas
amittere. Quomō. n. aqua igneā caliditatē induet: nisi frigidit
ratē suā exuerit? Qd si quando aliena accepta remanet et ppria/fit
impfector: ut quando remanet dulcedo i uino et aqua illi infusa fit
dulcis sapor inde debilior. Mēs at rerū omniū accipit formas: dū oēs
agnoscit: & cognitas i se ipsa uolunt: neq; illas accipiēdo formā pro
pria amittit: aut debilitat. Quippe cū ex opatiōe semp cuiusq; forme
habitus designet: atq; opatio intellectus intelligētia sit: seq; ut for
ma intellectus sit ipsa (ut ita dixerim) intellectualitas naturalis: q; tūc
pfecta maxie iudicat: quādo opatio eius intelligētia pfectissima est.
Hec at raro ē pfectior: q̄to plures rerū formas attingit. Sublimior. n.
fit: uelocior: & lucidior. Quāobré intellectus corporū omniū formas
accipiēdo: nō mō nō amittit: aut nō remittit suā: sed qd ē cōtra natu
rā corporis: sūmope pficit. Penetrat eorū substārias: & cūtra in singu
lis cōspicit: dū i simplicibus p cōpōsitiōē uidet mixta. i mixtis p re
solutionē simplicia intuet. Ergo mēs ita eē uidet in oibus: ut i singu
lis ipsa sit cūtra. Rurſus ē extra & supra oīa corporalia. Alioqn non
posset hec ab icorporeis secernere: & illa ab iis discernere. Si ē i oibus
corporalibus oīa atq; et extra oīa oibus ipar p naturā. Quapp nulli
us corporis uiolētia e suo statu deiiciē.

Viii. rō. Forma ē in mēte uniuersalis: Talis i corpe eē nō pōt. Ca. viii.

c Orpus & forma p corpus extrēsa adeo: ut ita loquar: materialia
sūt ac piculari sūru tēponiq; astricta: ut uniuersalē uim nullam
habeāt. Quo. n. qd corporali materie ppinquat magis: eo angustius
est: quo discedit lōgius eo fit āplius. Quāobré si intellectus eēt cor
pus uel forma diffusa p ipsum: forme oēs ab eo suscepte etiā si in se
ipsis essent uniuersales: in eo saltē piculares oīo materialesq; euade
rēt. Nā forme i subiecto qd ē astrictū materie passionibus nullā uim
retinent ad uniuersale quicq; representādum. Ita intellectus quicqd
cogitaret per formam materialem singularibusq; cōditionibus astru
ctam excogitaret. Cum uero operatio rei cuiusq; formā rei operantis

sequa; intellectus p talē formā opans. i. excogitās singulariter solū
opare. Qualis at opatio ē: tale semp ē opus. Ideo intellectus singu
lariter cogitās sola singularia cogitaret: neq; cōe qcq; & uniuersale co
gnosceret. Vnū qdē hominē puta Socratē uel Platonē i se reuolueret
Humanā uero naturā illis æque cōem minime. Neq; regulā in mori
bus & artibus ad plura uniuersalē statueret: neq; legē conderet unq;
multos hoīum actus respiciētē. Si mēs et sine electiōe & usu quoti
die i se ipsa formas parit uniuersales: fit ut ipsa fons earū naturalis
sit & receptaculū naturale. Forme huiusmōi pprie alicui materie mi
nime abstringunt: neq; mens igit materie alligat: neq; corūpe unq;
Corruptio. n. ex materie insidiis puenit.

Nona ratio. Mētes se inuicē cōplectunt: corpora nequaq; Ca. viii.

d Vuo corporea se inuicē mutuis amplexibus cōtinere nō pos
sunt. Qd. n. p quātitatē aliud cōtinet: maius ē illo quod cōti
net. Nō pōt at unū corpus alio quodā uno corpore āplius eē simul
atq; angustius. Sic sarum spa iouis sperā ambit: & cōtinet: nō econ
uerso. Alia uero mēs aliā cōtinet: & ab eadē pariter cōtinet. Mēs qdē
mea ruā cōsiderat: tua meā. Itaq; nostre mētes se inuicē cōsiderādo
uicissim se capiūt. Capiēdo intelligūt. Cōplectunt intelligēdo. Et qd
maius ē: una mēs amplectit oēs: quādo mētiū omniū natura cōside
rat. Quare si queq; mēs: mentem quālibet intuerit: qd pōt qdem: si
aiaduertat quauis mēte mēs quēlibet claudit. Nō pōt at quodlibet
corpus quolibet corpore claudi. Si quēlibet rerū spēs ē immortalis: cō
sequēs ē ut singularis substāria: q; spēs sue se ipsā equat: sit immortalis.
Mēs at quēlibet quālibet: si cōtingat: introspicit: & i singulis cūtra
rū cōspicit spēm. Vbi sue spēs p actū reflexū q; cognitio ē se equat. Er
go & p actū rectū q; est uita: prius se equauit eidem. Si ita ē: sequit ut
uel quēlibet mens semp fuerit futura ue sit sicut ipsa mentium spēs
uel saltem futura sit semp ut illa.

Decima ratio. Mens p oīa corpora opa; & supra corpora. Ca. x.

q Voniā forma opandi principiū ē: res queq; secūdū genus suū
agit: ex quo oīa plē sibi simlē modo possint in spete generāt.
Vltra uero genus suū nihil agit: Sed neq; et hec inferiora ultra spēm

operant. Nunq̄ enī canis generat ouē: & multo minus aliquid supra suā spēm operant. Nā quo pacto canis hominē p̄creabit? Quo fit ut corpus agendi uim suā nec ultra p̄p̄riū genus & multo minus supra naturā suā possit extrēdere. Nunq̄ igit̄ attinget: assequet̄: p̄ducet: aut quodlibet corpus: aut incorporalia. Intellectus si corpus eēt: certum quoddā corpus eēt in sp̄te aliq̄ corporū. Ex hoc duo sequerent̄ absurda. Primū q̄ multorū corporū formas neq̄ suscipet: neq̄ cōcipet. Corporū q̄dē ipsius similiū formas nō capet: quoniam iam haberet. Quomō. n. ignis formā alterius ignis accipiat? Dissimiliū uero corporū formas nequaq̄ cōcipet: aut pareret. Quelibet. n. natura sibi simile parit. Ad hoc at̄ q̄ intelligat: oportet ut rei intelligēde formā accipiat primū. Deinde ex illa definitōem rei rōnē ue cōcipiat. Tūc demū pficiēt intellectio. Per pauca igit̄ corpora intellectus cognosceret: si corpus fuerit: cū nullius corporis similis accipiat formā: nullius dissimilis corporis formā cōcipiat: & intelligere nequeat: nisi & accipiat pariter & cōcipiat. Quod si quo modo fieri possit ut corporale aliquam formā accipiat uel cōcipiat: p̄fecto nō aliter q̄ secūdū naturā propriā hoc efficiet. Si accipiet aliunde formā: in naturā trahet suā. Si cōcipiet ex se ipso secūdū naturā suā p̄tinet. Ergo p̄ formā quālibet ab ipso susceptā uel ē cōceptā sēp certā quādā spēm corporis sibi cōueniētē & cōgruā apprehēdet: neq̄ corporaliū generū diuersitatē cōsiderabit. Nūc at̄ uidemus mētē nō modo quecūq̄ corpora sūt aiāduertere: sed alia infinite plura & uaria put̄ libet effici gerere. Secūdū uero sequerēt̄ absurdū: si intellectus eēt corpus. Quod uidelicet ordinē corporū nō transcēderet. Cū corpora ferme nunq̄ ultra suā spēm: certe nūq̄ supra suū genus aliqd̄ operent̄. Mēs igit̄ nūq̄ cognoscer̄ incorporalia. Vtrū horū prestārius arbitrans? Substāriā ne: an actionē? Substāriam certe que ipsius actiōis ē cā. Cauēdū itaq̄ ne opationē aliquādo substantia sublimiorē cōfiteamur. Esset at̄ mētis opatio sublimior q̄ substantia: si substantia q̄dē eius certū corpus eēt solūmodo. Intelligentia uero eius & corpora queq̄ & incorporea cōprehenderet. Quapp̄ non est corpus: quandoquidē ultra corpora quelibet apprehendit etiā incorporea. Atq̄ neq̄ etiā ē forma aliq̄ mixta corpori: nā forma

8
108
mixta sicut p̄ corporis diuisionē fit diuidua: sic fit quālis p̄ corporis qualitatē. Ideoq̄ certam quādā mens sibi cōtraheret: qualitatē a corpore: p̄ quā ipsa ad certā spēm corporaliū rerū determinata: certā sp̄tem corporaliū cognosceret solū: sicut uisus p̄ oculū ad colores contrahit̄. Et formas simillimas nō caperet ut diximus: neq̄ ēt dissimillimas. Atq̄ hec Aristotelis sentētia ē platonici cōprobata. Sed addūt platonici q̄ mēs si mixta esset: neq̄ caperet incorporea: q̄a quod mixtum ē sincera nō cōprehendit: neq̄ affectaret attingere aliqd̄ a corpore sepatum. Alioqn̄ affectaret a corpore sepati atq̄ dissolui. Neq̄ aliter cognosceret q̄ moueat̄: sicut materialis potētia solet. Nūc aut̄ non ut mouet̄: sed ut ipsa sibi met̄ efficit spēs: sic abstrahit: discutit: seq̄ in se quasi absq̄ fine reflectit. Neq̄ obstrepat hic nostris auribus epicureus aliquis negās intellectū incorporalia capere. Sane & cupit illa se per: & capit sola sūma cū uoluptate tanq̄ ipsi simillima. Neq̄ solū illa cupit & capit: sed ēt p̄creat. Quid. n. nos aliud mō in his disputationibus nitimur: nisi rem aliquā mētis nostre (ut ita loquar) manibus fingere a corpore alienissimā? Quā finximus iā & fingimus: atq̄ in ipsis mētis manibus attractamus. Et ante q̄ effingeremus: prospeximus effingēdam. Nempe cū primū statuimus aiām mōstrare incorporeale esse: uidebamus iam aliquē alicubi incorporealis nature gradū: ad quē p̄ducere aiām uolebamus. Quid quotidie facimus disputādo? quotiēs esse rē aliquā asseueramus: que existat quidē: nullā uero habeat longitudinē: latitudinē: p̄funditatem: uel qualitatē aliquā: uel figurā. Tūc certe sp̄m quēdā mente creamus supra corpus & corporis passiones. Ibi p̄fecto nostra mēs ē: ubi parit: parit inq̄ plē sibi plimilē: nullo mō substantia sua sublimiorē. Igit̄ mēs nostra corpora & cōditiones corporū supeminet. Quāobré neq̄ loco claudit̄: neq̄ tēporum limitibus circūscribit̄. Vbiq̄ igit̄ eē pōt̄ & semp. Iccirco nihil phibet illam fore p̄petuam.

Vndecima ratio. Mens statu pficit. Corpus motu Cap. x.

n Vnquā corpus formā nouā accipit: nisi p̄ motū. Nā p̄ alterationē (ut aiūt phisici) forma inducitur in materiā. Mēs at̄ neq̄ p̄ motū accipit formas: neq̄ accipiēdo mouet̄. Que quāto magis ab omni

perturbationū & negotiorū motu quietē agit. tāto magis proficit speculando. Vbi ēt apparet eius eternitas: quia suapte natura solā speculationē ueritatis affectat: atque ideo statū: sine quo nō proficit speculatio. Proficit autē corpus motu: quod per motū natū est. Quod ergo statū proficit: ex statu depēdet. Ideoque stabilē hēt substantiā atque perpetuā.

Duodecima ratio. Que in materia sunt cōtraria/non sunt in mente contraria

Cap. xii.

f Orme contrariorū elementorū dū sunt in materia cōtrarie inter se sunt: quia pellunt se inuicē & interimunt. In mēte nō sūt cōtrarie. Quia ibi nō modo nō pellunt se inuicē: sed & iuuant. Simul quodē nostra mēs hēt cōtrariorū elementorū formas: quādo simul elementa cōsiderat. Simul quoque cōprehendit bona & mala: utilia & inutilia: pulchra atque deformia. Lucē & tenebras. Vocē atque silentiū. Dulce & amarū: & reliqua. Atque ex cognitione alterius contrarii sincerius iudicat alterū. Nō igitur est corporea. Neque ēt proprie corruptibilis. Quippe quod corruptū: ut plurimū corruptū a cōtrario. Quid autē eē potest mēti cōtrariū? Que tantā hēt sup cōtraria potestātē: ut ab ipsis auferat cōtrarietātē & sua pace cōciliet inimica. Neque rursus corruptibilis ē: quia a suis cōseruatoribus disiūgat. Nā si aliena & cōtraria alienis cōtrariisque cōciliat: multo magis se suis tum causis tum seruatoribus admouet.

Xiii. ratio. Mēs accipiēdo formas nō mutat

Cap. xiii.

c Orporis cuiusque forma quando uere ab alio corpore capit: tale reddit oīo illud quod suscipit ipsa: quale ē corpus illud a quo forma attribuit. Veluti quando flāma ignis a ligno suscipit: lignū facit calidū atque igneū. Flāma uero illa in speculo lōge distāre resplēdēs speculū nō reddit calidū aut igneū: quia nō uere ab illo suscipit: cū per distantiā ad uerā ignis flāmā nō sit paratū. Immo uero nullo modo flāmula illa. i. imago illa flāme cū spiritalis sit in speculi corpore figit: sed in spiritali solis lumine: quod ambit speculi superficiē. Fiūt autē huiusmodi rerū imagines: nō a corporibus his quorū imagines sūt. Corpus. n. nō precreat aliquid incorporeū: sed a lumine spiritali corporibus circumfuso. Lumē quoque ipsū a solis globo nō nascit: sed a solis aīa. Cuius lux cū intra se sit inuisibilis: effusa lōgius fit inuisibilis: in qua ipsa quoque

aīa fit cōspicua. Nā ut placet orphicis & heraclito. Lumē nihil aliud est nisi uisibilis aīa. Vnde per hoc oīa reuiuiscūt. Aīa uero lux inuisibilis. Sed ne lōgius digrediamur: forme uel imagines corporū nō uere sūt in speculis. Mens autē corporū accipit omniū formas: quādo de corporibus iudicat. Num accipit uere? Vere profecto. Nepe ut accipit: ita iudicat. Vere iudicat. Vere igitur accipit. Accipit inquit a se ipsa (ut platonici opinantur) quādo corporū simulacris excitata formas que in mētis aditus latēt perimit in lucē. Accedit quod ubi perfectior forma ē: ibi ē uerior: Quāto uero perfectior sit forma corporū in mēte quā in ipsis corporibus & alias declarauimus: declarabimusque: & hinc patet: quod humana natura in platone uel socrate solius platonis ē: & solius socratis propria. Humana autē natura illa que mēte cōcipit: quādo sub una hoīs definitione hominū cōditiones considerat ad singulos hoīes hēt uim: si quodē oēs cōplectit. Preterea si ueritas rei cuiusque in pura integritate cōsistit: uel integra puritate: atque forma in materia uim suā integrā nō retinet per passionis admixtionē & extraneis accidentibus circumfundit: uerior res queque inuenit in mēte: ubi rei ipsius idea naturaliter insita notionē rei parit: necessaria quodē includēt oīa: superuacua uero penitus excludēt. Mens igitur usque adeo uere corporū capit formas: ut uerius etiā eas hēat quā materia corporū. Igitur si ipsa sit aliquid corporale: talis reddet oīo: qualia corpora. Fiet ergo aqua: cū aquā intelligit: cū ignē intelligit ignis. Et quia simul intelligit calorē atque frigus: fiet cōtraria simul. Nūc autē formas accipit omniū: neque e suo statu deiciit: Immo proficit capiēdo. Hinc apparet intellectū nō eē corporeū. Apparet et nō eē mortale. Ille siquidē eo modo quo ē: accipit quicquid accipit. Esse suū intellectuale ē dūtaxat. Nō ergo accipit quicquid aliter quā intelligēdo. Per huiusmodi susceptionē nō modo nō deficit: sed & proficit. Nihil ergo suscipit: aliunde quod ipsū mutet & pdat: & quod maius ē: tantū in oibus formis suscipiendis lucratur: ut lucrari ēt uideat in malis. Si tāto perfectior euadit: quāto cognoscit plura: certe perfectior est: si rerū priuationes: defectus: & mala discernit: quā si ignorat. Que ergo in se ipsis mala sunt & noxia: in mente fiunt bona atque salubria. Multum abest ut ea natura a malis noxiisque rebus interimatur: que ita mala conuertit in

bona: ut ipsi bona sint omnia.

Xiiii. ratio: Operatio corporis rēdit ad rem cōpositā
Mentis ad simplicia

Cap. xiiii.

o Peratio cuiusq; rei eē ipsū rei semp sequit̄: ita ut illius sit opatio cuius eē: & modus opandi idē sit qui & essendi: & opus ad quod terminat̄ opatio sit simile opanti. In rebus ex materia & forma corporali cōpositis esse nō ē materie ppriū aut forme: sed totius cōpositi ex utrorūq; cōiunctione cōfecti. Igit̄ & cōpositi ipsius pprie opatio ē. Quare & mō cōposito opat̄: & opus pducit cōpositū: hoc ī elementis plantis / aialibus / intuemur: que q̄dam opa cōposita sicut ipsa sunt / generāt. Si intellectus corpus aliquod eēt ex materia & forma cōpositū: cū eius opatio intelligētia sit: hec ipsa intelligētia semp ad aliquid cōpositū terminat̄. Vnde nūq̄ aliud preter res cōpositas intelligeret. Nūc uero nostra mēs usq; adeo naturalē excellit cōpositionē: ut corpora cōposita ī materiā resoluat & formā: & cogitet utrūq; seorsum. Vtrūq; uero p se ē simplex. Atq; in hoc maxie excellētia eius aspiciť qđ illa que ī materia quodā mō falsa sunt / tanq̄ uera cōprehēdit sicut figuras & principia figuratū. Que in materia sūt impura / discernit ut pura. Qualitates. n. que sūt ī materia mixte inuicē & infecte cōtrariis / ipsa secundū proprias diiudicat rōnes. Que in se multa sūt: cōspicit tanquā unū: ceu sub una specie hoies infinitos. Que ī se mobilia sunt: tanq̄ stabilia speculat̄. Quando tēporis pres que ī se ipsis fluūt / simul colligit: & presenti annectit preteritū & futurū. Que ī se distantia sunt: tanq̄ unita sepissime contruē: quādo totū orbē uidet ī pūcto. Neq; tēporū interualla: neq; locorū spatia mentis intuitū cohibēt. Que (ut ita loquar) mortua tanq̄ uiuentia. Si qđ lapides qui uita carēt mēs uiuos intra se possidet: quando ad primā a qua facti sunt cōpat uitā. Que corruptilia tanq̄ pperua: quādo singula corpora que loco subiiciunt̄ & tēpori / mens intuitu suo a locis & tēporibus eximit. Ex oibus his colligit̄ intellectū neq; esse corporeum aliquid: cū longe aliter q̄ corpora opat̄: neq; esse impurum / infectum / dispersum / mutabile / corruptibile. Quippe cū illa etiā que talia sunt / sua quadā ui ab huiusmodi liberet passionibus.

Xv. ratio. Actio mentis finiē in actione. Actio corporis in corpore

Cap. xv.

n Vllius corporis actio ī ipsam actionē pprie desinit: sed in exteriorē trāsit materiā. Nā si in actionē desineret / actio illa ī opante restaret: ubi in se ipsū oparet̄: puta ignis se ipsū calefaceret. Qđ nō pōt a corpore fieri. Quia si corpus nō agit ex se / etiā nō agit ī se. Rursus si qcqd corpus agit / mouēdo agit: certe cū mouere se nequeat / in se ipsū agere nequit. Videmus ar̄ mētis opationē ipsam. s. intelligētiā in se ipsā desinere: neq; qcquā p se extrinsecus facere: nisi forte quandoq; moueat uolūtātē: que motis brachiis opus aliquod extra pducat quale fuerat cogitatū. Sensum ar̄ dicimus quodā mō extra se fluere. Quia aliūde mouet̄: pspicit aliena: Externi finis gratia opat̄. Neq; sui ipsius ē cōsciū. Mens cōtra: mouet̄ libere: se suaq; inspicit. Sui gratia opat̄. Ideo eēntia apud platonē statur dicit̄: qđ si sine uita sit: torpet. Vita motus: qđ iam exit ī actū. Mens reflexio: qđ sine hac uita ī externū opus efflueret. Sed mēs sistit uitalē eēntie motū ī semetipso: reflectit ipsū in essentiā quadā sui ipsius aīaduersione. Trahit quoq; cetera oīa ad se ipsam / put res potius ut ipsa mens est / q̄ ut res extra existunt / cōsiderat. Vocat̄ etiā reflexio infinita: qđ ī opationē suā nō modo semel mēs hois terminat̄: uerū ēt innumerabiliter: cū se aliquid intelligere aīaduertit: & qđ aīaduertat / agnoscit. Et cū aliquid uelle se uult: & uult quod uelit se uelle atq; eadē rōne deinceps. Vbi uel opatio alia ī infinitū terminat̄ ad aliā uel eandē in se replicat̄ innumere. Hinc patet intellectū nō solū eē incorporeū: sed ēt immortalē. Si qđ p se ipsū opatiōe sua se format sēp / & pficit / semp itelligēdo atq; uolēdo. Hoc ar̄ nihil ē aliud q̄ se ipsum uel facere / uel seruare / uel renouare cōtinue. Quod qđē quotidiane renouatiōis noīe Paulus apostolus appellauit. Quo fit ut nūq; a suo pfectore uel seruatore desciscat & absit. Cū nequeat abesse unquā a se metipso: atq; ideo forme sēp atque pficiat̄. Quin ēt si naturalis generatiōis finis immortalitas quedā ē / multo magis intellectualis generationis finis est immortalitas. Sed quia natura prolē extra se gignit: immortalitas eius expletur in successione nascentiū. Quia uero mēs generat ī se ipsa / tum se tum

alia quātū & sui & aliorū omniū cōcipit rōnes: quādo aut se itelligit
aut alia seq̄ ut imortalitatis huius uirtus i mēte ipsa genetrice serue
tur. Hic ēt latet argumētatio quedā huiusmōi. Prestantius ē bene
esse/ q̄ simpliciter eē. Quisquis igit̄ bene eē sibi prebet/ multo magis
pōt sibi eē prebere. Intellectus sibi dare bene eē uideē quādo format
p̄ficitq̄ se ipsum tum speculatiōe tum moribus. Quapp eē quoq̄ sibi
pōt secūdū formā ita prestare: ut nūquā desinat esse. Mitto q̄ Procu
lus ait aīam cū sit generatiōis principiū ita se ipsā gignere atq̄ uiuifi
care: ut eēntiā hēat a se ipsa. Atq̄ sūmarim de omni indiuisibili substā
tia i sua essentia existente affirmat tum p̄ducere tum cōtinere se ipsā.
De omni at̄ substātia diuisibili ēt de ipso celo dicit necessario aliūde
p̄duci atq̄ cōtineri. Sed hoc ipse uident. Latet preterea alia quedā
talis argumētatio. Quādo intellectus opationē suā primo atq̄ inde
uim suā & substātiā cōprehendit & amat: tūc p̄culdubio i se ipsum
agit. Igit̄ & p̄ se ipsū. Nihil. n. inter intellectum atq̄ ipsūmet medium
interponit̄. Adde q̄ quemadmodū corpus q̄a ex se nō agit/ ideo nō
opāt in se. Sic intellectus quia i se opāt: iccirco ex se opari censeē. Si ex
se in se agit: igit̄ & p̄ se ipsū. Si. n. utriq̄ in eo actionis termini sūt: igit̄
& mediū. Quid ergo phibet it̄lectū a corpore sepatū opari & uiue
re. Presertī cū opatio ipsius q̄ ex se i se ipsū p̄ se expleē necessario fiat
& resideat i se ipso. Sed hoc ita planius explicabit̄. Si mētis operatio
proprie i ipsā mētē finiē. Mens ipsa quodāmō sue opationis ē finis.
Idē uero ē rei cuiusq̄ finis ac principiū: cū oīa originē suā appetant:
& tanq̄ sui morus finē sibi illā proponāt. Igit̄ substātia mētis ē opa
tionis sue principiū. Per se igitur opāt. Qd̄ plato noster appellat p̄ se
moueri. Vt opāt: ita uiuit. Vita. n. est interior opatio. Viuit itaq̄ p̄ se
ipsam. Vt uiuit/ ita ēt ē. Nā uita ē primus existentie actus. Est ergo si
militer p̄ se ipsā. Quid impedit eā eē semp: quandoq̄dē sui ipsius est
causa: Causa inquā nō efficiēs sed formalis: cuius uirtute esse tribuit̄
& seruat̄. Qualitas & uita cuius opatio oīs i alia effluit/ necessario
secūdū naturā suā quattuor ex p̄ibus deficit. Primo q̄a effluēdo ua
cillat: alieno idiget substētaculo. Secūdo diffuēdo debilitat̄. Tertio
dū influit aliis ab extraneis inq̄nat̄. Quarto pp̄ idigētiā debilitatē

8

inq̄nationēq̄ a natura sua quādoq̄ defluere cogit̄. Si ita ē/ sequit̄ ut
rōnalis uita que relabit̄ in se ipsā/ se ipsam sustineat: nō debilitē: nō
inquinē: non defluat. Merito sicut uita que oīo p̄fluere cogit̄ extra
se ipsā/ dum discedit a uita/ tendit consumi turq̄ i mortē: sic uita que
redūdat i semetipsam/ adolescit & cōsumat̄ in uitā. Deniq̄ si uberior
motus/ uite uberioris inditium ē/ uita rōnalis que uniuersum motio
nū genus exercet: implet & terminat/ uniuersū quoq̄ genus implet
uiuēdi. Ideoq̄ ipsi neq̄ priuatio uite misceē: neq̄ cōditio ulla obno
xia morti. Exercere at̄ ipsam oēs spēs motionum in corpore. Implere
motionū omniū exemplaria i se ipsa. Terminare motum omnē in se
ipsā suūq̄ principiū p̄ mētis ipsius reflexiones/ alias declarauimus.

Xvi. ratio. Forma corporalis nō habet uim infinitā.

Mens habet

Cap. xvi.

c Onstat apud physicos formā corporalē eē usq̄ adeo terminatā:
ut nullo mō uim aliquā ifinitā idefessāq̄ possit habere. Mēs at̄
absq̄ termino puagaē: neq̄ fatigaē unq̄. Principio i se ipsa quasi ē si
ne termino. Intelligit. n. se ipsam. Ideo intellectio eius p̄fecta ab ipsa
mētis substātia in eadē reuoluit̄. Reuolutio infinitus ē motus. Ad
nullū. n. terminū p̄ficiat̄ extrinsecus acquirēdū/ quo parto quiescat:
sed propriā ambit substātiā/ sui ipsius auida. Sui uero ipsius auiditas
nūq̄ extinguit̄. Substātia igit̄ que suimet cupiditate cepit semel sibi
undiq̄ fieri obuia: & circūeundo se ipsā undiq̄ cōtueri/ eadē cupidi
rate p̄petuo instigāte semetipsā p̄petuo similiter pro arbitrio ample
ctē. Motus igit̄ intellectus/ quoniā orbicularis ē/ in se ipsū circūolu
tus quatenus intellectuālis ē/ est utiq̄ sēpiternus. Caret ēt fine: ut
diximus: ob eā cām q̄ infinite it̄elligētia replicaē. Pōt. n. q̄ aut se aut
aliud qd̄ uis it̄elligit/ sicut rē ipsā it̄elligit/ sic suā it̄elligētiā intelli
gere: itēq̄ aliā & aliā sine fine dū & rē cognoscit/ & q̄ cognoscat illam
aīaduertit. Rursus q̄ sic aīaduertat: ipsū nō latet/ & similiter absq̄ ter
mino. Talē it̄elligētie cursū comitat̄ rōnalis appetitio illa: quā nun
cupāt uoluntatē. Hec sane se ipsā uult aut quod uis aliud: & uult se
uelle/ & rursus uult q̄ uelit. Similiterq̄ deiceps. Quinetiā corpora
diuidit in p̄tes plurimas partiumq̄ p̄tulas. Numeros auget supra

numeros absq; fine. Figuratum modos mutualq; illarū pportiones: atq; et numerorū cōpationes innumerabiles inuenit: lineā supra celū ultra terminū undiq; p̄redit. T̄p̄s i preteritū absq; p̄cipio: i futurū absq; fine p̄ducit. Neq; solū ultra omne tēpus aliud antiquius cogitat & p̄lixius. Verū ēt ultra omnē locū/ aliū sēp cogitat ampliorē. In numero s quoq; effingit gradus i singulis q̄litatebus. Accedit q̄ nō uno quodā rerū genere mēs sicuti sensus cōtēta ē. Non solis odoribus ut uisus. Nō solis uocibus ut auditus. Sed currit p̄ oīa: p̄ oīa inq̄ nō modo que sūt: sed que fuerūt/ erūt ue. Neq; id solū: sed p̄ illa ēt que neq; sūt/ neq; fuerūt unq̄ aut erūt. Multa. n. excogitat: que forte eē possēt: nō tamē fiunt unq̄. Et multa que esse forsitan nūq̄ possūt/ ipsa fingit. Quāq̄ nō minus i rerū natura eē uident: q̄ mēs p̄ se pingit i se ipsa q̄ que p̄ linguā in aere uel p̄ manū pingit i pariete. Nouas quoq; sēp rerū facies ui p̄pria & quodā ordine fabricat: & rursus inouat alias. Nōne ēt postq̄ gradatim p̄ mundi speras ascēdit/ gradatim quoq; angelos ita considerat: ut aliū uideat sēp alio altiorē. Neq; rā sublimē reperit unq̄/ q̄n possit aliū uno saltē gradu/ & aliū rursus alio gradu inuenire maiorē: atq; id tamdiu facit/ q̄diu finitū eē angelū queq; p̄nūtiat. Ex quo quolibet finito spiritu inuenit aliū altiorē. Atque ita sine termino p̄gredere: nisi ipsamet sibi modū iponeret: cōcluderetq; eē sp̄m aliquē infinitū: q̄ oēm angelū/ & q̄ eē & q̄ cogitari pōt innumeris gradibus super. Quis infinite p̄gredit: Quis infinitū p̄gressū quodā mō terminat: Quis terminum illū p̄grediēdi infinitū assequi? Mēs certe hec facit. Mētis igit̄ quodā mō infinita uirtus. Que i eo quoq; apparet/ q̄ nō mō reperit infinitū actū q̄ deus ē: uerū ēt potētiam infinitā que ē materia subdita deo: atque ad innumerabiles formas inde capiēdas idonea: hinc ēt infinitā iuenimus generatiōis uicissitudinē: q̄ pōt p̄ infinitū tēpus ab actu infinito fūdi in potētiam infinitā

Apparet rursus ex eo q̄ uniuersales rerum tōnes capit. Sub qualibet at̄ uniuersali seu sp̄e siue genere innumerabilia continent. Innumerabiles sub humana sp̄e hoies successione p̄perua: itemq; sub aliis. Infinita idiuidua colligit i unā sp̄em. Spēs multas i genus unū. Multa genera i unā essētiā. Essētiā unā i diuinā unitatē: ueritatē: & bonitatē:

Vicissī ab hac una gradatī descēdit i multitudinē infinitā. Mira p̄fecto uirtus que infinita reddit unū/ unū reddit infinita. Huic ferme nō p̄ prius i natura gradus ē ullus quatenus sursum deorsū ue penetrat oēs. Nō situs ē p̄ prius quatenus nusq̄ sistit. Nō cetta (ut ita dicā) & terminata pōtēstas quatenus ad oīa equaliter opatu. Illud quoq; mihi uidei uim mētis (ut ita loquar) i terminatā pre ceteris demonstrare q̄ ipsā infinitatē eē inuenit qd̄ ue sit & q̄lis definit. Cū uero cognitio p̄ quādā mētis cū rebus equationē pficiat/ mēs cognite infinitati equat quodā mō. Infinitū uero oportet eē qd̄ equat infinitati. Ac si tēpus qd̄ successione quadā mētis motū infinitū esse oportet/ si mō motus fuerit infinitus: q̄to magis infinitā esse oportet mētē que nō mō motū tempusq; stabili notione sed infinitatē ipsā quoq; mētis. Cū necesse sit mētis surā ad id qd̄ ipsa mētis habere p̄portionē. Finito uero ad infinitū sit nulla p̄portio. Idē quoq; euidenter ex eo mōstrat q̄ a nō eē cōsiderādo trāsit in eē: atq; e cōuerso. Esse at̄ & nō esse imenso iter se discrepāt in reruallo. Immēsā uero oportet eē uirtutē/ que sp̄atiū currit p̄ imensū. Currere at̄ illud q̄s negat/ quādo creationē que ex nō eē fit ad eē/ & i teritū qui fit cōtra certissimis rōnibus cōprehendimus. Atq; utriusq; extremi naturā describimus & ipsius eē cōis uim intellectu cōsequimur que rebus eius progressiōe nascētibz p̄ innumerabiles essēdi modos cōmunicat. Deniq; ut sūmatī dicā infinitā quodā mō eē i mēte uirtutē illud nobis testimonio eē poterit/ q̄ fames corpis sitisq; & sōnus cito & re pauca fatiant. Mētis ardor nunq̄ extinguit: siue humana respiciat siue diuina. Si auet humana. quis diuitiarū cumulus: que impij amplitudo hūc terminat: Si diuina: nulla rerū creatarū finitarūq; scietia implet. Merito quiescit nunq̄/ nisi infinitū deū capiat: q̄ capacitatē eius ab ipso manatē impleat infinitā. Que si finita eēt/ aliqua re finita uel iplere uel saltē sitis eius repesceret. Nūc uero p̄ quorūlibet finito rū adeptiōnē nō mō nō extinguit: sed flagrat ardētius. Quoniā quo magis plura capiēdo deo infinito quadā preparatiōe p̄pinquat: eo ardet magis igni suo facta p̄p̄quior: atq; eo currit rapacius infinito sui motus finitā p̄xima. Qd̄ & ignis elemētū facit: quādo i p̄p̄riā sperā se recipit. Facit idē lapis ēt manifestius: quādo descēdit ab alto: qui

quo terre fit ppinquior/ eo uehemētius deferē in terrā. Quis dixit mentē elemētale corpus esse/ uel corporale quicquid si uim possidet i finitā. Vim inquā tum p̄seuerādi & capiēdi: tū ambiēdi p̄currēdi/ si ue se ipsa hāc habeat: siue (ut uerius loquar) quadā amplificatione diuina. Quatenus uidelicet absoluta infinitas dei mentibus aīabusq̄ p̄xime ab ipsa p̄dentibus intellectualē uitalēq̄ infinitatē inserit seruatq̄ cōtinue: atq̄ ab infinito p̄cipio ad finē reuocat infinitū. Si. n. solet ubiq̄ ab absoluta qualitate manare similis aliqua cōmunicata qualitas. Quid mirū ab absoluta ifinitate talē quādā alicubi aut talē infinitatē effluere? Imprimis at̄ in mentes & aīas/ p̄ quas platonici putāt in mūdo quoq̄ tēporis generationisq̄ successionē p̄cedere ifinitam. Quis igit̄ adeo demēs erit: ut uelit mentē habiturā aliquē in p̄duratiōe sua terminū: cū in uirtute saltē adeo amplificata & opatione nō habeat: quasi possit habere extra se terminū/ quē in se ipsa nō habet. Si uita origine antecedit intelligētiā: & intelligētia precio uitā excedit. Atq̄ humanus aīus tanta est dignitate donatus: ut concessa sibi fuerit infinita quodā mō uirtus intelligendi/ ac uolēdi multo prius magisq̄ cōcessa eidē fuisse debet uirtus infinita uiuēdi.

NONVS LIBER

Probat̄ per rationalē uirtutē aīam nō mō esse formā indiuiduā uerū etiā a corpore nō pendere: ut euidētius imortalitas demōstreretur. Prima ratio. Quia mens reflectitur in se ipsā. Cap. i

b Actenus probauimus per uirtutem rationalē aīam esse formam indiuiduā imortalemq̄. Deinceps p̄bandū ē eam a corpore nō pendere: unde pprie cōcluditur imortalitas. Res diuisibiles in se ipsas minime reflectūt. At si quis dixerit rē aliquam diuisibilem in se reuolui: sic statim interrogabimus. Vtrum pars huius rei alia uertatur in aliam. An pars in totam. An tota i partem. An tota potius in ipsam totam. Si datur primum: non aliquid idem uertitur in se ipsum: cum iter se diuerse sint partes. Si secūdu cōcedit̄ aut tertiū. Sequit̄ idē. Aliud. n. pars ē: aliud totum. Solus restare uidet̄ modus quartus: id est q̄ totū uertatur in totū. Hoc non aliter

49
113
q̄ si oēs partes uertant̄ in oēs. Esto. Tādē nos conuersione huiusmōi facta queremus/ utrū pars aliq̄ i ea re remaneat extra aliā uel ab alia discrepās. An nulla. Si remaneat alia pars i hoc erit situ uel mō: i illo alia. Atq̄ ita in se iuicē cōuerse nōdū erūt. Sin nulla: certe nulla i ea re pars distabit/ discrepabit ue a parte. Qd̄ tale ē indiuiduū ē om̄io. Ita ut neq̄ ex p̄tibus quāritatis/ neq̄ ex materia & forma cōstitua. Itaq̄ aut nō reflectit̄ res aliqua i se ipsā: aut si reflectit̄ est indiuidua. Aīam i se reuolui modis quattuor alias diximus. s. p̄ intellectū i naturā suā: quādo querit iuenit: cōsideratq̄ se ipsā. Per uolūtātē in naturā eandē quādo se affectat & amat: p̄ intellectū in actū ipsū itelligēdi. Quādo & rē intelligit: & se itelligit intelligere. Per uolūtātē i uolūtatis actū/ quādo & uult aliqd̄ & uult se uelle. Atq̄ has rotas quattuor Plato aīe curru i tribuit: & hūc esse fontē illū quatruplicē arbitror nature p̄petue: quē Pythagoras inq̄t aīe hominū ab loue tributū: si nulla res diuidua remeat in se ipsā: p̄fecto nostra hec quadriga rōnalis que p̄ rotas quattuor i se recurrit. atq̄ ipse fons itimus q̄ per quattuor guttites refluit in se ipsū simplex ē & p̄sus indiuisibilis. Huiusmōi uero cōuersio nō ē a corpore ad corpus: sed ab aīa ē ad aīam: que & ex multis aliis supra/ & hic ex eo probata est indiuisibilis esse q̄ i se redemat. Quapp̄ cōuersio talis a corpore libera est/ cū neq̄ exordia. ab ipso neq̄ in ipsū regredia. Multo magis aīe substātia libera ē a corpore/ si cōuersio que eius ē motus/ est a corpore libera. Itaq̄ rōnalis aīa nullo mō pendet ex corpore i effēdo: sicut neq̄ i mouēdo & opando. Itē si per opationē in se reflectit̄: reflectit̄ ēt per eēntiā. Ita eēntia aīe i se conuertit̄. Quo at̄ cuiusq̄ rei cōuersio fit/ illinc ē & p̄fectio: atq̄ cōtra. Igit̄ ex se ē aīa que i se uertit̄. Ex se iquā tribus precipue modis. Primo se cūdū formā: q̄a p̄ formā aliā nō forma: alioq̄ nō ad se/ sed ad illā recurreret. Deidē secūdu fūdamētū/ q̄a nō substine. ab alio. Nō. n. inuitur alteri forma hec que sibi met innitit̄: quādo adnitit̄ ad se ipsam. Tertio secūdu simplicitatē: q̄a non constat ex p̄tibus: Nā quo pacto explicatur ea forma per partium superficiem que in suum centrū penitus replica. Quod ita est ex se ē semp. Quoniā quod desinit esse. Id aut quia a cā formattice derelinquit̄: aut q̄a a fūdamēto desentur:

aut quia dissoluit in partes esse desinit. Quod uero ad se ipsū cōuertit quia indiuiduū est nō dissoluit: quia sui ipsius ē forma a formatrice causa nō relinquitur: quia in se ipso manet nūq̄ a fūdamēto deseritur.

Secunda ratio. Mens quo magis separatur a corpore eo melius se habet. Cap. ii

In anima originē ullam a corpore traheret: quāto cōiunctius haberet corpori: tanto melius se haberet. Quelibet. n. res ab origine sua seruat atq̄ pficit. Nūc uero contra cōtingit. Prestāissime aīe presūt intellectus atq̄ uolūtas. Quādo circa corporalia occupamur: intellectus aut nihil cernit oīo: aut nō sincere discernit sensibus & phātasia deceptus. Volūtas affligit: dū multis inde uexat̄ curis. Cōtra quādo corporalia despiciunt & sopitis sēnsibus expulsisq̄ phātasmatū nubibus aīus p se aliqd̄ speculat̄. Tūc intellectus sincere discernit: claretq̄ maxime: quod ē in his apparet: q̄ aut p sōni q̄erem: aut aliā quāuis alienationē a corpore uaticinant̄. Ideo nōnulli ut in critone & apologia inq̄ Plato: prope mortē cū sūt. futura predicūt. Quasi tūc illa uideāt in supnis numinibus prescripta. Quibus suapte natura iungit̄ aīus mō non impediāt a corpore. Vnde Socrates tractus a falsis accusatoribus in iudicium: primo predixit iudicibus futurā penitentiā: accusatoribus ruinam: ciuitati seditionē. Deinde in carcere mortis sue diem presignauit: mōstratū sibi a numine p̄ quierē. Itē Theramenes cū esset cōiectus in carcerem: biberetq̄ uenenū: Critie aduersario suo p̄ximā mortē est auguratus: que breui cōsecuta est. Rhodius qdā moriēs ut scribit Possidonius stoicus sex equales noīauit: dixitq̄ q̄ primus eorū: q̄ secūdus: q̄ deiceps moriturus ēēt. Scribit & Aristoteles Eudemum ciprium familiarem suum cū uenisset p̄heras thessalie oppidum grauiter egrotasse: eique uisum in quiete egregia facie iuuenem qui diceret: fore ut breui conualesceret. Paucisq̄ diebus Alexander oppidi illius tyrannus interiret: ipseq̄ Eudemus quinquennio post domum rediret: paulo post conualuisse illum. Tyrānum fuisse interemptum: Eudemum peracto quinquennio obiisse: atq̄ ita eius animam in patriam remeasse. Nonne Calanus indus iam iam moriturus citā Alexādro regi mortem prenuntiāuit. Et Pherecides syrus

moriens epheliis uictoriam contra magnesios uaticinatus est. Legūt̄ alia multa generis eiusdem. Non solū uero intellectus dū seorū a corporis cōtagione uiuimus: cernit multa p̄spicue: sed & uolūtas implet: neq̄ perturbatiōibus ullis affligit: sed diuinis gaudet sūmope tanq̄ sibi simillimis. Hinc sequit̄ nō esse corpus originē animi: si quo longius aīus discedit ab illo eo se p̄fectius hēt. Seq̄ & hoc si q̄to magis mēs in hoc corpus imergit̄ tanto deficit magis: & quo discedit longius eo magis & p̄ficit: tūc fore p̄fectissimā mentē quādo penitus ab hoc corpore euolauerit. Nō ē at̄ ide iteritus uide sūma p̄fectio: sed integra uita usq̄ adeo ut sit p̄petua. Quia. n. mutatiōe aīus unq̄ deficiet. Quādo nō perit exeūdo e corpore q̄ nulla ipsi maior pōt eē mutatio.

Tertia ratio. Mens repugnat corpori. Cap. iii.

Nulla res spōte sua potest sue origini repugnare: alioquin spōte ad sui ipsius ferretur interitū: qui necessario sequit̄ origine p̄dita. Quinetiā qcquid effectus aliq̄s operat̄: sue originis ui & auxilio facit. Si ergo aduersus causā pugnaret: in ea colluctatione causa illa sibi ipsi aduersaretur. Anima repugnat aduersat̄q̄ corpori nostro imo corporibus omnibus. Igitur a nullo corpore ducit originē. Duo precipua sūt illius officia. Speculari & cōsultare. In utroq̄ repugnat corporibus. Primum uideamus quomō repugnat in speculādo. Multis quotidie modis externa corpora uarie disposita nostri corporis instrumenta sensibus assignata ita mouēt: ut ad tempus fallāt. Quā fallaciam emēdat & corrigit ratio ut alias diffusius enarrauimus. Vbi ratio aliter iudicat q̄ aut externū corpus annuat: aut corpus propriū nuntiet: ac sepe iudicat mō contrario. Quia in re tā sui corporis q̄ aliorum dānat affectionem. Mittamus in presentia cererarū rerum speculationes. Accipiamus sūmam sūmi cōreplationē: ut cognoscamus quātum in ea mens naturam redarguat corporalem. Phantasia sēns externos sequitur. Sensus corporis sui aliorūq̄ corporū dispositionē. Quapp̄ sensuum & phantasiae iudiciū corporum dispositioni tribuimus. Dicimusq̄ ipsū secūdū affectionem fieri corporalē. Quādo aīus noster qd̄ deus sit cupiēs inuenire a magistris huiusmōi sciscitat̄: phātasia preceptor & faber nimiū temerarius statuā aliquam machinatur

ex quibus materiis quas aliarum omnium pulcherrimas externi sensus ipsi obrulerint acceptas a mundo. Eo tamen pacto ut materias illas excellentiores reddat quodammodo quam a mundo per sensus accederit. Offert igitur phantasia nobis lumen a deo clarum ut nullum aliud uideri possit fulgentius. Adeo ingens ut nullum amplius ac ferme perimensum mane diffusum: quod innumerabilibus sit coloribus exornatum: & in circulum reuoluetur. Ob quam reuolutionem dulcissimis resonet modulis tam impletibus quam demulcentibus aures. Iocundissimis redoleat odoribus. Saporibus quoque omnibus abundet: quae possint effingi omnium suauissimi. Tactu molle mirum in modum: delicatum: lene: & temperatum. Hunc esse deum predicat phantasia. Nihil dat nobis pulchrius mundi corpus. Nihil corporeus sensus aut attingit melius: aut nutrit excellentius. Nihil amica sensuum phantasia effingit sublimius. Sed ratio interim es summa mentis specula despiciens phantasiae ludos ita proclamat. Caue animula caue inanis istius sophistae prestigias. Deum queris? Accipe lumen ratio clarus lumine solis: quanto lumen solis est lucidius tenebris. Ad quod si solis lumen comparatur: et si milies miliesque clarus sit: esse uideatur umbra. Atque et ratio subtilius accipe ut aciem uisus effugiat. Neque ipsum perire diffundas: ne partibus consistat: atque ita substantiatione indigeat partium ac loco. Collige totum si potes in punctum: ut ex hac infinita unione infinite sis potens. Sis deinde si lubet ubique praesens: non sparsus loco: sed integrum loco: cuiuslibet adstans. Neque colorum multiplici uarietate inficiatur. Splendidius enim est lumen purum: quam coloratum lumen: neque uoluetur aut sonet. Nolo enim moueri illud uel collidi uel frangi. Et statum esse arbitror motu perfectiorem. Auferas quoque odores: sapores: mollitiemque tractabilem: ne crassiori sit natura compositum. Hic fulget quod non capit locus: hic sonat quod non rapit tempus. Hic olet quod non spargit flatus. Hic sapit quod non minuit edacitas. Hic heret quod facietas non diuellit. Dei faciem rursus intrueri desideras? Mundum conspice uniuersum solis lumine plenum. Lumen conspice in materia mundi plenum omnibus rerum omnium formis atque uolubile. Subtrahere queso materiam lumini. Reliquae cetera. Subito habes aiam incorporeum uidelicet lumen: omniforme: mutabile. Deme rursus

9 117

lumini huic animali mutationem. Es iam intellectum angelicum consecuta. Incorporeum. scilicet lumen omniforme: inuariabile. Detrahe huic eam diuersitatem: per quam forma quaelibet diuersa est a lumine & aliunde infusa est lumini. Ita ut eadem luminis & forme cuiuslibet essentia sit. Atque ipsum lumen sese formet: perque formas suas formet omnia. Lumen hoc infinite lucet. Quia natura lucet sua: neque alterius mixtione inficitur uel contrahitur. Per omnia est quia in nullo. In nullo est ut abunde per omnia fulgeat. Viuit ex se: & uitam prestat cunctis: quandoque umbra eius qualis est lux ista solis sola in corporibus est uiuifica. Sentit quaelibet. sensumque largitur: si umbra eius sensus omnes omnibus excitat. Amat denique singula: si maxime sua sunt singula. Ergo quid solis est lumen: umbra dei? Ergo quid deus est? Sol solis est deus. Solis lumen est deus in corpore mundi. Deus est sol super angelicos intellectus. Hic tuus est o anima. Hic tuus est deus. Huius umbram tibi ostenderit phantasia. Talis umbra dei est: ut sensibilius pulcherrima sit. Qualis esse dei lucem existimas? si tantum dei lucet umbra: quantum lux dei fulget? Amas lucem solis ubique praeter ceteris imo sola. Ama deum solum: solam o anima lucem. Infinita benefici dei lucem infinite ama. Fulgebis iam & oblectaberis infinite. Quae igitur obsecro faciem eius: & gaudebis in eum. Sed ne moueas precor ut eam tangas: quia stabilitas ipsa est. Ne distraharis per uana ut apprehendas quae unitas ipsa est. Siste motum. Collige multitudinem. Deum prius assequeris iam diu te penitus assecutum. In hac indagatione pro deo immortalis quantum repugnat mens cunctis corporibus: quantum disperdit eorum imagines & fallacias. Quantum dant phantasiae sensusque comites corporum? Profecro ipsa sicut per se est substantia nulla a corpore ullo ducens originem: ita per se agit quandoque proprium opus absque ullo corporum amiculo. Immo uero quod est mirabilius: contra quaelibet corporum machinamenta. Hec certe nunquam operando se ab omni secerneret labe corporea: nisi multo magis in essentia ab omni corporea stirpe esset alienissima. Et quia non potest per uim aliquam corporis uniuersae naturae corporum repugnare non. surgit pericula supra totum sequitur ut per uim propria in presenti agat absque subsidio corporaliu. Ideoque multo magis in posterum id possit efficere. Quomodo repugnat mens corpori speculando

fatis iam diximus. Dicamus deinceps quātū in cōsultādo. Sepe esu
riente stomacho: uel sitiēte pulmone: siue p sōnum cerebro grauelcē
te: siue genitalibus mēbris semine tumescētibus sēsus corporis comes
ad cibum: potū: sōnum inuitat & coitū. Incitat inquā uel potius cor
poris incitāmēta nuntiat aīo. Ratio uero contēplationis honestatis
ue gratia ab iis iudicat abstinēdum. Et ut iubet sepe numero abstinē
mus. Quādo inferē contumelia uel iniuria circa precordia sāguis ad
uindictā accendit. Tūc uis anime motrix/comes /hospesq; corporis
pedes & manus mouet ad ulciscendum. Ratio nōnunq; pacis & otii
causa sistere iubet & cohibet: obiectis sepe periculis cor trepidat. Sed
occurrere prelio ratio precipit turāde patre causa. Vnde inuito etiā
corde itur in hostes. Fines autē ad quos ratio ita deliberat icorpori
sūt. Veritas. s. & honestas. Cū Plato noster uir celestis domādi corpo
ris gratia achademia insalubrem atticē locū habitādā elegit. Nōne
aius eius corporis nature aduersabat? Cū Xenocrates dilectus Plato
nis discipulus & Origenes eorū sectator exusserūt sibi uitalia: quo li
bidinis incēdia prorsus extinguerēt. Nōne inuictus aīus bellum mē
bris corporis indicebat. Ante hos magi p̄sarū Egyptii sacerdotes py
thagorici philosophi ut uenerē eneruarēt /mero & carnibus abstinē
bant. Mitto priscos illos sacerdotes magne matri consecratos aut Sa
turno. Illi castrabāt se. Isti se excarnificabāt. Mitto primitias christia
norū: quibus nihil fortius nihil mirabilius unq; uidit mūdus. Qua
pp nemo nobis obiciat: uel paucos olim fuisse: uel esse hodie paucis
simos qui corporis resistāt affectibus. Immo uero resistimus omnes
quotidie: alii sanitatis: alii honoris: alii pacis: alii iustitiae: contēpla
tionis dei: beatitudinis gratia. Ac ēt si nunq; corporis iperis frāgere
mus: satis tamē esset pugna ipsa que est i nobis cōtinua ad ostēden
dum aīam corpori repugnare. Si nulla i nobis alia esset natura q̄ cor
porea: statim cū corporis affectio ad aliqd traheret/ proueremus ut
bruta. Neq; pensū quicq; haberemus consultaremus ue/nūquid esset
illud ad quod allicit corpus efficiēdū. Nihil. n. secū pugnat. Semp ra
men ferme in nobis est pugna illata nobis a corpore toto. Est igitur
in nobis aliqd preter ipsum ab eius stirpe semotum. Semotū inquam

rum ab omni humorū elementorūq; natura: quo cūctis horū inclina
tionibus possit obistere: easq; cogitatione & affectu transcendere: tū
ēt ab omni natura celesti ab ipso celo humoribus his infusa: ad eorūq;
pducta pprietatē. Quo ēt celestibus inclinationibus quandoq; uale
at aduersari: quod astrologi nobis ipsi cōcedūt. Atq; substantiā quā
dā celo lōge prestātorē excogitare semp & colere. Mitto q̄ qcqd per
corporeā mobilēq; celi uirtutē efficiūt & corporeū est & penitus mobi
le. Neq; p̄r corporeā mobilēq; naturā exupare. Quapp aīus tū ab ele
mentali tū a celesti natura elemētis infusa seorsū. uiuere p̄t. Qd si q; s
platoniorū dicat eū in celesti uehiculo semp esse respōdebimus: Nō
aīum a uehiculo: sed uehiculū ab aīo dependere: sempiternūq; aīum
apud platonicos sempiternū uehiculū semp uiuificare. Sed ad istitu
rum ordinē redeamus. Neq; nos turbet q̄ aīa sepe obsequit corpori:
qa nō ui obsequit: sed amore: quo corpori p ipsā uiuētī tanq; filio &
suo opi afficit. Mater filiū tanq; suū opus amat. Filius paruulus cibū
preter modū cupit. Abstinere iubet mater. Tacet ide quiescitq; puer
si bene fuerit educatus. Sin male: clamat: domūq; prurbar. Miseretur
plāgentis filii mater: quē amat nimiū. Nōdū tamē ut cibū capiat asē
rit: nisi secū ipsa prius cōsultādo iudicat/ posse illum gustare aliquid
absq; corporis detrimēto: aut si qd dāni illatū fuerit p medicinā faci
le posse succurri. Tū demū cibū accipit natus. Nō cogit mater a filio
paruulo. Sed opis sui dilectio matrē allicit ut filio obsequat. Obrēpe
rat tandem prout censer obtemperādum. Iudicat autē sepe uere. Quā
doq; fallit: quia obrēperandi nimiū cupida nō satis diligenter euen
tus examinat. Eadem est aīe ad corpus similitudo. Proinde si natura
le esset aīam succūbere corpori: omnis aīa ac semper sēlibus cederet:
Quoniā uero resistit sepe numero cōsultando si quādo cōsentit/ non
natura/ uel uolētia obseqt: sed amore. Quo sūma uis aīe afficit medie
Media infime. Infima uitali complexioni. Vitalis complexio corpori.
Siquidē platonici putāt ab aīe rōnalis substantia tanq; sole effūdi
uitā corporis irrationalē tanq; lumē: illāq; erga hāc affici quasi prole.
Ad quā prolem suscipiendā corpus ut Timeus docet p celestes aīas
disponatur. Quid uero dicemus ad illud quando animus aliq; suū

corpus interimit: siue consilio/ siue indignatione/ seu metu id faciat uel dolore? Quomodo id unquam aggredieretur: si corpus animi esset origo. Cui non possit appetitus aliquis in natura contra ipsam se surgere. Nullum brutum sponte se ipsum interimit. Quia non potest in eorum animam a corpore pullulantem stimulus aliquis contra corpus oriri. Homo autem licet sit prudentius animam tamen id sepe facit. Vaticinans ut arbitror se superfore post corpus: ac se potius corporis sarcina exonerare quam perdere.

Quarta ratio. Anima libere operatur. Cap. iiii.

Maxime uero non oriri ullo modo ex corpore hominis animam cognoscimus/ si quod liberum sit in ea arbitrium ratione propria comprehendimus. Nam quod corpori cuius natura determinata est alligatum operationem habere non potest liberam & solutam. Profecto a communi aliqua consideratione nulla peruenit actio/ nisi intercedat aliqua particularis existimatio: quia motus actionesque circa particularia fiunt: ceu cum quis considerat exercitationem corporis utilem esse. Licet ita consideret/ nondum tamen exercet/ nisi consulat prius quot sint exercitationis modi: & qui magis conducat. At quando unam quandam particularem exercitationem pre multis elegerit/ tunc opus aggreditur. Si deambulationem: deambulat. Si egrationem: equitat. Intellectus natura sua uniuersalium rationum conceptione uersatur. Quapropter ut ex eius apprehensione aliqua perueniat actio: oportet uniuersalem eius conceptionem ad particularia quedam deduci. Uniuersalis autem notio uel sua multa/ imo infinita singularia continet. Ut exercendi commune genus modos exercitationis innumerabiles. Igitur potest uniuersalis illa notio ad diuersa pariter singularia denari. Derivationem huiusmodi sequitur iudicium de agendis. Diuersum igitur sequi potest iudicium. Itaque iudicium intellectus de rebus agendis non est natura sua ad aliquid unum determinatum. Est igitur liberum. Iudicium siquidem libertate caret aliqua: quia nullum habent iudicium: ut plante. Alia quia licet habeant: habent tamen a natura ad unum aliquid determinatum: ut bruta. Naturali enim existimatione iudicat ouis lupum sibi perniciosum: ac fugit. Neque potest non fugere impellente natura: naturali instinctu ferunt irudines ad nidum conficiendum. Apes ad aluearia. Ad telas aranee. Ideo omnes eiusdem speciei

9 117
animantes eodem modo sua fabricant semper: neque discunt aliquando: neque uariant unquam: quia species naturalis qua ducuntur ab initio inest atque eadem permanet. Homines autem & discunt & opera sua uariant semper. Unam tamen & ab initio naturam habent. Non igitur natura trahuntur ad agendum: sed ipsi suo consilio alias aliter se ipsos agunt. Unde enim contingere id putamus: quod arbores bestieque in suis quibusdam motibus artibus electionibusque nunquam aberrant. Homo uero sepiissime. Non quidem ex eo quod intellectus inest illis perfectior: quibus nec intellectus quidem inest ullus. Sed quia ab intellectu diuino nunquam errante trahuntur. Homo uero a suo qui errare potest ducitur. Qui etiam si quando ab actionibus propriis ortum agit ad tempus: tunc ipse quoque deo ducitur: neque errat: quod ex uaticiniis & miraculis declarat. Ac si semper duceretur/ sicut alia tanto minus erraret quam illa/ quanto esset perfectius instrumentum. Rursus si alia se ipsa ducerent sicut homo/ tanto magis errarent/ quanto minus perfectam sortita sunt speciem. Cum igitur homo iudicium de rebus agendis non habeat a natura/ ad unum determinatum est necessario liber. Quod autem iudicet libere ex eo coniciamus/ quod se ipsum ducit ad iudicandum. Quod se ipsum ducat ex eo quod in iudicium suum se reflectit. Quod se reflectat ex eo/ quod se iudicare cognoscit: iudiciumque definit. Quam quidem libertatem intellectus ipsius uirtute sortitur. Intellectus enim non modo hoc aut illud apprehendit bonum: sed ipsum commune bonum. Quoniam uero intellectus per apprehensam a se formam mouet uoluntatem: atque in omnibus motor & mobile proportionem inuicem congruunt/ uoluntas rationalis non est a natura determinata nisi ad ipsum commune bonum. Sub ipso communi bono bona singula continentur. Quicquid igitur uoluntati offertur ut bonum/ potest in illud inclinari uoluntas nulla inclinatione naturali in contrarium prohibente. Quod quidem significatur per ea que supra diximus: quod multa eligit contra nature corporalis usum & uoluptatem. Prescribit sibi uite ordinem sepiissime corpori noxium: odit corpus extenuat enecat. Quod nunquam bestie faciunt: quarum omnis imperus actioque seruit corporis usui. Opere precium est considerare quedam a philosophis necessaria/ quedam impossibilia/ quedam media. scilicet. possibile

nūcupari. Et possibilis quedā ut plurimū euenire: quedā rarius: que
dam uero equaliter ferme cōtingere. Hūc ordinem uniuerso cōgruere
potissimū arbitrantur. Affirmāt rursus alia quidē naturalia/alia uero
uolūtaria esse. Addūt insuper nusq̄ fore potētiā ullam ad utrunq̄
cōtingentium equaliter se habērem/nisi uolūtariis agētibus insit. Na
turalia. n. agētia potius esse determinata q̄ uolūtaria. Deniq̄ natura
lia speciei cuiusq̄ officia probāt uana esse nō posse. Officium autē ho
minis esse consiliū. Frustra tamē illic ad opposita cōsultari: ubi negāt
alterutrum put coniectura designat/eligī atq̄ tractari. Precipue ue
ro ex hoc inuenietur animi nostri libertas/ si planius quo mō mouē
tur bestiarū anime uideamus. Quādo animal brutum esurit/ si cibus
suus oculis eius offertur/ eius anima iudicat pabulū tale sibi fore cō
ueniēs. Appetitū cupit: mouetq̄ ad ipsū mēbra. Querimus unde sit
morus ille mēbrorū. Proculdubio ē ab appetitu. Appetitionis motus
unde? A iudicio. Ex eo. n. q̄ cibū cōuenire sibi iudicauit: illico concu
piuit. Vnde iudiciū? A forma tali uel tali cibi ipsius oculis apparēte
Et ab interna talis corporis egestate. Quotiens. n. tale corpus esurit/
& pomū tale mōstratur aspectui: toties anima illa cōuenire sibi illud
iudicat atq̄ appetit. Cernis motus illius p̄cipium nō esse in aīa sed
in corpore. In corpore iquam pabuli sic dispositi: & corpore bruti sic
affecto. Itaq̄ nō proprie anima illa ducit corpus: neq̄ pprie ex se ipsa
mouet: sed tam cibi q̄ sui corporis natura trahit illā. Ad cuius tractū
mēbra etiā rapiūtur. Cuius rei signa quattuor afferemus. Primū q̄
tali quodā cibo mōstrato / & sic affecto corpore statim ita iudicat & ap
petit anima. Neq̄ postq̄ pabuli figurā aspexit/ tēpus aliquod uel bre
uissimū differt iudiciū & cupidinem. Quasi anima illa penenihil ex
sua uirtute in mediū afferat: sed posita illa iudicii causa statim iudicā
di sequat̄ effectus. Nec iniuria. Forma. n. agēdi p̄cipium est: ut ignis
calor calefaciēdi p̄cipiū. Formantū uero aliqua est a natura impressa/
ut igni calor & leuitas. Aliqua est apprehensa/ ut spēs cibi p̄ uisū. Ap
petitio ignis ac motus formā impressā sequitur. Iudicium & appetio
bestie sic affecte formam illā cibi sequit̄ apprehensam. Huius ergo mo
tus p̄cipiū est cibus eiusq̄ forma. Et sicut ignis nō per se mouetur

9 118
quia nō potest nō ascendere/ cū nihil obstat: non potest non urere: cū
aliquid adest urendum. Sic bestia non per se mouet: quia nō potest nō
ferri in ea que sic aut sic offerunt. Secundū signū est/ q̄ irrationalis
anima nunq̄ aliter iudicat/ cupit/ p̄sequit̄ q̄ ad corporis p̄tineat usū.
In omni eius actione finis est corporis cōmodum. Finis autē in rebus
ultimus idē est ferme quod & p̄cipiū. P̄cipium ignis est lune cō
cauum. Cōcauū lune ignei motus est finis: quia causa queq̄ ad sui fi
nē agit & mouet. Ergo i bruto p̄cipiū actionū est corporis natura
siue aīa. Nō aīa mera/ sed corporalis. & ut seruit toti nature uiteq̄ arti
fici naturaliū: postq̄ in natura uitaq̄ corporea cōseruāda ē finis agen
di. Tertū q̄ bestia nūq̄ penitet sic aut sic egisse: neq̄ retractat q̄cūq̄
neq̄ emendat. Quod significat unicū ibi esse agēdi p̄cipiū: postq̄
nulla est repugnātia. Corporea certe uita mouet tāquā finis pprius.
Ergo nihil aliud ppriū inest ibi/ preter corporeā uitā quod moueat.

Quartū q̄ ut supra diximus i opibus brutorū eiusdē sp̄i nō ē di
uersitas. Nō aliter aranea alia relam texit q̄ alia. Omnes quoq̄ irūdi
nes nidū similiter faciūt: & singule singulis annis eodē pacto. Quē
admodū oīs ignis similiter calefacit. Omnis lapis descēdit similiter.
Omnis planta p̄ sua sp̄i similiter pullulat. Natura siq̄dem rei cuiusq̄
una quedā est affixa sibi forma: & certa uis ab initio insita. Per quam
unā similēq̄ semp/ unū opus fit semp & simile. Iccirco bestiarū aīa in
stinctū secuta nature tenorē seruat sp̄i sue familiarē. Idē & nobis
accidit: quoties torpet ratio/ & ad nutū sensuū phātasieq̄ uiuimus.
Verū exp̄gefacta & intenta ratione cōsultamus i rebus agendis diu
& nutū phātasie dānamus: & aliter facimus q̄ uel externorū corpo
rū uel mēbrorū nostrorum poscat natura. Ac si quādo iis indulgemus
penitet nos atq̄ emendare conamur: domamusq̄ sepe naturā corpo
ris & subicimus. Agimus. n. nō mō p̄ imagines illas obiectu corporū
acceptas siue cōceptas: sed ē p̄ uniuersales rerū sp̄s & rōnes: que par
tim insūt aīo: partim eius peculiari ui partūtur. Vbi agēdi p̄cipiū no
stra forma est nō corporis. A nobis parta nō accepta a corpore ad aī
modū potius q̄ ad modū corporū p̄creata: cōis ad īfinitos agēdi mo
dos. Ideo non unū agendi modo astringimur: sed per omnes libere

puagamur. Hæmus. n. i mēre cōe quoddā bonorū exēplar ad qđ signu
la cōparātes siue reicimus siue magis minus ue pbamus nō ipsi qđē
tracti a rebus ipsis uel corpe/ sed trahēres res ipsas potius ad exēplar
& corpus ad mētē. Ideo ēr dū similis pmanet rerū corponisq; affectio
sepe eligimus dissimiliter alias .s. aliter. Et dū fit dissimilis eligimus
sepe similiter: imo i eodē pene momēto pp uarias cōiecturas a rōne p
posita/ ēr dū corporalia/ manēt similia/ uarie cōtrarieq; quodāmō fiūt
electiones. Cōsulratiōe nāq; fit ut nō aiām rebus: sed res aiē nostre
subiciamus: pfecto ut sepe Plotinus ait Proculusque confirmat hui
ius iditū hēmus in sciētis & moribus. In sciētis hoc pacto. Quādo
sola ueritatis speculatione cōtēti sumus/ nihil p̄sus cōicantes cū cor
pore: neq; agere aliqd extra nos affectātes. Quis nō uideat contēpla
tionē illā nostrā esse penitus nullo mō a corpore depēdentē? In mori
bus iterū hoc mō. Cū oia uite studia ad aiū nostrū dirigimus mo
ribus exornandum/ q; non intelligat tūc officiorū nostrorū finē esse
aiām. atq; ideo eorū dē aiām esse principiū? Harum actionū nō hu
mores principia sunt: quoniā humores nō iūtāt ad aliqd cōtra cor
pus eorū/ & supra corpora. Nō celū: quod p humores mouet. Corpus
q; ppe celi lōge remouū neq; prius mouet quattuor humores nostros
q̄ moueat q̄tuor elemēta. Neq; mouebit aiām nisi humoribus agita
ris. Humorū uero agitatioi aiūs aduersa: dū illorū ipetus speculati
onis itētiōe cōtēnit: morū studio cohibet: artiū idustria frāgit. Nemo
aut Socrate ad amorē/ aut Alciphone megarico ad libidinem ebrieta
rēq; natura pcliuior fuit: nemo iis euasit studio cōtinētior: nōne xe
nocrates democritus & cleates nature ipedimēta diligētia repulerūt.
Si hūioribus resistimus: obistimus & elemētis & celo imo ēr si nō subi
cimur celo/ multo minus ceteris corporibus subdimur. Celo uero nō
subici hoīs aiū hinc appet: q; futuros casus primo sciētia preuider.
Deide aut prudētia uitat aut magnanimitate nihilipēdit: q̄si nō ad
ipsum hoīem q; ipse est aiūs p̄tineāt quicq;. Sed ad animi carcerē. Ac
cedit q; prospera fortuna pp temperantiam feliciter utitur. Aduersa
propter tollerantiam optime: ita ut utraq; sibi eque ad uirtutem pro
ficiat & salutē. Quo autem pacto aut sequitur casus qui precedit: aut

9 119
suscipit necessario qui diligētia uitat? Aut horret natura qui sepe de
spicit? Aut bonis uincitur qui ad felicitatē propriam illa dirigit? Aut
superatur malis qui mala conuertit i bona? Aut necessitate aliqua co
gitur: qui dum propter pietatem libenter cum diuina uoluntate cō
sentit: illa etiam que necessaria sunt terribiliaq; uidentur uoluntaria
efficit atq; leuia? Idē rursus ita per intellectum monstramus & uo
luntatem. Primo sic p intellectum. Celeste corpus formam habet cor
poralem/ singularem/ localem/ & temporalem. Forma per quam mēs
omnis intelligit est incorporalis uniuersalis & absoluta. Hec ergo a
celo non nascitur. Forma enim que alicubi clauditur/ formam nō ge
nerat absolutam. Ideoq; celum formā aliquam i intellectu non gene
rat. Num forte in eo gignit intelligentiam? Nequaquā. Hec enim for
mā sequitur intellectus. Quod ergo dare formam nequit/ non dabit
intelligētiā. Omnino uero nullum corpus per suam formā quicq;
intelligit: Talis enim forma singularis est omnino. Multo minus in
alio intelligētiā generabit. Quoniam igitur intellectus neq; actio
nem propriam neq; actionis principium habet a celo: corpori celesti
non subditur. Prefertim quia noster animus secūdum eam uim qua
iungitur his que supra celum esse dicuntur non modo non subest ce
lo: sed preest. Hic autē quatenus intelligit ueritatem/ angelis qui pre
sunt celo coniungitur. Eatenus enim intelligit: quatenus intellectu
ale lumen inde sortitur. Sic ergo constat intellectum celo non subi
ci. Sic rursus constabit nō subici uoluntatem. Ea profecto que natu
ra fiunt determinatis medijs perducuntur ad finē. Vnde semp eodē
pene modo proueniūt. Natura enim ad aliquid unū dererminatur.
Electiones autē hominis diuersis uis tendunt ad finem: tam in mo
ribus q̄ artificijs. Preterea que in eadem spē sunt in naturalibus acti
onibus que sequūtur sp̄tiem ipsam inter se minime discrepant. Sicut
enī omnis irundo ut diximus similiter construit nidum: sic omnis
intellectus similiter intelligit prima illa artium morumq; principia:
que nota sunt cuiq; per naturā. Et omnis uoluntas similiter appetit
ip̄sū bonū: quia bonū secūdū naturā uolūtas desiderat. Ea siquidem
hominis natura est: ut sicut se intellectus hēt ad speculādi principiū

quale ē id quod ubiq; ē manifeste uerū/ira uoluntas ad agēdi princi-
piū: quale ē ipsū bonū: ac necessario utriq; oēs assētiāmur. Electio ue-
ro est actio quedā sequēs humanā spēm: sicut discursio rōnis. Hec. n.
duo sūt hoīs ppria. Sicut ergo si hoīes nature instinctu ratiocinaren-
eadē omniū hominū i singulis rebus eēt opinio/ita si ducēte natura
eligerēt/una omniū eēt electio. Nunc at alii modis aliis eligūt alia/si-
cut & ratiocinādo iudicāt uarie. Quāobré celi uolūtate nostrā instin-
ctu nature nō mouēt. Mouēt tamē corpus. Corporis motū seq̄ siue
nuntiat sensus. Hinc sepe uolūtas alliciē. Nō est at incitāmētum hoc
electionis cā necessaria. Quia illi alias assentiūt: alias minime. Neq; ta-
mē a celestibus dūtaxat corporibus humanū corpus sēsus ue mouē-
Nā & Ptolemeus ipse cōcedit p̄ticulares effectus circa materiā/haud
quā absolute seq̄ celestia: que uniuersales remoteq; cause sunt: sed
quatenus cause medie tribuunt/& mobilis dispositio materie cōtra-
riis subdite causis alias & alibi aliter accipit. Qd̄ qdē quotidie expe-
riētia ipsa pbamus/in his presertim que cū simul nascant/naturā por-
tius spēi & indiuidui loci quoq; & nutrimenti cōsuetudinisq; secun-
tur: ut diuerso modo se habeant/ q̄ idem nascendi momētū: ut se oīo
similiter habeāt. Merito igit̄ precipit Ptolemeus astrologis: ut cōem-
potius atq; possibilem q̄ distinctam necessariāq; sniam ferant. Addit
sapientem astris uel minantibus repugnare: uel pollicentibus posse
fauere. Non igit̄ credendū est assertoribus fati dicentibus singula a
determinatis causis p̄ficisci: causaq; posita/ effectum necessario sequi.
Primū quidē a causa remota quauis necessaria effectus nō necessa-
rio puenit nisi causa insup media sit necessaria. Quemadmodum in
argumentationibus ex maiori p̄positione necessaria/atq; minori cō-
tingenti necessaria conclusio sequi nō solet. Sed inter celestes causas
atq; terrenos effectus medie cause sunt uirtutes: elemētales siue sim-
plices siue mixte: siue actiue siue passiue: que quidem contingentes
mutabilesq; sunt: & impediri inuicem sepissime possunt. Deinde nō
est necessarium posita hac uel illa effectus causa determinata atq; eti-
am sufficienti statim effectum sequi. Cum possit ex concursu cause al-
terius impediri. Sepe enim sufficiens hinc causa est ad bilem. Sed in

9 120
de causa quedam sufficiens ad pituitam: Atq; inuicē impedire se pos-
sunt. Postremo nō omnium determinatas causas possumus designa-
re. Quod enim sis albus/ causam habes propriam. Itē propriam alte-
ram/ q̄ sis grāmaticus. Quod aurem albedo grāmaticaq; cōcurrant:
propriam non habes causam. Si enim duorum que dixi cōcursus ex
cōmuni quadam determinataq; causa proueniret: aliquem certe ordi-
nem inter se haberent. De quolibet ergo effectum dicemus non neces-
sario apud nos ex sua causa p̄ficisci: quoniam impediti poterat ex
alia quadā causa per accidens concurrente. Et quāuis causam concur-
rentem aliquis in causam reduxerit altiore: ipsum tamen concursū
qui impedit in causam quandam reducere nemo potest: ut inde con-
uincat impedimentum huiusmodi ex aliquo celesti principio p̄fi-
cisci. Quapropter si que ad corpus pertinent nō necessario sequūtur
astra: multo minus animi eorūq; actiones stellis subiciuntur. Neq;
audeat quisquam dicere/ mentes hominum a supernis mētibus mo-
uen per celum tanquam per instrumentum aliquod atq; medium.
Magis enim conueniunt mentes cum mētibus q̄ cum corporibus.
Ideo inter illas mentes ac nostras celum non interponitur. Sed poti-
us iter mētes illas ac nostre mētes mediū obtinēt. Proptereaq;
celi a numinibus per mētes hominum mouēdi essēt' potius q̄ nostre
inde per celos. Dixerit forte quispiam mētes nostras a mētibus illis
absq; medio agitari. agitēt ergo si placet nos: imo ducāt. Sic enim di-
uine erunt hominū mētes: si mouētur proxime a diuinis. Erunt nāq;
illis proxime p̄ naturam. Alioquin p̄ naturam aliam illis propinqui-
orem quasi p̄ medium mouerētur. Erunt certe illis propinquiores q̄
celi globus postquā inde moueretur sine celo. Quod si celum purāt fo-
re p̄petuum: cur non ēt hominis animum sempiternum esse: cum sit
diuinis propinquior? Proinde infusio que in mētes inferiores a supe-
rioribus angelicisq; transit/ illuminatio potius est dicēda q̄ motus:
Ille siquidem suo mō tradunt: he quoq; suscipiunt suo modo. Vtriq;
uero sunt intellectus. Ergo intellectuale lumē ē & quod datur: & quod
accipitur: Munus huiusmodi non prohibet animū nostrū ad lumen
illud suo mō conuerti. Pro natura sua uti/ ac per illud libere rōinari

atq; eligere. Prefertim quia noster animus interdū ad deteriorē partē in consiliis sese confert. Instinctus autē mētium diuinarum traheret semp ad optimum. Quapp humanus animus inspirationē numinū in naturam suam trahit. Illinc quippe descendit stabilis. Ipse mobilē reddit: cum ipse sit mobilis: ac deinde mobiliter agit. Itaq; nihil obstat quo minus libera sit animi actio: cū nulli proprio mouenti subiciat. Plotinus pculusq; & auicenna disputāt celestes motus nō eē inferiorū causas: sed istrumēta potius diuinis motoribus uelut artificibus obsequētia. Quorum uarias cogitationēs celestibus corporibus figurisq; & motibus tanq; oculis nutibusq; suis indicari nobis & futura portēdere. Addūt diuinorū notiones celestibus dispositionibus quasi litteris explicari. Et sicut aues uolatu atq; garritu auspiciis auguribusq; nō que agant ipse sed que significēt/credūtur ostēdere: ita celos figuris & motibus/que aliunde fiāt/quotidie nobis significare. Quod quidem ostendūt astrologi: quādo i alicuius geneli iudicanda plurima proferunt: que ad patres auosq; & fratres: uxores: amicos: inimicosq; pertinent: quorum fortuna ab alterius geneli nō dependet: sed tantū significatur. Si ergo corporea quod etiam supra pbauimus: neque proprie neque omnino celestibus superiorum motorum instrumentis subiciunt/ multo minus mens ipsa subiciat. Cuius mores & artes si quādo ab astrologis predicunt tanq; p signa potius q̄ p causas pferuntur. Si quidē superni motores non solum illa quorum ipsi sunt cause: sed etiam quorum mentes nostre future cause sunt/ & excogitant ipsi secum/ & celestibus nutibus sepe demonstrant. Non subici autem tunc declarat maxime mens nostra uoluntasque quando usque adeo effertur: ut pene se uelit solam. Tunc enim se quodāmodo a ceteris liberat creaturis: seq; ipsa ferme cōtenta est. Rursus quando in suum actum circulo se reflectit. Circuitus enim spiritalis termino non seruit extraneo. Preterea quando non modo propter aliam coniecturam uult: propter aliam non uult: sed etiam uult quod possit uelle pariter atque nolle. Qua in re uidetur indifferens ad uolendum pariter & nolēdum. Ac nulli prorsus astricta. Item quando eligit summam desiderii cuiusque uacationē. Nam

9 122
runc tractum proprii obiecti cuiusque dissoluit. Porentia hec que actum omnē interimit proprio nulli seruit obiecto. Sed rotū hoc ita planius explicemus. Quociens aliquod nobis bonū proponit: totiens potest animus ita ratiocinari. Quia maximum bonum ē liberitas/ uolo eam i me experiri quandoq;. Itaq; malo nunc eligendi actū retinēdo mei iuris eē/ q̄ huic uel illi seruire uolēdo. Eligit tamē libertatē tanq; bonā. Quā sepe alias pp alia bona postponit. Nullum igit. bonorū eligimus necessario: quanuis necessario uelimus ipsū bonū.

Deniq; aut nusquā motus ē liber: aut liber ē ubi primus. Primus i aia. Oporteret at primū eē liberū: si mō qcqd primo tale est/ p se ē tale. Quis. n. dubitet actionis motū i de incipe descēdēdo/ quo questiōis motus desinit ascēdēdo. Desinit uero i ai ipsius ipiū: ceu cū dico me agere hoc pp istd istud pp illd. Illud/ qa uolo. Velle/ qa placet. Placere at mihi & insup uelle q̄ placeat. Adde q̄netiā q̄ si forte nollē/ nolle uellē. Id sepe appellat Plato p se moueri. i. p se ac libere agere. Hinc effici uult ut liber uiuat qui agit & libere. Ut nullius particularis siue boni siue mali subiciat impulsu q̄ uiuit liber. Ut nō perdat unquā qui uiolētia nō pulsa.

Quinta ratio. Mens absq; corpore opat Cap. v.

o Perandi modus modum sequitur existendi. Quare si anima modo aliquo per corpus existit/ nihil sine corpore unquam uel auxilio corporis agit. Nunc autem contra contingit. Non igitur est per corpus. Audiamus primum Platonis mentem/ de mō quo cognoscēdo hominis anima operatur. Quoniam anima multo est prestātor corpore: Et qd assidue format aliquid/ est formato prestātus: Ideo nulla corpora siue extra nos sint/ siue intra formas uel imagines suas pingūt in anima: sed suis quibusdam qualitatibus siue uiribus siue imaginibus uaporē illum pulsanr calētē/ atq; uitalem: qui quodāmodo corporis ē nodus & anime: & spūs a phisicis appellat. Si enim corpora illa cū spiritu hoc cōueniunt i materia/ cum aia uero nō cōueniunt. Rationalius ē spūm ab illis formati q̄ animā: que ram lōge abest quod formeretur a corpore: ut ipsa potius re uera sit & forma corporis & formatrix. Formatrix quidem sui corporis p naturā.

Aliorum uero partem. Anima igitur rationalis que fons est corporalium motionum mouet quidem ipsa corpora: a corporibus non mouetur. Mouetur autem ab illis: si formare inde. Sed spiritus qui est anime curus a corporibus quibusque pulsatur. Pulsatio huiusmodi non latet animam. Vt talis quedam passio siue agitatio spiritus animam non latet sentire dicimur. Statim uero ex hoc subito sentiendi actu uis interior animi ad opus aliud huic simile excitatur. Nam ubi per oculi spiritum colores per aurium spiritus sonos: per alios alia attrigit ipsa sua quadam uis per quam preest corporibus eorumque semina possidet non minus in cognoscendi quam in alendi uirtute. Mox colorum sonorumque & reliquorum simulacra penitus spiritalia uel denuo concipit in se ipsa: uel olim concepta parturit: colligitque in unum. Hanc imaginationem in superioribus nuncupauimus. Posuimus postea phantasia paulo hac superiorē per corporum imagines ferme similiter puagantem. Intellectum denique longo interuallo eminentiorē: quemadmodum declarauimus. Quando anima sentit quippiam apud platonicos dicitur operari per corpus: non quia ipsa simul & corpus sentiat. Sicut enim anima fons est uiuendi (ut Plato ait) ita & sentiendi. Preterea oculis auribus uel sepe obiecta sua presentia sunt. Si tamen animus attentius quicquam intra se secum agitatur non prius sentiuntur quam animus ad rationalia reuertatur: quasi non membra hec sed interior ipsa animi nostri natura uis habeat sentiendi. Que tamen uis sentiendi non sentit: nisi dum corporalis spiritus a corporibus agitatur. Quando per imaginationem uel phantasia agitatur dicitur per corporis auxilium operari: quia reuoluit per imagines singulas: que singula referunt corpora: & per impulsum corporalis spiritus a corporibus factum concepte fuerunt. Ac etiam quia tanta est inter has internas imagines spiritumque cognatio: ut reuolutionem imaginum factam intrinsicus sequatur semper spiritus ipsius uibratio: atque uicissim spiritus huius uibrationem comitem ut plurimum imaginum reuolutio. Quando per intelligentiam aliquid speculatur & eligitur dicitur & sine corpore & sine auxilio corporis operari. Quoniam est absque impulsu illo spiritus & absque imaginibus inde collectis aliquid uidet eligitque ab illis prorsus alienissimum. Mitto in presertim que per patetici uires sentiendi omnes in anima quidem secundum originem in composito uero secundum formam ponunt. Intelligenti autem

9 123
in sola anima collocant. Atque hoc pacto illas per corpus agere hanc uero etiam sine corpore arbitrantur. Veritatem naturaliter se ad imagines corporalis sensus radii conuertere quod diu animus corpus naturaliter habitat. Quod autem postrema hec operatio quandoque sine corporali subsidio fiat: & priores ille semper per corporis auxiliū: hec que subiciantur signa nobis ostendent. Primum uis ipsa anime que corpore utitur quecumque illa sit instrumentum suum non percipit. Quis enim gustu linguam suam gustat? Quis per imaginationem uel phantasia cognouit spiritum imaginumque naturam: que uix post diuturnas mentis discussiones agnoscitur. Pateret autem cuique & facillime: si per imaginationem & phantasia cognoscere. Secundum signum. Vis talis quam uti diximus corpore neque se ipsam noscit: neque propriam actionem. Si uisus proprie ex eo que uidet percipit se uidere: semper dum uidemus aliquid uidere aduerteremus. Quod minime fit. Sepe namque presentem hominem patetibus oculis uidemus. Quoniam uero tunc uis interior anime ad aliud intentra est uidere nos nequaquam animaduertimus. Quasi actus huiusmodi non a uisu sed a uis quadam interiori quando expedita est percipiat. Preterea actus uidentis ac similes quodammodo incorporeales sunt. Sensus autem illi sola corporalia noscunt. Si actiones suas he uires ignorant: ignorant quoque se ipsas. Quid enim aliud certa quedam uis est: nisi principium certo modo quodam & proprio operandi? Ergo que operationem nescit: nescit & operandi modum. Nescit quoque proprium sic operandi principium. Itaque sensus quoque se ipsos ignorant. Sed neque etiam imaginatio & phantasia se noscunt. Nam cum omnes duabus his anime uiribus semper utantur omnes facillime quam naturam he uires habent cognoscerent. Nunc uero uix illi ista nouerunt: que diuturno mentis examine quesuere. Tertium signum quando uehementer aliquid uiribus istis obicitur quod nos uolentius agitur ita eas occupat ut res debiliores non bene percipiant: neque ipso eodem tempore: neque postea ad tempus. Oculus noster aduersis quandoque solis radiis obrutus colores alios neque tunc neque postea per aliquid temporis spatium despicit. Idem accidit auribus ex strepitu & tonitru uehementi. Idem quoque sensibus cerebri. Idem imaginationi & phantasia quoties horrendis quibusdam imaginibus occupantur. Quod ostendit huiusmodi uirium actum: cum spiritus uibratione concurrere atque conuerso quemadmodum sensus.

motusq; aranee in media tela manētis: tensis undiq; filis & aduolan-
ribus muscis tremorē tele undiq; seq̄: atq; cōtrā tele tremor aranee
motū. Profecro hoc monstrat eas vires materie eē ppinquas: cū sepe
ab obiecto quasi uincant. Et corporaliū passionū reliquie ī spū rema-
nentes ad tēpus eas cōfundant. Quartū signū ab obiecto potēto
nō modo actus discernendī cōfundit: sed lesio fit ī nobis atq; mo-
lestia/ quasi lesio spū corporali/ his quoq; a uiribus ex mutuo quodā
usu nōnulla cōtingat offētio. Quintū: qualitātē imaginēq; sibi fa-
miliarē nō apprehēdūt cādorē suū uel imaginē p quā intueŕ nō uidet
oculus. Calorē suū tactus nō iudicat. Ac ēt si calor aliq; alienus euar-
dat ipsi familiaris/ nō sentit. Qd̄ fieri solet ī iis qui ethica febre labo-
rant. Quorū tactus nequaq; p̄sentit febrē. Vim suam & habitū & con-
ceptas imagines imaginatio quoq; & phātasia prorsus ignorāt. Vix
enī rō talia repit. Sextū post eratis septimū uel octauū septenariū
quādo cōplexio corporis ad terrestre qualitātē paulatim incipit de-
clinare/ resolutis aut nimiū densatis reperfactisq; spiritibus hebecit
uisus: auditus obtūdit: Olfarus obstruit. Riget gustus. Tactus are-
scit. Imaginatio phātasieq; solita uelocitas retardat. Septimū q̄to
diutius laborāt/ sensus tanto magis debilitati/ sentiūt peius atq; cō-
fusius. Si. n. p horam aliquid fixus inspexeris/ caligabis: q̄a resolutis
spiritibus uel obscuratis nō clarēt ī eis rerum sensibilibium qualitates
imaginēsq; quas sentias. Octauū. Certū quoddā rerū genus attin-
gūt: nō oīa genera. Quinq; sensus sua quisq; ut patet genera qualita-
tū. Imaginatio phātasiaq; pprias harum q̄litarū cōditiōes. Hec & hu-
iusmodi alia uiribus aīe utētibus corpe solēt accidere. Cōtraria uero
ris. Bonum tibi est esse cum patre. Malum tibi est esse cum corpo
re. Non animus aliquis te genuit anima. Animi operatio mobi
lis est. Si ergo per eam facta fuisses / substantiam omnino haberes
mutabilem. Ideoq; in ipsa animi mutabilitate sifteres gradum.
Neque stabilem prorsus naturam exigeres: neque quicquam su
per animum cogitares. Nō intellectus aliquis multiplex te crea
uit. Non enim simplicitatem summam attingeres. Atq; intellectus
ipsius tibi sufficeret cōsecutio. Nunc at ad ipsā uitā: ad ipsā essen
tiam ad ipsum esse absolutum intelligēdo amādoq; ascendis su
per quēlibet intellectū neq; satis tibi intelligentia est: nisi & bene
& bonum intelligas. Bonum uero ipsum tibi satis est absque du
bio. Non enim alia ratione requiris quodlibet: nisi qua bonum.
Bonum igitur ipsum procreator tuus est anima. Non bonum cor
pus. Non bonus animus. Non bonus intellectus. sed bonum
ipsum bonum inquam quod in se ipso consistit extra subiecti
cuiusque limites infinitum infinitamque tibi tribuit uitam uel

ab euo in eum/uel saltem ab initio quodam in sempiternum.
Tertia ratio. Quale ē obiectū: talis ē potētia Cap. viiii.

q Vattuor hec: essentia: uirtus: operatio: obiectū: hunc habent ordinem: ut ab essentia profluat uirtus: ab hac operatio. Operatio obiectum petat. Et talis quedam essentia per talem quādam uirtutem: idest uirtutem propriā certo modo circa obiectum sibi conueniens operetur. Nō est putandum ab essentia aliam uirtutem fluere q̄ sibi familiarem: Neque a uirtute aliā edi operationem q̄ naturalem: neque operationem uersari circa obiectum aliquod nisi simile: commodum/ & conueniēs. Nā cur naturalis illa essentia uirtus operando appetit obiectū aliquod tale potius q̄ tale: Nisi q̄a tale aliquid ipsi familiarius est/ aptius & commodius: Nisi enim conueniret magis cum tali quodam q̄ cum aliis: uel appeteret nullum: uel eque omnia peteret. Sic intimus uirtutis uisus radius per radiū solis coloratos radios aspicit. Intimus aurium aer p̄ externum aerem / aerem haurit fructum. i. sonos: Olfatus in uapore aeris caliginoso genitus per uaporem talem in aere crasso a pomo diffusum uaporem in pomo odoriferum percipit. Gustus in saluie humore submersus per liquefactionem cibi in ore sapores uel natura liquidos / uel ibi iam liquefactos attingit. Tactus terrenis neruis accommodatus / terrena & solida sentit facile: & corporales admodum qualitates. Vides obiecta semper cum operationibus & uirtutibus naturalibus conuenire. Idem in mente cogitis confiteri: ut mēs libera sit a materia: cuius obiectū est a materia liberum. Talis est autem rei cuiusque uniuersalis ratio & idea. Obiectum eiusmōi primum platonici uocant atque peripaterici: quia primo rectoq; aspectu se obicit. Obiectū uero adequatū eē totā entis ipsius latitudinē arbitrātur. Quia p̄ uniuersū ens intellectus abstrahēdo: diuidēdo: cōponēdo: definiendo pcurrit. Ens at̄ tā incorporeis oibus q̄ corporeis ē cōmune atq; infinitum. Ac ne q̄s ita fallat:

126
ut dicat intellectum forte in alia quadam re cum uniuersali ratione potius q̄ in ipsa separatione congruere: considerare debemus in eo congruere maxie qd̄ necessario ipse facit ad hoc ut intelligat. Quid autē facit potissimū? Certe & se ipsum & ipsam a materie passionibus segregat. Neq; quicq; magis impedit uel hūc intelligere / uel hāc intelligi q̄ materie passiuē cōiunctio. Proinde si nō modo talis potentia tale petit obiectū: Sed ē obiectū tale potētiā suo accessu multo magis efficit talē / quēadmodū uisus natura lucidus & lucē petit. Et accēdere luce fit lucidior. Seq̄ ut mēs nō solum ex eo remota sit a materia atq; ampla: q̄a naturaliter assidueq; ad remota & ampla se cōfert: uerū ē ut multo ē inde fiat remotior ampliorq; qd̄ que remota amplaq; sūt / illā pulsāt / rapiūt / occupāt. Sed q̄tū pōt a materia segregari: Tantū uidelicet ut effugiat materie passioēs. Rationē nāq; ideāq; rē rei cuiusq; rum entis ab his absolutā naturaliter auet. Pōt at̄ p̄ eandē naturā ipsam consequi: p̄ quā mouē ad ipsam. Et ipsa deniq; idealis ratio que ī eternitate est omnino: cum sit in deo mentem sese ad eam pro uiribus eleuantem potest omnino supra limites loci temporisq; extollere.

VNDECIMVS LIBER

Prima ratio. Mens unī obiecto ppetuo: & spēs suscipit absolutas rōnesq; sempiternas Cap. i.

r Ratio ipsa rei penitus absoluta illud ipsum est / qd̄ actu a nobis primo rectoq; & pprie intelligit. Qd̄ intelligit actu magis fit unū p̄ intellectualē spēm cū intellectu q̄ quod uideē actu p̄ uisibile spēm cū uisu: & tāto magis q̄to ex purioribus arctior puenit copula. Copula hec augetur rursus ex eo quod uisibile qd̄ est extra uisum: ratio uero ipsa intelligibilis que adest & omni mundi materie ab ipsa formabili: & omni loco cum situm proprium non respiciat / proculdubio inest mentium penetralibus ipsi per naturam q̄ proximis. Vnde & ab illo & ad illam semper afficiunt. Si ex intellectu intelligente & spē illa intellectuali siue rōne p̄ spēm significata fit unum: ac spēs illa & ratio ut talis est / est a loco & tēpore & ceteris

materie passiōibus sepata intellectus i hoc ipso actu ab iisdē semotus
erit. Actus huiusmodi intellectus ipsius est proprius. Proprius actus
essentiā propriā comitat: atq; ecōuerso. Itaq; intellectus nō p actū mo-
do proprium: uenī ē p eēntiā propriā erit ab oī materie cōtagione seiun-
ctus. Et sicut rō illa cōis quantū i se ē uniuersū locū tempusq; ambit:
quanuis ut materiā respicit ad locū rēpusq; declinet: ita mēs illi p na-
turā accōmodatā quāq; ut respicit corpus / sese ad pres loci ac tempo-
ris cohibet: tamē quantū in se ē quodāmodo totū ambit utruq;. Pre-
sertim quia nō pōt spēs secūdū significādi uirtutē eē absoluta / si mēs
que eius rum subiectū / rum fons ē / absoluta nō sit: cū omne subiectū
p natura sua suscipiat qualitates: & fons saporē suū infundat: riuu /
lis inde manantibus. Hinc duo secunē. Vnū qđ substantia mētis nō
edī ex materie latebris. Alterū qđ ē immortalis ex eo qđ fit unū cū spē
illa rōneq; uniuersali: que put uniuersalis est / locū fugit & rpus. Ad
idē uero sic rursus argumētemur. Ipsum intelligibile ppta ē intelle-
ctus pfectio. Vnde intellectus i actu & itelligibile i actu sūt unū. In-
tellectus siqdē qđiu potētia est intellectus nōdū cū re potētia intel-
ligēda cōiungit: sed quādo actu intelligēs ē cū re actu iam intellecta
Contigēti at cū ea: ut uolunt pparetici: quoniā rei illius forma inhe-
ret mēti. Quorū uero una forma ē ipsa sunt unū. Vnū ergo fit ex mē-
te intelligēte ac re intellecta / quandoqdē rei huius forma ut talis ē:
format mētem. Qđ ergo cōuenit intelligibili quantū intelligibile ē:
cōuenit intellectui quātū intellectus. Quia pfectio & qđ pfiat unius
sunt generis: & semp inuicē proportiōe mutua uinciunt. Intelligibile
uero quantū tale ē / necessariū & pperuū. Quippe in speculando nul-
lius exstimamus corruptibilia. Quia nos scire nō arbitramur quicq;
nisi certam rei rōnē: & necessariā teneamus: & que necessaria sunt: ea
pfecte intellectu comprehendunt. Contigētia uero quantū huiusmo-
di impfecte. Quando. n. contingētia intellectus affirmat / sepe fallit:
Si falli nō uult ambigit uterq; actus impfectus ē: & falli & ambigere
Merito quādo contingētia cogitat / dubitare solet ne interim pmu-
tenē: & aliter de illis atq; aliter momentis aliis sit iudicandum. Mo-
mentis namq; singulis permutantur. Pura dum dicimus platonem

sedere: pōt. n. interī surrexisse. Definitioēs at rerū uniuersales pperue
sunt: Ut homo ē animal rōnale. Proprietates quoq; spērum que pro-
prie definiunt sūt sempiternae: ut omne rōnale pōt ratiocinari. Semp-
eni definitiones pperietatesq; tales eque sunt uere etiam si nullus in-
terns homo spiret. Has intellectus pspicue cernit: tenetq; firmiter / &
assent sine errore uel dubio. Et si qua cōingētia intelligit maxime
sub his rōnibus uniuersalibus comprehendit. Vbi corruptibilia cor-
gitat: nō ut talia / sed ut eterna. Intellectus ergo pperuus ē: qui rōni-
bus sempiternis unī solisq; pfiatur. Si intellectus eas capit: & quod
capit pportione aliquam hēt cum eo quod capit cōgruētiā certe cū
his rōnibus intellectus habebit: he neq; principiū habēt neq; finē.
At si mens habet utrumq; nullam cum his habebit proportionem.
Quoniam ab eis omnino p cōditiones oppositas distinguet. Qua
propter mēs aut fuit semp & ext: ut ipse aut si eē cepit quādoq; non
tamē desinet unquam.

Obiectio epicureorū & responsio de unione mētis cum spēbus
absolutis e rōnibus sempiternis

Cap. ii.

n Eq; nos hic obtundat epicureus aliq; obiciēs lumē quidē so-
lis ab oculo suscipi. Oculum interire: lumē uero solis incolu-
mē supesse. Similiter spēm illam uniuersalē. i. uniuersaliter significan-
tē: rōnēq; sempiternā capi ab intellectu. Intellectū pire quādoq; spēm
uel rōnem remanere. Respondemus solis lumē ab oculo minime su-
scipi: quoniā ab eo ne momētū qđē tenet: & occidēte sole uisus mo-
mēto lumē amittit. Qui si quid luminis suscepisset: retineret utiq; il-
lius aliqd uel parūp. Sicut aqua calorē retinet aliquantisp igne sub-
tracto. Itaq; ad eē oculis lumē possumus affirmare. Inesse uero & susci-
pi minime. Mēs uero spēm illā rōnēq; uniuersalē hoīs & aliorū ideo
suscipe dicit: quoniā absēte ēr hoīe memoriter retinet. Adde qđ lumē
hoc ipsū qđ lumē ē / & qđ uisibile ab oculis non sortit. Est. n. suapre-
natura tale: & oculi inde ut clarescant & uideant affecuntur. Spēs at
illa hominis uniuersalis hoc ipsum quod uniuersalis ē: non ab ipsis
singulis hominum habet personis: i quibus quicquid ē: particulare
est. In mente tamē illa uniuersalis. Igit ut uniuersalis sit a mēte. Sed

quonā pacto hoc maxime: ut Aristoteli placet. Duas nostra mēs hēt uires agētē unā. Alterā uero capacē: agētē ē que spēs agit uniuersales: capax que eas capit ab agētē cōceptas. Quando igit phātasia ī se hominis huius ut Socratis hoc tale simulacrū cōtuetur: mox lumen uirtutis illius agētis simulacrum istud pulsar non aliter q̄ solis radius aquā. Atq̄ ut radius hic solis ab aqua repercussus ī oppositū parietem ibi circulū procreat splēdidū atq̄ tremulum: Ita lumē ipsum uirtutis agentis pulsans particulare simulacrum hoīs phantasia conceptum: Atq̄ ex eo simulacro ī uim intellectus capacē reflexū: ī hac ipsa inde spētem quādam parit: que nō amplius Socratem hunc ī hoc loco & tempore positum refert. Sed hominis naturam singulis personis eque cōmunem a certis loci & temporis limitibus absolutam. Vbi & spēs ipsa uniuersalis est: Et natura que p̄ eā refertur uniuersalis. In hoc mirabilis uis intellectus apparet. Nempe q̄ spēm creat a materia loco & tempore absolutā: atque ideo quodāmodo sempiternā & creatā recipit in se ipso p̄ quā etiā naturā similē apprehendit: cur non & ipse ab uisdem absolutus sit: atque p̄petuus. Deniq̄ ea que intellectus attingit ita separata: si natura sua sunt talia: talis quoq̄ ē intellectus: nam cum attingit separata: ubi tunc ē: ubi sunt ipsa. Igit̄ & ipse ē separatus. Sin autē natura illis passionibus mācipata sunt: sed intellectus sua uis illa liberat: multo prius ac magis ipse ē liber: ut cetera liberet. Dic age cur forma rei cuiusq̄ nō potest unū quiddā fieri cum intellectu at̄e q̄ omnino a materia separet. Nisi quia intellectus ipse multo prius magisq̄ ē a materia separatus. Quo at̄ modo fiat unum ex illa spēte & intellectu: docet comparatio illa quā de radio induximus atq̄ aqua. Quippe circulus ille inde natus splēdidus ac tremulus parietis nō satis unū: quia splēdoris illius & parietis ē nimium diuersa natura. At si in speculum incidit at̄cius uniet̄. Tandem si ī lumē solis idē redierit unde radius ille demissus fuerat: qui splēdidū circulū p̄creauerat cohibet p̄fus in unū. Quid autē illo: spēs ē apud peripateticos quam peperit intellectus: Nisi scintilla quedam tum simulacri illius quod a rebus collegerat phātasia tum uirtutis illius agentis p̄ quā mens illam peperit. Quid autem nostra mens est nisi scintilla quedā

mentis superioris? Ergo species illa ita nostre menti infundit̄: ut scintilla rerum scintille mentis superioris: & ut circulus ille splēdidus solis lumini cuius radio fuerat p̄creatus. Quapp̄ ex mēte atq̄ spēs ita fit unū: ut ex duabus scintillis una cōiunctis flamma una: siue duarū candelarū radiis unū lumē siue ex circulo illo splēdido & lumē solis: fulgor unus. Qd̄ at̄ p̄ spēm ita sempiternis uniet̄: fit sine cōtrotuet̄ sia sempiternū: ea presertim rōne qd̄ intellectus: forsitan intelligēdo nō modo cū re eterna intellecta cōiungitur: sed ille quoq̄ res ipsa est eterna que intelligit̄. Idē. n. radius ē quodāmodo qui ab alto uerberat aquā qui fulget ī aqua q̄ in aerē repercutit̄. Vbi ī se ipsū refusus si uideat̄ uim nanciscat̄: uidebit statim fulgorē illū suū: q̄ redundauit ab aqua. Idem faciet si ab auto resultaerit uel argēto. Semp. n. fulgorē suum uidebit: licet uariis modis affectū: p̄ obiectōrū uarietate a quibus fuerit repercussus. Si exēplū cōueniētius de duabus illis uiribus intellectus: & hac unione desideramus. Cōsideremus muscicule oculum: in quo pene sicut ī mente nostra due sunt uires. Est in eo uirrea p̄spicitas: est & scintilla. Illa uix capax: hec agēs. Scintilla nocte emittat foras: trahit caloris huius aut illius imaginē a corporibus ipsi oppositis. Imprimis eā uirtuti p̄spicue. Que p̄ eā corpus obiectū p̄spicit: Immo fortasse nō tā corpus oppositū p̄spicit q̄ sui ipsius radiū: q̄ explicatus fuit & replicatus. Et quādo replicabat̄ resiliuit in oculū iam pictus. Imagine corporis: Ideo licet cernere uideat̄ modo hūc colorē modo illū: semp̄ tamē se ipsū cernit quodāmodo: sed uario modo a uariis coloribus refulgētē. Quid phibet uirtutē illā agentē que nostre mentis ē radius ī aliis & aliis phantaste simulacris aliter & aliter emittat̄ rem inde reflecti ī semetipsā: seq̄ uidere diuerso modo affectā pro diuersitate simulacrorū: Vbi spēs illa siue rō quā itelligimus absolutā atq̄ p̄petuā nihil ē forte aliud q̄ radius intellectus reflexus ī semetipsū. Qui tūc facile se ipsū aiaduertit quādo in simulacra sese dirigit: sicut uultus se nō uidet: nisi itueat̄ ī speculū. Vnde ēt uariis repercutit̄ p̄ speculorū ipsorū uarietate. Quēadmodū & mentis radius a simulacris pro diuersitate simulacrorum diuersus reuerberat̄ in mētem: sed de iis absolutius ī sequentibus.

Obiectio epicuri: & responsio q̄ spēs inate sūt mēti Cap. iii.
n Egabit forsitan epicurus spēs illas quas quotidie cōcipit intel-
lectus eē ppetuas: q̄a & eē incipiāt / quādo patiunt: & desināt
quādo mādanē obliuioni. Nos āt ex Platonis nostri snia fati i hoc
habere putamus / q̄ spēs ille si nascunt / a rōnibus aī pperuis patiūt;
& ideas sup aīum referūt sempiternas. Ratio prima. Profecto sentire
& intelligere q̄a uitaes opatiōes sūt a p̄ncipio uitali intrinsecōq̄ p̄fi-
ciscunt: p̄ncipio inq̄ actiuo. Sūt. n. opatiōes quedā uiuētibz & carē-
tibz uita cōes. Vt generatio / alteratio / mutatio loci. Ea que uita car-
rēt opatiōes huiusmōi patiunt potius q̄ agant. Nō. n. se ullo modo
generāt aut alterāt aut mutāt loco. Viuētia uero eas in se ipsis agūt.
Quia sese nutriēdo augēdoq̄ alterāt & generāt aliqd i se ipsis. Et in-
dicādo appetēdoq̄ locū mutāt. Si natura uiuētia ad p̄prias actiones
melius instruere debet / q̄ ad cōes / melius āt instructū ē qd̄ ē agens q̄
qd̄ patiens / atq̄ ad cōes opatiōes eis actiuū p̄ncipiū tradidit / mul-
to magis ad p̄prias actiōes / sensū uidelicet intelligentiāq̄ / sic illa di-
spoluit / ut agerēt p̄ eas magis q̄ paterent. Quāpp neq̄ mēs neq̄ etiā
sensus: ut pluribus placet platonicoz: ut p̄cipiat quicquā ab extrin-
secis formaē corporibus: sed quēadmodū ps uiuifica p̄ ista semia al-
terat / generat / nutrit & auget / ita interior sēlus & mēs p̄ formulas innā-
ras quidē & ab extrinsecis excitatas oīa iudicāt. Neq̄ aliud quicq̄
est hoc iudiciū q̄ transitus formulę a potentia quadā in actū. Nō. n.
debet operatio ulla agentis trāscendere limites. Vitalis igit̄ & intus
permanēs operatio nō ē ab extrinsecō p̄ncipio uita carēte: sed ab in-
trinsecō & uitali. Signū uero quod sensus interior ē admodū efficac̄
inde capiē qd̄ cōponit / diuidit / discunt / suoq̄ affectu uertit corpus i
cōtrarias qualitates. Signū qd̄ mēs sit maxime efficac̄ a boerio cōtra
stoicos hinc accipiē qd̄ ultra illa que facit sensus / ipsa preter obiecto-
rū naturā uniuersales excogitat regulas: descendit cōponēdo: ascen-
dit & resoluendo. Ac sese referēs sibi uenis falsa redarguit. Deniq̄ cū
rē eādē alie uires aīe aliter iudicēt: aliter. n. imaginatio siue phāntasia
aliter rō iudicat cōsentaneū ē: ut iudiciū ipsū iudicātis formam natu-
rāq̄ sequat̄ nō iudicati. Et q̄a iudiciū iudicātis actus existit p̄babile

est ut q̄sq̄ iudex opam suam nō ex aliena / sed ex p̄pria potestate p̄fi-
ciat. Ratio secūda. Sed ut reuertamur ad mētē sicut simulacra singula-
riū a corporibus phāntasie nō inurūt: ut ēt p̄bauimus alias: ita uniuersalē
spēs a simulacris nō signāi mēte: sed ita mēs illas p̄ uim suā effi-
cit / sicut phāntasia fingit simulacra p̄ se ipsā. Quo. n. pacto simulacrū
qd̄ ēt phāntasma uocāt rem aliquā p̄creabit se ipso liberiorē & amplio-
rē: Ipsū qd̄ singulare ē & materie conditionibus ē astrictū: spēs uero
q̄a uniuersalis ē: ideo liberior ē & amplior. Si nō fit spēs hec que etiā
uniuersale nūcupat̄ a simulacris / multo minus fit a rebus extremis: q̄
nō possūt p̄ aliud mediū formare mētē q̄ p̄ simulacra. Rursus unius
spiritualisq̄ spēs unā eē oportet cām spiritālē: uel salte unitā & spiritālī
modo ordinatā. Singula uero que extrinsecus sūt plurima sūt & cor-
porea. Atq̄ nullū illorū p̄ se acceptū cū p̄prie solū corporalīq̄ nature
sit spēm p̄creabit incorporeā & nature cōis significatricē. Sed neq̄ ēt
oīa singularia simul iūcta istud efficiēt. Sparsa. n. sunt: neq̄ ordinē ali-
quē talē hēnt: ut talia subnexa aliis unā seriē digerāt caufarū. Itcirco
sicut lapidū cōiūctiōe unū qd̄dā simplex nō fit: sed cumulus: ita p̄ sin-
gulariū turbā fiet forte qd̄dā simulacrorū cōfusio: potius q̄ una spēs
atq̄ simplex: preterea i quolibet singulari tria reperunt̄: natura spēs:
accidētia que nō sūt necessaria spēs: & ipsum ex utrisq̄ cōpositum. Vt
i Socrate ē humanitas: q̄ natura spēs uocāt̄: ē albedo talis talisq̄ figu-
ra que forte accidūt spēs: & aduēticia nominat̄. Ex utrisq̄ socratis p̄so-
na componit̄: nūquid ab his p̄sonis imprimiē in mētē spēs illa cōis:
que ē oīum hominum equalis similitudo? Certe ex accidētibus p̄so-
narum nō imprimet̄. Referret enī homis accidētia nō substātiā: neq̄
etiā ex ipsa natura que subicitur accidētibus. Illa enī nō rota p̄sona
alicuius est homis: sed pars eius. Ideo natura talis de nullo homie
enuntiat̄. Quis dixerit. Socrates est humanitas? Dicimus autem
Socratem esse hoīem. Homo igitur enuntiat̄ de socrate: de socrate
inquā toto / nō de humanitate solum / uel accidētibus. De platone to-
to similiter atq̄ aliis omnibus. Vbi apparet hominem ipsum quem
mēs nostra cōmuniter enūtiat de integris quibusq̄ p̄sonis i se ipsa
cōceptum multo ampliozem esse hac uel illa p̄sona cuiusq̄ natura.

Quod uero comprehendit / aliud & amplius est / nō fit ab eo quod & comprehenditur & est angustius / presertim cum natura illa fiat i singularibus hominibus singularis. Quod autem singulare factum ē / nō creat uniuersale. Sed nūquid ab integris cūctisq; personis spēs illa nobis infert? Nequaquam. Quippe innumerabiles psonas eque illa spēs respicit. Innumerabiles uero nusquam ispeximus: neq; ex quibusdam psonis accepimus eam que ifinitas isuper alias cōprehēdit. Neq; pōt ullus satis tuto a quibusdā singularibus regulā cōem pscrivere: falle ret. n. qsq; id rētare. Perinde ac siq; cū sola terre aīalia cōsideraret: atq; illa uideret spirare aīal omne spirare cōcluderet. Cum igit spēs neq; a singularibus psonis / neq; ab earū simulacris genere / reliquū ē ut fiat ab intellectu. Intellectus eā nō generat ex phātafmate uel i phātafmate. Phātafma. n. quia & i effēdo & i significādo singulare est / si fieret materia locus ue spēs / eam redderet similiter singularē. Ceterū dubiū ē: num ipsā generet p phātafma tāquā p cām mediā iter intellectum & spēm generādā. Qd̄ quidē fieri nō posse ex hoc opinamur q; cā media & effectui pxima cū effectu magis q̄ remotior cā cōuenit. Vt i hoīs generatiōe quia sol p hoīem mediū generat hoīem / magis hō generās cū homīe genito q̄ ipse sol cōgruit. Si igit phātafma esset pxima cā spēs / spēs phātafmati similior q̄ intellectui nascere: hīc duo sequerētur absurda. Vnū / q; spēs huiusmodi statim nata / phātafma ipsū & phātafiam utpote sibi ppīquiora adscisceret tāquā naturalem sedē ponus q̄ intellectum. Alterū q; & si eam intellectus accipet p talē spēm itelligeret singulare aliqd & magis & prius q̄ uniuersale. Illa si quidē singulare nūtiaret i primis: q; eēt phātafmati singulari cognatior. Neq; audiēdi sūt illi qui phātafma iter intellectum & spēm q̄si instrumētum aliquod iterponūt. Nōne uirtus mētis agēs cū capace magis cōgruit q̄ phātafma? Quo igit pacto agēs capace p extraneū phātafma formabit? Cum oporteat instrumētum formatiōis iter formatore atq; formabile iterponi. Phātafma uero extraneum iter duas illas uires inuicem germanas nequeat iterponi. Quāobrē intellectus quādo formam illam creat / neq; ex simulacro / neq; i simulacro neque per simulacrum procreat. Forte uero radium aliquē seu uim iserit

11
1140
simulacro phātafie: p quam ipsum simulacrū tāquā formator mentis formā huiusmōi generat: quā spēm uocamus itelligibilem? Sed neq; hoc fieri posse putamus. Nempe uis illa suscepta simulacro hīsdē materie cōditionibus astringet quibus simulacrum. Itaq; formā itelligibilem que ab illis cōditionibus est absoluta nō generabit. Ac si quis dixerit formā illam modo absoluto capi ab intellectu / quāuis phātafma ipsā nō creauerit absolutam: ex hoc ipso nos cōcludemus qd̄ exoptamus i primis / intellectu nō subici phātafie tāquā formabile formatore: postq̄ prestāiore modo formas hēt q̄ ipsa tribuere ualeat. Quo fit ut forma itellectualis si nascit a solo intellectu nascatur & sine medio. Si. n. mēs formā illā generat / & generādo eam i se absq; medio suscipit: certe p se gignit illā: & gignit alio nullo intercedēte.

Ex oibus his cōcluditur intellectum formare se ipsum: & quoniā si eēt prorsus informis / se ipsū formare nō posset / necesse ē ante eas formas uel notiones quas p omnē etatē pene momētis singulis i se parit / latere i aī penetralibus formas alias aīo naturales totidē numero quot sunt i mūdo rerū spēs creatarū / quibus possit formas illarū specterū itelligibiles parere. Ratio tertia. Certe nāq; res certis egēt seminibus. Nō facit natura ex quolibet quolibet / nō facit ex nihilo aliqd. Itcirco nō pōt eēntia aīe / que & una ē ac ferme oīa respicit eque / multas & uarias spēs formas pducere & alias aliis temporibus nisi p plures formulas insitas spēs differētes. Quibus aliis tēponibus alias potius q̄ alias pcreat aut promat. Ratio quarta. Has. n. sepenumero ēc nulla cōsultatiōe uel uolūtate antecedēte solo quodā naturali istinctu repēte promit in lucē. Effectus uero qui naturali fiūt ordine / formā preferūt talē / qualē cause possidēt. Calida. n. ab igne fiunt calēte: Quia cā que ex suo eē aliquid efficit naturaliter talē licet iferiori modo effectū facit / q̄lis ē ipsa. Mēs igit que p suū eē naturaliter generat uniuersales rerum omnium spēs in ipsa quoq; sua eēntia ab origine nacta uideēt uniuersales spēs omnium: ut similia similibus genere. Nā si illarum spērū una ē efficiēs cā. s. intellectus & subiectum unū intellectus. s. idē nulla rō assignari potest cur multe & differētes fiāt secūdam spēm / nisi quia intellectus p diuersas rōnes sibi naturales

14
eas promit diuerfas. Nō. n. sufficit ad hanc uarietate efficiendū simu-
lactorū diuerfitas: que nihil ad hanc fabricā aliud afferunt q̄ occasio-
nē aliquā opandi: dū p̄ illorum presentia mēs ad pmēdas spēs exci-
ta: hoc at̄ nihil aliud ē q̄ rōnes illas ociosas reddere p̄optiores. Ra-
tio quinta. Proinde si diuina mēs idearū omniū plena p̄eēntiā suam
adeo plenā absq̄ medio aīam p̄creat/ oportet aīam inde idearū plenā
effluere. Nempe deus cū ī efficienda aīa a nullo p̄sus impediā tam
p̄fectā efficit q̄ p̄fecta ī tali genere illa effici pōt. Perfectior certe p̄dit
si ī prouinciā tam difficilē notionū plena descēdat q̄ si uacua. Est aut̄
notionū capax ab initio ex ea p̄te qua cū angelis conuenit. Sicut. n.
ex p̄te sua tēporali hēt ut cōtinue querēdo discurrat/ sic ex eterna ut
possederit ab initio. Prefertim cū ipsa p̄p̄inquitior deo sit q̄ prima ma-
teria: Ideoq̄ si materia oēs inde spēs accipit/ & cū primū parata ē/ capit
necesse ē aīam quoq̄ oēs suscipere. Parata uero ē aīa ad oēs suscipiēdas
cū primū a deo accipit eē. Siqdē eius eēntia simplex ē stabilis supra
tēpus. Ideo nō pōt augeri/ aut p̄ tēpora paratior fieri. Qd̄ ita cecinit
Zoroaster. *συμβολα πατρίκος νοος εσπειρε ψυχαισ.* .i. paterna mens
inseruit aīabus cōiecturalia signa & Orpheus ita. *παντα γαρ πρωτοι
πρωτη φυσισ ευκατεθηκεν.* .i. oīa. n. p̄theo prima natura ididit. Theo-
logia orphica p̄theum appellat eēntiā tertiā aīarū rōnaliū sedē. Archi-
tas quoq̄ tarētinus ī libro de sapiētia Hominē inquit sapiētissimum
cunctorū aīantiū eē natū. Quippe cui deus rerū oīum ideas infude-
rit: p̄ quas mēte ualeat notionēs rerū nō aliter p̄creare q̄ ore plingūā
rerum nomina fingere. Hec ille. Ratio sexta. Profecto (ut platonice
loquar) in materia formatū omnium suscipiendarū latent incohatio-
nes. In natura quoq̄ p̄ quā ad formas mouet̄ materia. Formarum se-
mina delitescunt. Vnde in cōplexione arboris naturali claudīt semē
ad arborē similē p̄pagandam. In semine arbor generanda rota cōclu-
dīt. Idem accidit in cōplexione naturali & semine animalis. Igitur ī
ea parte anime que alit̄ corpus & natura utit̄ uelut instrumento ad
mouendam formādāq̄ materiā insunt & multo quidem prestantius
formatū oīum rōnes: ut ex rōne capitis que ī aīa ē exoriat̄ semē illud
capitis quod ē in natura. Ex hoc at̄ semē pullulet forma hec capitis

11
189
que cōspicitur ī materia. Atq̄ idē fiat ī pectore/ brachiis/ membrisque ce-
teris. Si pars hec infima aīe fecūda ē/ formatq̄ ipsa corpora/ & a corpo-
ribus nō format/ & formatū generandarū cōtinet rōnes nūquid mēs
que pars ē aīe sūma sterilis erit? Aut solū formabit̄ a corporibus? Aut
carebit rōnibus ad spēs p̄ducēdas? Nullo pacto. Immo uero sicut ps
infima que singulis corporibus p̄xia ē/ p̄ istas sibi ab origine rōnes
singula gignit & corporalia: ita mēs que incorporalibus ac penitus
absolutis mētibus p̄xia ē rōnes idē insertas hēt: p̄ quas p̄ducatur spēs
illas a corporū passiōibus absolutas. Septima ratio. Sic. n. aīa inter
diuina & corporalia mediū obtinebit: si utrorumq̄ particeps appare-
bit: habebitq̄ intus utrarūq̄ formatū & intelligibiliū & sensibiliū ra-
tiones. Octaua ratio. Neq̄ decet eam corporibus eē deteriorē. Ergo
si corpora ante aduentitias q̄litates/ qualitates possident naturales
multo magis aīus formulas hēt in mēte p̄p̄rias at̄e q̄ excipiat p̄gri-
nas. Duplex materie cōmunitas cōuenit: naturalis & aduentitia. Na-
turalis est natura illa in qua singula sub eadē spē inuicem cōgruunt:
sicut humanitas ī qua singuli congruūt hoīes: que coītas: ut pleriq̄
putāt: p̄p̄etua ē & singulis quibusq̄ prestātor. Aduētitia ē notio illa
uniuersalis quam de naturali cōmunitate mens cogitat singulis qui-
buscūq̄ seclusis. Que nō modo quo ad materiā spectat aduētitia est:
sed quo ad mentē. Si at̄e hāc aduētitiā cōmunitatē materia possidet
alterā naturalem/ mēs quoque materia melior at̄e hāc alterā similiter
possidet. Oportet. n. cōem formā ī mente aliquā prestātorē eē q̄ ī ma-
teria. Est at̄ naturalis p̄fectior q̄ cōtīgēs. Igit̄ oportet inesse mēti cōes
formas: at̄e illas quas corporaliū rerū fingit obcurfu. Sepe uero dum
ingenitas formas īspicimus/ putamus p̄p̄ inscitā nos aduētitiā uel
externas p̄spicere nō aliter atq̄ illi q̄ uel sōno uel morbo quodā cere-
bri oculorū ue affecti arbitāt̄ se uidere quedā extra suos oculos huc
& illuc sepe uolātia: q̄ tamē & uersātur/ & uidēt̄ intrinsecus. Nona rō.
Cur bruta rebus singulis īspectis cōem nō excogitāt notionem. Ho-
mo at̄ ex natura sua rōnali qua differt a brutis id agit? Nisi quia ipsa
sua natura sigillū possidet talium figurarū? Si enī formas p̄creat p̄ na-
turā spēmq̄ p̄p̄riā/ eas p̄fecto p̄ naturā p̄creat formatricē. Naturā uero

talem carere quis dixerit caratibus? Decima ratio. Preterea quādo
ī sciētis pfectas demōstrationes cōreximus ex principiis quibusdā
prestationibus & latioribus solemus de spēbus pprietates aliquas
demōstrare. In illis at notionibus que denuo fingunt ab aīo: que la
tior ē/ ea ē remotior a substātia: ppeaq; spēi notio ad substātiā accedit
ppinuius q̄ notio generis. Quo fit ut que ī illis minus coīs est / ea
prestātor iudicet. Alie igit notioēs sūt ī aīo preter istas: que latiores
sunt simul atq; prestātores: ex q̄bus demōstratio uera cōfici. Quo
niā uero demōstratio nō ab uniuersalibus rātū: sed ab uniuersalibus
causis pficiūt/ notioēs at que mēti inate sūt nō sunt demōstrati effe
ctus cause: Rursusq; forme ī corporibus uniuersales eē nō possunt:
seq̄ ut sup formas & que in corporibus & que ī nostris mētibus sūt
querēde sint forme alie ī mēte diuina oīum conditricē: que uniuersa
les oīum cause sint: quarū formulas humana mēs hēt: ut p has rāq;
causarū similitudines ad illas rāq; effectū cās cōclusiones referat de
mōstrādo. Sed alias de ideis. Vndecima ratio. Atq; hec ipsa demon
stratio semp aliq̄ nobis ignotiora ex ppositiōibus notionibus ifert.
Illas rursus ex aliis quousq; ad p̄cipia quedā mēti p se nota perue
niat: ne aut irritus fiat ī infinitū p̄gressus: aut ab eisdem ad eadē rete
xat circulus temerarius. Que uero p se nota sunt mēti p naturā men
tis effulgēt mētis aspectui. De singulis at spēbus rerū ex propriis ea
rū principiis proprie fiūt demōstrationes: & ī uariis facultatibus ua
rie. Igit̄ secūdam uarias spē/ & uarias facultates assunt mēti diuersa
doctrine principia ex naturali mentis lumine cognita. In ipsis uero
p̄cipiis cūcta sequētia cōtinent. Hinc efficiūt ut aīus p naturā omni
bus doctrinis abundet. Duodecima ratio. Ut quēadmodū & arbo
res & aīantes eatūq; mēbra ex propriis seminibus pullulāt/ ita sciētie
ex itimis initiis oriātur: ne mēs sit sterilior q̄ natura: q̄ ex seminibus
insitis suos fetus educit: nō casus effūdit ī pullibus. Tertiadecima
ratio. Quādo inter nos uerum querimus interrogādo & responden
do quomō posset ad summā puenire que cōcludit ratio? Nisi aliquid
prius cōcederet? Concedi at recte quid posset quod nesciret? Ita ista
ratio (ut Augustinus aurelius inquit) nisi inueniret ī nobis aliquid

10
cognitum/ quo inuens ad incognitū duceret/ nihil oīo pillam discer
neremus. Inest ergo nobis ate ratiocinationē intelligētia quedā / un
de ratiocinatio summat exordiū. Quattadecima ratio. Nō ne ratio
cinatio nostra mobilis ē? & dū ueritatē inquit/ ab alio descendit/ in
aliud: & quādo aliquid inuentū examinat in aliud ascendit ab alio.
Motus uero oīs a quiete siue stabili aliquo exordit: ac rēdit ad stabi
le. Motus at huiusmodi notionū cōplexio ē. Res uero quelibet prin
cipiū hēt p̄p̄riū suūq; finē. Quapp ratiocinatio qa notionū p̄gressio
est/ ī notiones reducit: qa mobilis ī aliquas stabiles notiones/ quatū
impulsu querat qd̄ cupit: inditus inueniat / quod quesit: luce exa
minet/ qd̄ inuenit: Firmitate quiescat inuētis. Inde ergo cepit querē
do. In idem redit examinādo. Sūt ergo ī mēte stabiles quedā & p̄pe
tue notiones: que & principia sūt & fines ratiocinandi. Quintadeci
ma ratio. Neq; ratiocinādi solū/ uerū ēt quomocūq; intelligendi.
Nam sicut sensus q; p aduētias formas que dicūtur accidētales co
gnoscit semp: accidētia quoq; semp attingit: ut platonici putant: ita
cōuerso mēs que essentias rerū definit/ p eētiales formas intelligit.
Et qa sensus qui fallacibus confidit rerum imaginibus & subito ua
nescens sepe fallit: neq; imaginē a re uera discernit: sed opus est
ad hoc iudicio rōnis. Iccirco mēte oportet eētialibus (ut ita dixerit)
rōnibus initi: ne ipsa quoq; fallat: & iudicio uirtutis alicuius supio
ris indigeat. Sextadecima ratio. Preterea si cognoscimus angelos:
neq; eos nosse ualemus p spē a sensibus haustas: que cū pendeant a
corporibus nō referūt angelicas formas: que ad corpora nō declināt:
seq̄ ut eos p insitas spē cognoscamus. Quo enī pacto iudicamus
angelos eē naturas nō uergētes ad corpora: nisi p spē a corporibus
minime depēdētes? Decima septima ratio. Deniq; inter cognitionē
diuinam & sensitiuam cognitio intellectualis est media. Ergo & me
dias habet cōditiones. Deus cognoscit p eētiam suam immobilem
Sensus p mobiles qualitates. i. spē pegrinal. Quapp mēs cognoscer
per qualitates immobiles: que speties innate uocantur. Ordo deniq;
uniuersi requirit: ut quemadmodum pure mentes in se respiciunt:
sensus autem in alia solum: sic anima mentis sensusq; particeps non

modo extra se formas: sed in se quoque respiciat. Vbi autem Aristoteles more mentem dicere solemus nouas species procreare: possumus etiam proprius more platonico dicere innatas species ex mentis penetrabilibus erui. Germanarum uirtus ea est natura: ut se mutuo comitentur in operando sicut in existendo: & se uicissim suscitent ad agendum. Germane uires sunt olfactus & gustus. Unde sepe animus per odoratum iuitur ad gustum. Germane concupiscentia uirtus & irascendi natura. Facile igitur ex libidine irritamur ad iram. Germanitas est oculorum facit ut ambo simul uertantur ad idem. Germanitas sensus & phantasia efficit ut operante sensu ad aliquid ad idem operetur & phantasia per similem germanitatem quando phantasia species suas perfert in actum: mens quoque suas educit in lucem. Non generantur proprie tunc mentis species: sed que angustius coarctabantur patet latius & florescunt: que reprobantur feruunt: que in solo mentis uertice per se lucebant rutilant eminus: & in ratione que mentem sequitur iam facta sereniore refulgent. Itaque quam Aristoteles creationem uocaret in speciebus Plato corruptionem cognominabit: per quam expugnatus oculus rationis speciebus mentis irradiat. Prima illa in mente corruptio intelligentia ipsa est. sequens irradiatio est ipsa rationis discursio. Per intelligentiam essentiae rerum definiuntur. Per rationem componuntur essentiae definite. & argumentationes conficiuntur. Veras autem definitiones essentiarum non potest mens per accidentalia rerum simulacra fabricare: sed eas construit per infusas ab origine rerum omnium rationes. Decima octaua ratio. Infusas inquam a rationibus rerum quas habet deus. Que quidem in deo sunt ipsa dei essentia ab ipso deo sub uariis rationibus intellecta. Forme igitur omnium in deo sunt: ubique nihil aliud sunt quam essentia ipsa dei: atque omnes habitu simul & actu. Omnes quoque forme sunt in angelo. Non quidem essentia ipsa sunt angeli. sed rationes quedam essentiales. id est que semper essentiam comitantur. Vbi uiget habitu simul omnes & actu: quia secundum omnes actu omnia simul intelligit. Preterea sunt omnes in hominis intellectu. In quo sunt essentiales rationes cognominantur: habitu cuncte simul sicut in angelo: non simul actu: quia non simul utitur uniuersis. Propterea intellectus infusus appellatur & materie quodammodo similis. quia tamen est prestantior quam materia ideo effectiuo habitu formas habet: quod materie non conceditur: quia habitus appellatur uis mentis agens quia sese confert

ad actum. Vis quoque capax: quia suscipit actus perfectionem. Postremo omnes forme sunt in materia. Vbi sunt rationes essentielles ideo dominantur: quia sunt fomites siue habitudines quedam siue respectus ad formas essentiam materie perpetuo comitantes. Que quidem formarum potentie sunt: potentie inquam capaces formarum non efficaces: & forme quodammodo ipse sed imperfecte. Unde omnes quoque sunt in materia modo perpetuo: secundum quidem potentiam non tamen secundum efficacem habitum aut actum. Decima nona ratio. Quis neget animus statim a tenera etate uera bona: honesta: utilia exoptare? Operatur autem intellectus nullus incognita. Ergo insunt istorum alique: et ante quam apperatur in animo notiones per quas ceu formas rationesque ipsorum ea iudicat appetenda. Idem ab inquisitione & inuentione probatur. Si in turba hominum querat socrates Alcibiadem: sitque illum aliquando inuenturus: necesse est Socratis menti aliquam Alcibiadis figuram inesse: ut sciat quem hominum querat preceteris: atque inuentum in certum multorum Alcibiadem ab aliis discernere ualeat. Ita neque indagaret ea quattuor animus: neque aliquando inueniret: nisi haberet illorum. id est ueritatis bonitatis/honestatis/utilitatis aliquam notionem: per quam illa quereretur inuenturus ut quotiens inuenit: que inuestigauerat agnoscat atque ab eorum discernat contrariis. Neque solum ab appetitu indagatone inuentione sed et a iudicio id probamus. Quicumque enim aliquem sibi amicum iudicat uel inimicum quid amicitia quid uel malivolentia sit non ignorat. Quo nam igitur pacto multa uera uel falsa bona uel mala ut solemus quotidie iudicemus & recte iudicemus: nisi esset nobis ueritas quodammodo bonitasque ab initio cognita? Quomodo rursus structure musice picture & artium ceterarum opera necnon inuenta philosophorum multi sunt in iis artibus non uersati probarent se penumero recte & reprobarent: nisi illarum rerum forma quedam esset & ratio illis a natura tributa? Comparatio quoque idem nobis ostendit. Quicumque enim mel uino comparans alterum altero pronuntiat dulcius: quis dulcis sit sapor agnoscit: & qui Speusippum & Zenocratem conferens ad Platonem: Zenocratem censet Platonis similiorem quam Speusippum: Platonis figuram proculdubio nouit. Eodem modo cum e multis bonis aliud alio melius recte existimemus & maiori minori uel bonitatis ipsius participatiōe aliud alio melius

modo extra se formas: sed in se quoque respiciat. Vbi autem Aristotelis more mentem dicere solemus nouas species procreare: possumus etiam proprius more platonico dicere innatas species ex mentis penetrabilibus erui. Germanarum uirum ea est natura: ut se mutuo comitentem operando sicut in existendo: & se uicissim suscitent ad agendum. Germane uires sunt olfactus & gustus. Vnde sepe animus per odoratum iuitur ad gustum. Germane concupiscenti uirtus & irascendi natura. Facile igitur ex libidine irritamur ad iram. Germanitas est oculorum facit ut ambo simul uertantur ad idem. Germanitas sensus & phantasia efficit ut operante sensu ad aliquid ad idem operetur & phantasia per similem germanitatem quando phantasia species suas perfert in actum: mens quoque suas educit in lucem. Non generantur proprie tunc mentis species: sed que angustius coarctabantur patenter latius & florescunt: que tepere feruere: que in solo mentis uertice per se lucebant rutilant eminus: & in ratione que mentem sequitur iam facta sereniore resurgunt. Itaque quam Aristoteles creationem uocaret in speciebus Plato corruptionem cognominabit: per quam expurgatus oculus rationis speciebus mentis irradiatur. Prima illa in mente corruptio intelligentia ipsa est. sequens irradiatio est ipsa rationis discursio. Per intelligentiam essentiarum definitionum. Per rationem componuntur essentiarum definitione. & argumentationes conficiuntur. Veras autem definitiones essentiarum non potest mens per accidentalia rerum simulacra fabricare: sed eas construit per infusas ab origine rerum omnium rationes. Decima octaua ratio. Infusas inquam a rationibus rerum quas habet deus. Que quidem in deo sunt ipsa dei essentia ab ipso deo sub uariis rationibus intellecta. Forme igitur omnium in deo sunt: ubique nihil aliud sunt quam essentia ipsa dei: atque omnes habitu simul & actu. Omnes quoque forme sunt in angelo. Non quidem essentia ipsa sunt angeli. sed rationes quedam essentialis. id est que semper essentiam comitantur. Vbi uigent habitu simul omnes & actu: quia secundum omnes actu omnia simul intelligit. Preterea sunt omnes in hominis intellectu. In quo sunt essentialis rationes cognominantur: habitu cuncte simul sicut in angelo: non simul actu: quia non simul utitur uniuersis. Propterea intellectus infimus appellatur & materie quodammodo similis. quia tamen est prestantior quam materia ideo effectiuo habitu formaliter habet: quod materie non conceditur: quia habitus appellatur uis mentis agens quia sese confert

ad actum. Vis quoque capax: quia suscipit actus perfectionem. Postremo omnes forme sunt in materia. Vbi sunt rationes essentialis ideo dominantur: quia sunt fomites siue habitus quedam siue respectus ad formas essentialis materie perpetuo comitantes. Que quidem formarum potentie sunt: potentie inquam capaces formarum non efficaces: & forme quodammodo ipse sed imperfecte. Vnde omnes quoque sunt in materia modo perpetuo: secundum quidem potentiam non tamen secundum efficacem habitum aut actum. Decima nona ratio. Quis neget animam statim a tenera etate uera bona: honesta: utilia exoptare? Optat autem intellectus nullus incognita. Ergo insunt istorum alique: sunt ante quam appetat in animo notiones per quas ceu formas rationesque ipsorum ea iudicat appetenda. Idem ab inquisitione & inuentione probatur. Si in turba hominum querat socrates Alcibiadem: sitque illum aliquando inuenturus: necesse est Socratis menti aliquam Alcibiadis figuram inesse: ut sciat quem hominum querat preceteris: atque inuentum in certum multorum Alcibiadem ab aliis discernere ualeat. Ita neque indagaret ea quattuor animus: neque aliquando inueniret: nisi haberet illorum. id est ueritatis bonitatis / honestatis / utilitatis aliquam notionem: per quam illa quereretur inuenturus ut querens inuenit: que inuestigauerat agnoscat atque ab eorum discernat contrariis. Neque solum ab appetitu inuentione sed etiam a iudicio id probamus. Quicumque enim aliquem sibi amicum iudicat uel inimicum quid amicitia quid uel malivolentia sit non ignorat. Quo nam igitur pacto multa uera uel falsa bona uel mala ut solemus quotidie iudicemus & recte iudicemus: nisi esset nobis ueritas quodammodo bonitasque ab initio cognita? Quomodo rursus structure musice picture & artium ceterarum opera necnon inuenta philosophorum multi sunt in iis artibus non uersari probarent se penumero recte & reprobarent: nisi illarum rerum forma quedam esset & ratio illis a natura tributa? Comparatio quoque idem nobis ostendit. Quicumque enim mel uino comparans alterum altero pronuntiat dulcius: quis dulcis sit sapor agnoscit: & qui Speusippum & Zenocratem conferens ad Platonem: Zenocratem censet Platonis similiorem quam Speusippum: Platonis figuram proculdubio nouit. Eodem modo cum e multis bonis aliud alio melius recte existimemus & maiori minori uel bonitatis ipsius participatiōe aliud alio melius

deterius ue appareat necesse est bonitatem non ignorare. Præterea cum e multis & diuersis philosophorum aut etiam aliorum opinio- bus que ueri sit similior & probabilior sepe optime iudicemus oportet non deesse nobis aliquem ueritatis intuitum ut que sint illius similia non nesciamus. Quæ pro nonnulli in adolescentia / aliqui et sine preceptore / plerique ex paucissimis doctrine rudimentis a preceptoribus demonstratis doctissimi euasisse tradunt. Quod nunquam nisi multum ut diximus iuuante natura fieri potuisset. Hoc abunde Socrates Phedoni: Menoni: Theetheto adolescentibus demonstrauit: docuitque posse pueros recte in singulis artibus respondere / si quis prudenter eos interroget: cum a natura sint artium disciplinarumque omnium rationibus predicti.

Confirmatio superiorum: atque insuper
de ideis.

Cap. iiii.

Possumus autem ex tribus illis Platonis libris Phedone: Menone: Theetheto: atque insuper ex Parmenide timeo: & conuiuio sic rursus argumetari. Si capite proprie atque precipue alter quidem maior: alter uero minor denominetur: absurdum id quidem. Primo quoniam per idem & maior erit & minor. Deinde per aliam speciem in alia specie aliquid collocabitur: puta per capitis speciem in maioris minoris uel speciem. Prestat autem capite capitatum quod maius aut minus denominare. Denique absurdum est per aliquid primum maius aliquid dicere. Igitur si formalis afferenda causa est maiore maius: minore minore cognominabitur. Similiter denarium numerum nouenario plurem non unitate proprie appellabimus: siquidem ab unitate proprie unum denominamus: imo pluralitate plurem: & alium paucitate pauciores esse dicemus. Item dualem numerum fieri asseremus non diuisione unius in duo quia etiam coniunctione interdum huius rei atque illius fieri contendetur. Et omnino idem proprie oppositis effici causis non est dicendum. Ergo dualem numerum dualitatis ipsius participatione fieri secundum formam potius asseremus. Sed hec tanquam leuiores mictamus pergamus ad grauiora. Si color uel figura est ipsum pulchrum: quoniam nam pacto erit color aliquis uel figura deformis? Item qua nam ratione

11. 198

multa subiecta pulchritudinis unius tanquam communis participarent nisi una quedam pulchritudinis natura communis & inesset singulis & preesset: ut ab ea que preest dependeat & que inest. Proinde aliud est ipsa bonitas quam res que bonitatis participatione fiunt bone. Aliud pulchritudo quam res pulchre: similiterque de ceteris speciebus / quas Plato uocat ideas. Corpora. n. pulchra multa sunt: ipsa uero pulchritudo una est. Nam omne primum summumque in aliquo earum genere unum est solummodo. Rursus hec pulchra duas habent naturas: tum naturam corporalem que fit princeps pulchritudinis: tum pulchritudinis qualitatem. Ipsa uero pulchritudo nihil est aliud quam pulchritudo. Quoniam quicquid est in genere aliquo primum tale nihil aliud est quam tale. Item corpora hec primum pulchra sunt primum et turpia. Nam ex ipsa sua materia que aliud aliquid est quam pulchritudo deformia iudicantur. Ipsa uero pulchritudo turpitudinem non admittit. Si modo opposita uicissim se fugiunt: corpora quoque pulchra mutant: & modo pulchra sunt: modo contra. Pulchritudo uero ideo mutabilis est: quia & nihil est aliud quam pulchritudo: & quantum pulchritudo est non mutat: quia sic neque uertitur in contrarium: neque priuat quandoque fundamentum & sustentaculum: cum se ipsa sustineat. Adde quod corporalia queque aliis pulchra uideri possunt: aliis uero non pulchra. Ipsa uero pulchritudo carere pulchritudine cogitari non potest. Præterea corpora formosa diuisibilia sunt: pulchritudo autem indiuisibilis non parua est: quia magna corpora non formaret: non magna quia primum corporibus non congrueret. Denique non est corporea: quoniam rebus spiritualibus non competeret. Non est etiam temporalis: quia rebus non inesset eternis. Inest autem multo magis animabus & mentibus quam corporibus: sed neque in illis est primum: tum quia ille secundum se deformes sunt nisi formentur a bono cuius splendor est pulchritudo: tum quia ille ueritatem appetit tanquam pulchram. Pulchritudo uero non expetit semetipsam tum denique quia simpliciter & communiter amabile est non esse quidem animale uel intellectuale: sed bene bonumque esse. Cum uero bonum summe alliciat summa est pulchritudo. Itaque idea ipsa pulchrorum est super corpora animas mentes. Est una simplex pura immutabilis indiuisibilis in corpora: & eterna. atque eadem idearum omnium est natura: quod hinc quoque alia exemplo probamus. Hic

homo quando illum generat hominē nō proprie specificā humanita-
tem ipsā que cōmuniter in utroq; considerat gignit. Gigneret enī &
se ipsū qui per humanitatē extat. Preterea terminata natura naturam
interminatā generare nō potest. Nō ergo causa ē hic homo ut simpli-
citer humanitas sit: sed ut in illa materia propageat. Oportet autē na-
ture humane cōmunis esse cōmunē causā: atq; etiā p se agentē quod
ostendit ordinatissima eius & stabilis compositio. Quā ob rē super
agentia in spetiebus particularia extate oportet uniuersale agēs: spe-
tiē respiciens atq; dirigēs. Quod etiā apparet i iis/que absq; manife-
stis seminibus generantur ut alias demōstrauimus. Argumētantur
rursus multi platoniorū a mētis obiectis hunc i modum. Cū intelle-
ctus noster naturaliter formal capiat rōnesq; itelligat uel sepatas uel
sepando sequit ut cōmunes ipse rerum sepatēq; a materia rōnes natu-
ralia sint eius obiecta. Quoniā uero obiecta eiusmodi mouent: for-
māt: perficiunt intellectum: ideo in prestātionē uerioniq; uniuersi gra-
du sunt constitute: longissimeq; a figmētis absunt: ne mens & uerita-
tis iudex & sensuum emēdatrix a ueritate remotior sit q̄ sensus. Quā
ob rem rōnes ille merito sublimiores ueriores efficaciores nature exi-
stimantur q̄ intellectus qui inde formātur. Sed nūquid ille rursus in-
tellectuales sunt appellāde? Non quidē proprie. Siquidē rōnales ani-
me secundum picipationē itellectuales sunt. Angeli uero intellectu-
ales secundum formā. Rōnes deniq; ille atq; idee intellectuales qdē
secundum cām: intelligibiles uero secundum formā. Intellectuale. n.
ad intelligibile ita ferme se hēt: ut appetens & mobile atq; formabile
ad appetibile motorē atq; formatorē. Sed ubi nā sunt? Sane ideas mi-
nus cōmunes in ideis cōmunionibus generatim platonici collocāt.
Ac deum omnia idearum genera in ipso ente primo cōmunissimo en-
tium atq; pfectissimo quod sūmum intelligibile uocāt: intelligibile
quidā secundum formā: itellectuale uero secundū cām: cui proxime/
subdunt mētes q̄ plurimas intellectuales secundum formā. Intelligi-
biles uero secundum picipationē. His at rōnales subiciūt aīas intel-
lectuales iā picipatione quadā: intelligibiles uero nequaquā. Proinde
cēfēt ens ipsum ipsūq; intelligibile idē esse: quoniā ens sit naturale &

11 149
adequatū itellectus ipsius qua rōne est intellectus obiectū. Preterea
intelligibile ipsum sub primo rerū picipio collocant. Illud enim tale
est: ut comprehendī quodāmodo possit. Hoc uero nequaquā. Picipi-
um primū appellāt proprie unitatē ipsā atq; bonitatē. Et quia unitas
eminētiam lucemq; procul ab omnibus segregatā refert: intelligibile
uero refert lumen quoddā iam intellectibus pportioē quadam acco-
modarum: ideo unitatem & aliud & superius q̄ intelligibile esse pu-
rant. Rursus quia mētes tam intelligere q̄ intelligibile appetūt non
simpliciter: sed & bene & bonū. Bonū uero simpliciter apperunt. Itcir-
co hac etiā rōne bonum. i. deū sūmum ipsi enti quod & itelligibile ē/
preponūt. Mitto q̄ intelligibile respicit intellectum: bonū uero respi-
cit uolūtatem. Itaq; nō solum hoc ab illo est differēs: sed prestantius.
Quippe cū prestātius sit quod uolūtate rapit q̄ quod ab itellectu cō-
prehēditur. Quapp ens ipsum ab itellectu prouiribus percipi opinā-
tur: bonum uero p uolūtate potius ad se ipsū animam trahere: atq;
tractā in se quoq; trāsfundere: & si quo pacto ab anima iā occupata
suo modo tangitur/ tāgi proprie per unitatem mentis caput quā ab
initio nobis deus qui est unitas uniuersi princeps inseruit. Ceterum
ut ad ppositum reuertamur in ipso quidē bono ideas p cause modū
esse solum relatiuis quibusdā rōnibus tantum inter se distinctas. In
ipso uero itelligibili per formā proprie atq; absolutis insup formis
in uicem differentes. In sequentibus mentibus siue a corpore sepatis
siue coniunctis participatione iam quadam & gradatim magis/ ma-
gisq; distinctas. In natura uero semina quedam infima formarum ab
ideis infusa. In materia deniq; umbras. Ipsum quidē bonum Plato i
epistolis deum patrē nominat: ipsū uero intelligibile deū filium. Plo-
tinus quoq; & deum de deo & de luce lumen & rationē uerbūq; dei
Rursus plato in epinomide per ratiōem huiusmodi diuinā siue uer-
bum quē mundum uocat intelligibile affirmat mundum fuisse sensi-
bilem exornatum. Quoniam uero idee in primo quidem una forma
sunt. In secundo uero multe forme. Non enim putāt in prima forma
absolutam diuersitatem esse formarū. Ideo Plato cōrēplatus & colo-
res in lumine circa lucē & lineas i circulo circa cētrū inqt in epistolis

multiformes ideas absolute distinctas circa primū rerū p̄cipium eē potius q̄ in primo. Similiter i libro de republica septimo ideā inquit boni. i. ipsum bonum in cuius forma omnes idee una forma sūt/pulchrarū esse causā idearū uidelicet illarū que in sequentibus multe forme sunt absolute inuicē differentes. Superioribus rōnibus Plotinus & Proculus ideas cōfirmant: & aliter i deo (ut aiūt) primo ponunt aliter in secūdo. Alii uero nōnulli ad idē ita p̄cedunt. In materia quidē postrema idearū umbra resultat. Sup̄ materiā uero idearū oīum lucet facies. Quarū fons est deus rerū auctor ut Platonis Timeus planissime docet: ac liber de republica decimus: & Parmenides. Si. n. mens & natura plene formarū sunt: perq̄ illas agunt quod i naturalibus artificisq̄ apparet: merito & deus q̄ nature mētisq̄ formator est i formis esse nō debet. Per formas igitur agit: quas appellamus ideas. Has Plotinus & Proculus nō solū exēplares: sed et̄ essentiales formas appellant. Putāt. n. opificē mundi nulla in fabricando mūdo cōsultatione uti. Talē. n. imp̄fectam opationē esse. Atq̄ eū qui de ope perficēdo consultat prius in se imp̄fectum opus quodāmō cōcepisse: deinde de illius absolute perq̄rere. Quod a mēte perfecta est alienū. Itē si uniuersū mutabili solum prouidentie discursu disponere: non esset usq̄ stabile quicq̄: neq̄ perpetuus eēt mundi motus & stabilis. Igitur deus uniuersū per eē suum facit atq̄ disponit. Presertim cum eiusmodi actio & prima & cōmunissima & facillima sit oīum actionū. Ideoq̄ a causa quadam prima cōmunissima felicissima sit ubicūq̄ sit: eiq̄ i primis cōueniat. Omnis at̄ causa que ipso eē facit: talē sequēti gradu facit effectum: qualis ē ipsa primo. Cū igitur mūdos sit cūctarū complexio sp̄erū: sequit̄ ut mūdi opifex mō quodā supra q̄ cogitari possit prestantiore sp̄erū oīum cōplexio sit: & oīum formas hēat exēplares sibiq̄ met ut illorū more loquar essēntiales. Quod iterū ita cōfirmāt. Si ars naturā imitatur: perq̄ opetum rōnes efficit opera: ergo & natura suorum operum possidet rōnes. Rursus natura cū ex se ipsa careat rōne & moueatur perficiaturq̄ a deo rationes accipit ab ipsis diuine mētis ideis. Et q̄to nature rōnes iteriores ipsi nature sūt q̄ rōnes artis arti tāto saltē rōnes diuinas iteriores oportet eē deo q̄ nature rōnes

11
196
ipsi nature. Addūt q̄ forme sēsbiles haud om̄io uereq̄ sūt tales: quales cognomināt. Sane eqlitas & similitudo passi ineq̄litaris dissimilitudinisq̄ fit p̄iceps. Formositas at̄ uera i subiecto p̄ se deformi i formisq̄ eē nō pōt. Bonū quoq̄ uerū ubi defectus & p̄cluitas ē ad malū eē neq̄. Quinetiā in celestibus nolūt eē uerā lineā sup̄ficiēq̄: uerū cētri polonūq̄ punctū. Sigdē quorū rō est imp̄ribilis / ipsa i re p̄ribili eē nō possint. Sed aiūs noster ueras hēt gignitq̄ formas: per quas alias falsi redarguit quātū a ueris distent aiaduertēs. Quā ob rē multo magis aiā uniuersi ueras formarū possidet rōnes & gignit. Vbi. n. uirtus i intelligētiāq̄ prestātor ibi expressiorū formarū cōceptio atq̄ prius. Deniq̄ mūdi opifex certiores et̄ p̄fectioresq̄ formas i se ipso gignit: atq̄ (ut Proculi uerbis utar) dum se aiaduertēdo se ipsū gignit in se simul generat oia. Accedit ad hec q̄ cū uniuersi mēbra p̄petuo quodā ordine iter se cōspirent nō casu: sed rōne cōciliant̄ atq̄ regunt̄. Rō illa q̄ ordinat oia se ipsā ignorare nō pōt. Alioq̄n rō sūma foret irrōnalis si nullā rōne sui ipsius haberet. Rōnāior. n. ratio est: que se ipsā cognoscēdo cōplectit̄ q̄ que ignorādo se deserit. Illa igit̄ se tanq̄ rōne oīum ordinatricē intelligit. Quo efficit̄ ut q̄bus rōnibus modisq̄ sigula disponant̄ semp̄ intelligat. Quā ob rē in sūma oīum rōne sunt oīum rōnes. Vtrū igit̄ q̄a deus facturus erat oia cuncta cognouit: Non certe. Alioq̄n essentialē opationē ipsāq̄ ad se ipsū cōuersionē ad externa referret: atq̄ aliunde p̄deret. Igit̄ quēadmodū sol i se lucēdo illuminat oia: sic deus itelligēdo atq̄ uolendo se ipsū & scit: & efficit oia. Quis nō uident si uidēdo se uidet facitq̄ cūctā: seq̄ ut in substātia sua substāntiales forme sint: que exēplaria causeq̄ sint oīum: Semp̄. n. i ipso nature ordine ita se res hēt: ut ab iteriori actiōe p̄cedat exterrior. Atq̄ ide opus actiōi p̄simile. Quēadmodū a lucere illūinare: ab illuminatione illuminatū illuminationi luci q̄ simile. Proinde plāte & aiālia ex seminibus generātur. Oportet at̄ i semine rōnes eē quodāmō aiantis inde rōnāliter p̄creati. Nō tamē sūt i semine corporeo nisi potētia. Vni forme. n. semē ē: ac pene informe. Quod autem inde gignitur multi forme: atq̄ formosū. Itē si semē diuidat̄ / plura tamē tota que nascuntur quasi in partibus tota lateant que gignuntur. Hinc patet uim

seminariā i semine ipso latentē esse quodāmodo incorporeā. In qua sit huius morus generatiōisq; principiū. Oportet at̄ multiplicis aiantis rōnes multiplices seminarie inesse uirtuti quā uocamus naturā. Idē .n. prout idē est diuersitatē tantā proxime generare nō posset. Insup inesse actu necessariū est. Quod .n. est potentia tale tanq̄ impfectū in aliquid actu tale: nō aliter q̄ per aliqd quod actu tale sit pfectiusq; p duci potest. Insunt ergo singularū aiantis partiū spetie differentium singule rōnes: quibus suo singula tempore locoq; & ordine pcreent: atq; excisa si fieri potest sepiissime recreent. Sed nūquid seminarie uires in seminibus animatiū sūme cause sunt? Nequaquā. Nō .n. ab ulla illarū fit spēs ipsa: sed quiddam potius pculare sub spē: & quelibet illarū ab alio sub eadem spē ducit originē. Ideo ad uniuersalē naturā cōfugiendū: in qua uniuersales sint suarum spērū oīum rōnes. Ad naturā inquā terre terrenorū pcreaticē. Presertim cū sepe plāris & aīa libus passim spōre nascentibus semina corporalia desint. Quo fit ut ad eorum pductionē seminibus incorporeis opus sit. Atq; ut conueniēti ordine pcedamus: singulas terrenorū spēs ad uniuersalem referamus terre naturam: similiterq; i ceteris elemētis. Deīde quattuor elemētōrū naturas pxime ad lune naturā: i qua sint elemētāliū oīum rōnes. Naturā uero lune ad naturā spere superioris: similiterq; deiceps. Cūctas deniq; naturas ad ipsā uniuersā naturam: i qua necessario sint tā naturalium q̄ naturarū oīum rōnes: rōnes inquā & exemplares & effectrices: ut naturas oēs certis regulis ad certa dirigat & perducatur. Nō pōt autē natura esse rō causaq; rerū sūma: tū quia p se irrōnalis ē: quod i nostra natura patet. Nā neq; se neq; alia nouit: tum q̄ est causa effectui mixta: perīde ac si faber lignis ifusus tractet ligna. Tali .n. causa opus erat: ut que ab alio extrinsecoq; & cōmuni mouē: familia rē quādā intrinsecāq; uirtutē a separata causa possiderēt. Quippe cū & hec nō aliter proprie distictē/accōmodate ducāt: q̄ p uirtutē ipsīs p priā/distictā/accōmodatā: & cā rādem excellētissima: que pure & absolute opi dominatura est: ab ipso ope per essēriam & eē & uirtutem oporteat eē secretā. Sicut i aere uidemus calorē quidē a sole supno misceri: lumē uero nequaquā. Oportet at̄ naturā & si p se irrōnalis ē: tamē

11 197
corporalium rationes habere quibus possit intrinsecus singula cōgruis modis ad finē conuenientē rōnaliter ordinare: mouere: formare: cūq; per se irrōnalis sit: ab eo quod p se rationale ē duci debet rōnibusq; formari. Nempe irrōnale ē ne p se irrōnali ordinē uniuersi cōmittere. Igit̄ in causa superiore necesse ē rōnes rerum adeo rōnaliter esse: ut cā ipsa se suaq; aīaduertens & sui & rationū suarū certā habeat rōnē. Absurdum certe foret: cū nos tum nostri tum nostrorū opum tū uniuersi rōnes habeamus cām uniuersi: neq; sui neq; suorum rōnes habere. Quā ob rem si mūdi conditor omnia nouit: certe nō respexit in alia ut illa pereiperet: siquidē cognitio eius alia ipsa met cognitiōe pducta proculdubio antecedit. Quis .n. ignoret externū opus sequi intrinsecam actionē. Itaq; deus in se ipsum respiciens nouit oīa. Quo fit ut i ipso sint oīum spēs: per quas cūcta cognoscat & faciat. Atq; (ut sūmam dicam) quēadmodum in hoc materiali mūdo materie omnes in unā tandem intimāq; materiā: sic & multo magis in mundo formali forme omnes i unā intimāq; formā necessario reducūtur. Quod hinc rursus argumētari licet. Quod omnis uita plem suā penes se ipsā prius generat q̄ seorsum: & quo prestātor uita ē: eo iteriorē sibi met generat prolē. Sic uita uegetatiua tā i arboribus q̄ i aīalibus semē quasi arborē & quasi aīal i corpore proprio prius generat q̄ aut iaciat extra: aut arborē inde aīal ue externum pducatur. Sic sensitiua uita que ē uegetatiua prestātor per phātasiam in se simulacrū intētioneq; rerū parit: prius q̄ in externa materia fabricet. Sed fetus ille phantasie primus quia in ipsa met anima est: ideo ppinquior est anime q̄ fetus uegetatiue uite: qui nō fit in aīa: sed in corpore. Sic uita rōnalis que est excellentior sensitiua parit in se ipsa rōnem tū rerū: tū sui ipsius quasi fetum prius q̄ uel loquēdo uel agendo pmat in lucē. Primus ille fetus propinquior est aīe q̄ phātasie fetus. Vis .n. rationalis i fetū suū perq; illū in se ipsā reflectitur: quod non efficit phātasia. Sic angelica uita motiones sui ipsius & rerū promit in se ante q̄ deptomat in mūdi materiam. Proles hec interior ē angelo q̄ rationi sua: quia neq; ab externis incitata est: neq; mutatur. Quā ob rē diuina uita eminentissima & fecūdissima oīum uniuersā hanc mundi machinā tanq̄ prolem

suam in se generat prius q̄ pariat extra. Oportet at̄ huiusmōi prolem
quā Orpheus Palladē uocat Iouis capite natā/magis intimam/ut ita
dixerim/esse deo q̄ angeli notionē angelice mēti. In angelo q̄ppe cū
sit eē al iud q̄ intelligere: notio que generat̄ intelligēdo/ aliud ē q̄ an
geli ipsius eēntia. In deo at̄ quia eē & intelligere idē sunt: notio quā
deus intelligēdo se ipsum gignit/ tanquā exactissimā sui ipsius ima
ginē idē est atq; ipse deus. Quoniam uero generationē uoluptas co
mitat̄/ timeus Platonis inq̄t deū ope suo minime delectari. In ple aut̄
illa dei intima que uniuersale semē est mundi/ insūt ppria semina mē
brorū oīum que ī mundo hoc ple eius extrema gignunt. Semina illa
eēntia inter se cōueniunt: ne deus sit substātia multiplex. Differūt ra
tione: ne quicquid ī mundo sit sine ulla uarietate sit unicum. Age sic
ultra procede. Cum deus uim habeat infinitam/ & res que sequuntur
eum cuncte finitam ideoque diuina uirtus non sit determinata ad
ea solū agenda quibus finite res possunt subministrare: sed queat
absq; illis insup innumerabilia opera etiam īcorporalia facere/ an nō
necessarium tibi uideē in deo horum opum formas que absq; instru
mētis certisq; subiectis facere pōt ita relatione saltē distinctas eē ut p
priā illic hēant rōnē? Nā cum ab uno quātū unū omnino ē absq; me
dio subiecto ue certo non fiant multa/ nulla ē rō ob quā forme tales
possit ex deo multiplicē emanare: nisi multiplex/ ut ita dicā/ & quo
dāmō multiformis sapiētia dei. Quinetiā quicquid relique cause agūt
id oē opant̄ tanquā prime cause instrumēta: atq; ita agunt ut rēpanē
ab illa/ Tempanē aut̄ ducuntq; adeo certis modis ad certas formas ī
materia generādas non p aliud q̄ p certas formarum rōnes/ que sūt ī
deo. Quēadmodū instrumēta artis atq; nature p formas agentis di
rigunt̄ ad formas. Atq; ut forme tū artificiosorum naturales pspicue
magis sunt ī agēte q̄ in ope uel instrumētis: ita mundi totius forme
expressiores modo suo ī deo sunt q̄ in sequētibus causis & materia.
Quā ob rē Mercurius putat mūdum eē omniformis dei imaginē oī
formē. Et Plato in timeo inquit diuinā uirtutē cū bonitatis sue gra
tia uellet mūdum q̄ pulcherrimū facere decreuisse eū ad exēplar illud
quod est oīum excellētissimum figurare. Ideoq; mundum ita ad sui

11 198
similitudinē effecisse ut mūdi partes ad sui ipsius formarit ideas. Ex
iis quorūdam canum rabies cōdenat̄ latantium platonem ideas ex
tra diuinā intelligentiā posuisse. Celū unū syderū plenū tottētem
noctu figurat suorū syderū imaginibus. Que quidē imagines neq;
sūt sydera: licet eē īfātibus uideātur: neq; manēt: sed iugiter inouant̄
aqua fluere: quāuis manere uulgo putent. Similiter deus unus idea
rum exuberās plenitudo materiā fluctuantē fingit semp simulacris
idearū. Que sane simulacra neq; uere spēs sūt apud platonicos quāq;
ueras eē quidā phisici arbitrant̄: neq; quiescūt unquā ut Heraclitus
ait labente materia. Et si quiescere eas ignorantes existimāt. Atq; hic
ē modus p quē res tēporales ut uult Parmenides pythagoreus eter
narum fiunt pncipes idearū. Profecro sicut eternitas q̄ unū dūtaxat
momētum ē manens idē semp/ & eodē mō tempus omne quod p in
numerabilia diffluit momēta quiescēdo metit̄. Et sicut centrū stabile
puncta supficiēi circūcurrentis ita idea quelibet ī eternū una eadēq;
consistens res eas tēporales metitur oēs que in eadē inter se spēs sunt
idee unius eiusdēq; participes. Quod de una dicā de oībus est ideis
intelligendū. Pulchritudo ipsa pulchrorū omniū est mensura. Quia
per accessum ad pulchritudinē primam & recessū ab ipsa res sequētes
magis minus ue pulchre existimant̄: & quod cadit ab omni Pulchri
tudine ab omni cadit essētia. Et quod totā possidet pulchritudinem
totam habet essētiam. Quia prima essētia & prima pulchritudo sunt
idē: Quecūq; homo in spēs aliqua iudicat/ iudicat ad spēm referendo
puta quādo iudicat solē aut ignē esse pulchrū: tūc duo pulchra refert
ad unam pulchritudinis spēm absolute. Et quādo solē esse igne pul
chriorem pronuntiat/ ad eandē refert ideam/ non absolute/ sed cōpan
do. In utraq; relatione pulchrum solē & ignē pulchrum p eandē meti
tur ideam. Sed ī prima utrūq; p totam ideam mēsurat. In secūda p al
terū idee gradū illorum metitur alterum. Neq; audiēdi sunt barba
ri quidam qui res pulchras mensurari non posse putant/ p accessum
ad purum pulchritudinis actum: quia ille sit infinitus. Ideoq; non
possint res alie alius propius ad ipsum accedere. Volunt autem p re
cessum a pura pulchritudinis priuatione mēsuram talem excogitari.

Hi enim ob id errare uidentur/ quasi purus actus est infinitus affirmatione/ similiter pura priuatio est infinita negatione. Neque fit pulchrorum comparatio ad diuinam essentiam penitus infinitam: sed ad pulchritudinis ipsius ideam. Que quodammodo finita est quantum respicit creaturam/ quia est determinatio quedam diuine perfectionis / facta quidem a mente diuina/ confirmata uero a uoluntate. Accedunt autem ad eam proprius que similitudinem eius suscipiunt purius. Recedunt uero que contra. Merito autem inde mensura accipitur pulchritudinis in rebus pulchris/ unde ipsa suscipitur pulchritudo. Hec autem ab idea capitur non a pura pulchritudinis priuatione. Denique quid stultius quam pulchritudinis habitum per priuationem uelle discernere/ cum fieri e conuerso tam natura quam ratio cogat. Quapropter absque dubio fateamur humanam mentem pulchre referre ad ipsam pulchritudinis rationem. Quoniam uero quod mensurat prestantius est quam quod mensuratur: mens humana quantum per relationes ad ideas res omnes temporales metitur/ que sub ipsis continentur ideis/ rebus illis est excellentior. Atque ideo ideis est proxima/ quia metitur quecumque illas sequuntur: Vt pote que cadit media inter idearum fontem & riuulos inde manantes. Verum licet mensuret ad ideas: non tamen per ideas ipsas mensurat/ tanquam per propria quedam & proxima media. Non enim sunt uniuersales idee proprium instrumentum huius aut illius mentis humane: neque inter mentem singularem & res alias singulares ullo modo uniuersales idee cadunt medie. Quia uero non potest animus singularia uniuersalium idearum simulacra aliter metiri quam per formulas idearum animo proprias/ & quasi declinantes ad singularia necesse est menti idearum formulas inherere: per quas ideis simulacra confertat. Que congruunt formulis probet: reprobet que non congruunt.

Sed unde adueniunt he formule menti: nunquid a simulacris? an ab animi fictione? an forsitan ab ideis? Non a simulacris. Nam per eas formulas animus mensurat simulacra. Unde formule simulacra antecedunt. & tanto prestantiores sunt: quanto ideis propinquiores. Ac si fieret a simulacris non uere mensurarent illa: sed ab eis potius mensurarentur. mensura enim adequatio est. Causa adequat effectum. Effectus causam non adequat. Nusquam in corporibus perfectas unitatis bonitatis

pulchritudinis rationes inuenimus. Oportet enim eas suis contrariis non esse permixtas. In corporibus autem unitas miscet partium multitudini: bonitas uitio: pulchritudo deformitati: nusquam rectas figurarum rationes inspeximus in materia corporum: eas tamen ipsi tenemus. Alioquin neque de ipsis loqui possemus: neque per ipsas quasi examinem defectum formatum corporalium redarguere. Non igitur eas a corporibus accepisse uidemur: essent. n. illis deteriores. Neque dicendum est eas esse nusquam quia nequit mens intelligere per se ipsum quod nihil est omnino. Nam & priuationes per habitus cogitat: & false opiniones non ex eo fiunt in nobis quod ipsum quod omnino nihil est cogitemus: sed quod uel coniugamus res inuicem uel disiugamus preter ordinem naturalium. Immo uero si existunt alicubi obiecta sensuum/ sunt & rationes obiecta mentis: si modo & mens sensibus est nobilior: & quod omnino nihil est/ neque mouet animi aciem neque contrahit/ neque terminat. Non igitur finguntur ab animo. Sane figurata mentiuntur: res ueras non mentiuntur. Figurate animi res ipsas sequuntur confusius est quam umbre corpora. Corpora per umbras non discernuntur. Quis ergo per fictitium extraneumque simulacrum pulchritudinis: odoris: saporis: caloris horum ipsorum essentialia definitiones proprietatesque latentem inspiciet? Preterea figuratum animi est animo ipso deterius. Formule uero ille ideo prestantiores sunt animo: quia per ipsas animus etiam iudicat corrigitque se ipsum. Nempe per rationes unitatis bonitatis & pulchritudinis animus de se ipso iudicat sepe quam sit ipse aut partibus multiplex/ aut affectibus dissidens. Item quantum uel natura deficiat: uel uitio deprauetur. Rursus quantum uel natus sit deformis: uel rursus euaserit. Nonne per pulchritudinis sigillum pronuntiat esse se corporibus pulchriorem. Et hanc partem sui illa & hunc habitum illo pulchriorem esse. Immo uero & angelis sublimiores esse uidentur. Quia per sigillum idem angelum mens nostra designat: quando angelum animo pulchriorem esse affirmat: & alio angelo alium: angelisque deum. Non tamen metitur deum: sed ipsum tanquam mensuram relinquit inmensurabilem. Sicut enim sapientia non fit sapiens: & motus non mouetur. ita prima mensura non mensuratur. In eo igitur quod ille formule angelos mentiuntur tanquam regule expresse ab ideis super angelos existentibus

certe sublimiores sunt angelis. Et animus in hoc ipso actu quo metitur angelos/excellentior est quā ea ipsa natura angeli: quā apud se ipsū metiendo designat. Quāuis & angelus animam metiatur per regulas quodāmodo rectiores: & eo ipso actu magis excedit animum quā per actum animi excedatur ab animo. Quo autē pacto sigilla huiusmodi quas & formulas appellamus si sunt animo & angelis altiora finguntur ab animo? Quinimo sunt in animo ante omne cōmentū animi. Animus enī sua inuēta omnia ad sigilla talia cōfert. Siquidem uentris sigillo discernit: que uera inuenta sunt: que ueniora: que falsa. Item quod per novos tēporalesque actus animi fabricatur mobile ē omīo. Quod. n. motu fit nimirum fit & mobile. Sigilla uero talia sunt imobilia. Herēt enī animo imobilitate. Quoniā quicquid singulis momentis occurrit aīo/ uel fit ab aīo arbitrato nostro ad illā referimus tanquā firmiter inherētia. Porro si illa quoque nutarent essent ad alia referenda: & alia rursus ad alia: neque esset in nobis principium aliquod iudicandi. Sigillum per quod de statu huius rei aut statu illius aut etiā de eternitate sententiam ferimus mobile esse nequit. Siquidem in sigillo ratio illius exprimitur/ quod eo significatur. Ratio uero status ipsius eternitatisque est a ratione motus alienissima. Quinetiā stabile & eternum nō aliter quā sub ratiōibus status eternitatisque definimus. Rationes huiusmodi omnis sunt mutatiōis expres. Siquidem status antecedit motum. Quod uero in natura prius est/ est a posteriore solutum. Atque has rationes per quas talia definimus/ intus habemus. Nō enī per aliena mens loquitur. Ac si extra nos essent egeremus ad huc alius rationibus rationū/ quibus quasi mediis ratiōes illas haberemus/ per quas essemus de statu eternitateque locuturi. Alie ille rationes ideo imobiles essēt/ quia essēt ratiōes imobilitatis rationū. Itaque quacūque gradiamur ad imobiles ratiōes nobis inatas perueniemus. Scite Plotinus quādo de euo disputat iquit. Nec ne de eternitate loquimur quasi de extraneis rebus testificantes? Ac de alienis agētes? Nequaquā. Non enim intelligimus/ nisi tangamus: neque extranea tangimus. Itaque oportet nos eternitatis eē participes: hec ille: talis ergo sigilla sunt imobilia. Immo etiam sigillum motionum est immobile

11
199

Quando. n. de rerū motibus iudicamus/ illos ad eternā motus ideā per motionum sigillum nobis infixum comparamus. Si hoc quoque foret motus aut mobile/ esset per sigillum aliud comparandum. Nō enim motus ad eternitatem/ nisi per medium cōpetens religat. Quod neque motus sit neque mobile. Item si foret mobile/ non recte per illud motiones iudicaremus. Motio nāque tunc iudicatur recte quādo referat ad terminos & spacia/ que permanerint. Nam ut non manētibus neque sit motus neque motus progressio cernitur. Ipsum quoque tempus quod ē proprietas quedam & perduratio motionis/ non aliter mensuratur quā si per stabilem seruetur memoria/ & stabili eternitatis momento circūscribatur. Si motionis sigillum stabile est/ multo magis stabilia sunt sigilla omnia reliquorum. Ex iis omnibus duo pariter concluduntur quod scilicet sigilla talia/ & ab ideis animo inferantur: & ipsi herent immobiliter.

Confirmatio superiorum per signa. Cap. v.

h. Vius autem rei signa multa comperimus. Primum quod rustici homines qui nunquā de ideis aliquid cogitauerunt: & adolecentuli qui nihil de iis audiuerunt/ cū primum eorum sensibus occurrunt corpora pulchra mō ratione utantur ea referunt ad ideas duobus ut diximus modis. Vno quādo affirmāt hoc esse pulchrū: quod non faciunt/ nisi ex eo/ quod talis corporis figura quadrat sigillo pulchritudinis intus ingenito. Altero quando affirmāt hoc isto/ & istud illo esse pulchrius/ quātum aliud alio accedit proprius ad sigillum: Tales si sigillum neque per doctrinam neque per inuētionē prius acquisiuerunt. Quia neque cogitauerunt de illo quicquam: neque audiuerunt: Neque etiā tūc ex singulis pulchris corporibus ipsum colligunt. Siquidem per ipsū minime fallax singulorum fallaciam defectumque redarguūt. Neque ex natura quadam cōmuni que est in singulis. Nam quod in rebus iacet fallacibus: ipsum quoque fallax euadit: fallacemque ex se precreat notionem. Preterea quando de illo diligentius cogitant inueniunt ipsum uel esse uel referre aliquid unum supra multa in se ipso consistēs. Nam super naturam illam que una quodāmodo est in multis/ oportet esse naturam talem: que una sit ante multa: ut cōmunis sit eque

multorum . Tale sigillum quia nullo modo clauditur rerū singulari
um multitudine / ab ea multitudine nullo mō colligitur . Neq̄ etiam
cogitationis machinatione cōcipitur . Nā per ipsū inuenimus super
mobilem multiplicēq̄ cuiusq̄ animi pulchritudinē / unā esse pulchri
tudinē in se ipsa manētem . Ergo sigillum uim suā tollit altius super
animos . Machinamēta uero animi / nihil animis eminētius fabricāt .
Si ergo cum primū utimur ratione / res plurimas ad huiusmōi sigilla
referimus / que neq̄ didicimus āre / neq̄ tūc colligimus aut figimus /
presertim cū comparationis signū precedere semp̄ res illas oporteat /
que cōparātur / sequitur ut ante omnē rationis usū ea possideamus .

Secundū signum est / quod subito fiūt relationes utreq̄ sepe etiam
nulla precedente aut intentione uolūtatis aut rationis discurfione .
Quod significat non esse aīo regulā relationū huiusmōi / nup̄ aut ex
trinsecus acquirendam : sed iādudum intrinsecus possideri : qua toti
ens uti pro arbitrio potest / quotiēs se ad eā intrēderit . Tertiū signū
est / q̄ omnes in se ipsis experitūtur / quotiēs uolūt alicuius rei defini
tionē & causā inuenire nihil aliud conantur / q̄ ut omnibus sensus &
phantasie submotis obstaculis profunde mentis intima penetrent .
Quibus tunc primū clarissime fulget / quod uenantur cū primū in ar
cane mentis adyta penetrauerint . Quasi intrus scientiarū thesauri de
litescant . Quod ita Pythagoras cecinit . *αλλα σὺ θαρσει επει θεϊὸν
γενος εστι βροτοισιν οἷσ ιερα προφερονσα φυσις δεικνυσιν εκαστα*
.1. Tu autē confide quoniam diuinū genus est hominibus . Quibus
sacra natura / proferendo in lucem omnia mōstrat . Ergo mirabimur /
Homerum & didimum aliosq̄ p̄ multos / uel natura uel ab infantia
cecos / ita scripsisse / ut perspicue uidisse omnia uideātur . Mirabimur
Zoroastrem / aliosq̄ sapientie inuentores diuturna dūtaxat solitudi
ne / solaq̄ animi rotius in mentem solam cōuersione rerum omniū sci
entiā peperisse . Quartum signum ab approbatione sumitur . Com
plexio corporis / que abūdat sanguine / suos quosdam postulat tū sa
pores : tū ceteros rerū usus : Que bili alios . Alios que p̄ uita . Quan
do cuiq̄ complexionis quod suum est offertur / non aliter oblatā rem
natura talis asciscit : q̄ ipse ignis escam sulphuream . Hinc sāguineus

11
160
commendat dulcia . Acuta acria ue cholericus : acida melancholicus :
mollia flegmaticus & isipida . Quod de sāguineo dicemus / similiter
est ad alios transferendū . Nescit sanguineus quā ob cām dulcia pro
bet : quia non cōmendat consilio : Sed naturali complexionis instin
ctu . Sane p̄ naturalem instinctū quinq̄ appetit genera qualitātū . Ru
bra & uiridia uisu . Auditū leta . dulcia gustu . Tempata tactu atq̄ ol
fatu . Si has quinq̄ qualitates per complexionem affectat & probat /
necesse est i ipsa complexionis conflatione quinq̄ inesse fomites ha
rum quinq̄ probationum . Sicut enim illarum quinq̄ qualitātū alia
inter se est & alia ratio / ita a tali complexione sub alia & alia ratione
probantur . Igitur i unoquoq̄ hoīe quinq̄ sūt fomites naturales ad
quinq̄ qualitates cōgruas q̄nq̄ sensibus cōprobādas . Et quia i aliis
hominibus alie sunt cōplexiones humorū / ideo rerum concupiscen
tie corporalium inter homines sunt diuerse . Quoniam uero una hu
mana spes est in oībus cum sit mentis spēs una / iccirco cōmunis ē
eorū que ad mentē pertinet approbatio . Omnis mēs figuram laudat
rotundā i rebus statim consideratā : & cur laudet ignorat . In edificis
quoq̄ similiter talē uel quadraturā ediū : uel parietū equalitatē : lapi
dū ue dispositionē : angulorū oppositionē : fenestrarū figurā atq̄ oc
cursū . Laudat insup̄ eodē pacto certā quandā siue mēbrorū humano
rū proportionē / siue numerorū uocūq̄ cōcordiā . Cōmendat morales
gestus & habitus tanq̄ decoros . Cōmendat sapiētie lucē & ueritatis
intuitū . Si quelibet mens hec omnia semper / & ubiq̄ asciscit illico : &
quā ob cām asciscat ignorat : neq̄ pōt nō absciscere : instinctu asciscit ne
cessario profus & naturali . At quia eorū que hic affectant : diuerfa in
ter se rō est / oportet ut a mēte ex diuersis nature sue rōnibus tū quasi
fomitibus appetant : tū quasi formulis & regulis approben : ita ut ex
eis dē regulis illorū cōtraria reproben . Si quē cōtraria illorū cū primū
nobis obiciunt : offēdūt natura sua ēt si cām nesciamus . Sunt ergo rō
nes illorū similiūq̄ igenite mēti . Quintū signū a definitione artis ac
cipi . Ois ars qa certa rōne ad certū finem ordinat opus rōnalis facul
tas ē . Facultas rōnalis si oī nature irrōnali ē igenita / multo magis ige
nita ē oī rōnali . Elemēta q̄ artificiose situm reperunt suum ? Quanta

geometrie arte rectam lineam in ascensu seruant atq; descensu? Quanta
architecturæ industria pluuia se in orbiculares guttulas cohibet?
Quanta aer sagacitate rerū nature succurrit: ne quid in ea uacuum reliqua-
tur? Complexio quoq; plantarum & animalium q̄ mirabili medicine
artis solertia utitur in conseruādo habitu naturali: aut recupando?
Ipse quoq; brutorū anime singulis in speciebus singulas artes exer-
cent. Laneam relā sericii uermes: lineam aranee: hirundines figulinā:
musicam olores: apes architecturam: ciuilem ciconie: bellicam uero
leones: uulpes deniq; uenatoriam. Quis autē dixerit modo ista con-
sideret solam naturam rationalem inertem fuisse: atq; ex inertia irra-
tionalem ab initio constitutam? Immo uero si debet rationalis sedes
multo prius & magis artem capere rationalem q̄ sedes irrationalis/
oportet omnes rōnali hominū speciei artes innasce: postquā singule
innate sunt singulis irrōnaliū sp̄ibus. Omnes enim ferme in genere
brutorum uniuerso congregantur. Sed alie sp̄es artium p̄ alias aīaliū
species dispergūtur. Omnes ergo in unica rōnali hominū sp̄e colligū-
tur: licet per singulos diuidant̄. Omnes iterum in uno speciei āgelice
singulari: in quo tamē diuiduntur: secundum formas: Quoniā mul-
tiformis est angelus. Cuncte deniq; in uno singulari deo: atq; una dū-
taxat dei forma. Quapp̄ artes diuidūtur inuicem in brutorum gene-
re secundū habitū atq; actū. Quoniā nulla mutorū species aut artes
oēs exercet actu: aut omnes infusas habet: sed quelibet eorū species
unica utitur arte & possidet unicā. Artes igitur diuidātur oportet in
hominū sp̄e secundum actum: quia alii alias meditentur: nō tamē se-
cundum habitū: quia singuli cunctas possideant. Siquidem in ange-
lo quolibet uniuntur cuncte habitu atq; actu. Quilibet enim illo-
rum qualibet meditat̄: sed diuiduntur executione: quoniam alii
aliter gubernant mundū. Cuncte in deo modis omnibus uniuntur.
Quia & habet & uidet & exequitur uniuersas. Nā in omnibus ope-
rantibus: ut inquit theologus Paulus omnia operatur. Sextum si-
gnum ab assecutione artium ducitur. Quas nō illi solum: qui precep-
tore carent per se assecūtur: sed illi etiam qui magistros uel libros uel
hoies habuisse tradūtur. Nā & qui legēdo discūt nō a litteris corpo-

161

ralibus uitaq; carētib; spiritalem uiuamq; sciētiam hauriūt: sed ipsi
per litteras prouocati pariunt in se ipsis: & qui discunt audiēdo non
prius discūt: q̄ ipsi audita apud se recolāt: examinēt: approbēt. Non
fit autem examinatio approbatioq; uerorum: nisi itus prefulxerit re-
gula ueritatis: & qui docere dicūtur: neq; sciētiam eādē quā ipsi ha-
bēt omīo trāsfundūt in alium. Nam docēdo alios ipsi euaderēt igno-
rātes. Et sciētie qualitas de alia mēte in aliam: quali de subiecto in sub-
iectum trānsiret: quod nō conuenit qualitatibus. Neq; aliam quādā
specie similem sciētiam: in discipulo ipsi per propriam generant. Ta-
lis enim generatio ad qualitates p̄inet corporales. Non ad humanā
sciētiam: cuius actio clauditur intrus: & operantem perficit potius q̄
externa. Ceterum quonā pacto magister discipulum edocet? Duo sūt
artium genera. Alie sunt quarum materia circa quam uersātur nullū
habet in se principium opis effectiuum: sicut lutum aut saxū: ita sub-
esse uidentur figulo & sculptori: ut manum dūtaxat expectent artifi-
cis: ipsa uero suapte natura nihil momenti habeant ad opus efficien-
dum. Alie uero artes sūt quarū materia per formam quādā morum
agit ad opus: quod quidē naturale ē potius q̄ artificiale dicēdū. Sic
terra subest agricolæ. Sic medico corpus humanum. Quippe fecundi-
tas soli ad segetes producendas agricolæ. Et corporis humani cōple-
xio ad sanitatem recuperādā medico confert q̄ plurimū. Usq; adeo
ut sepe ager absq; cultura producat segetes: hec complexio corporis
nostri sine medētis opera pellat morbos. Quod significat & agro in
eē semina segetum per naturam: & cōplexioni semina sanitatis. Ergo
in primo artium genere artifex ille dominus materie uocatur atq; ma-
gister. In secundo uero excitator nature atq; minister. Artem docēdi
ad secundum id genus spectare hoc nobis testimonio esse potest q̄
animus qui tanquam materia uidetur subesse docenti nōnūquā an-
te q̄ audiat presagit audiendā: & postquam audiuit audita reddit
uberiora & meliora. Et sepe licet non audiat ex se parit. Quippe qui
semina scientiarum non minus quam ager segetum possidet. Vnde
qui docet minister est potius quam magister. Quapropter Socrates
apud Platonem in libro de scientia Theetheto inquit se filiū obstetri-

cis esse: & obstetrici p̄similem. Vtpote qui ī erudiēdis hominibus nō
īducat sciētiā: sed educat. Sicut obstetrices conceptos iam fetus edu-
cunt. Ideo quādo doctor aliquis contendit ex pluribus argumentis
audienti aliquid demonstrare: qui audit nō paulatim formā ut lutū
a figulo: aut saxum aliquod a sculptore. Sed post multa inditia veri-
tatem subito intuetur: etiā absente magistro/ quādo sufficiēter fuerit
prouocatus. Sicut ager cultus a rustico post diurnos illius labores
suo ipse tempore edit fetus agricola nihil agente. Quis oculos uide-
re docuit? Aures quis audire? Oculis nō prestat uisum medicus: sed
uel super infusas caligines discutit: uel dirigit in obiectū: ita menti
preceptor scientiam non infundit: sed purgat aciē: aut dirigit. Nemo
canibus sagacitatem prestat uenatoriam. Nemo equis currēdi uirtu-
tem. Nemo robur bellicū elephātibus. Sepe tamē homines eas ipsas
uirtutes latētes & dormitātes in mēbris usu exp̄gisci compellūt. Idē
facit in mente preceptor ut Plato in septimo libro de repub. docet.
Mens. n. uirtutem suā que est ueritatis intuitus nō minus habet fir-
mam & naturalem/ q̄ sensus & animalia suam. Eam sciscirando p̄uo-
cat Socrates docendi dux. Ipsa recte īterrogata uera respōdet. Respō-
dere non potest uera nisi cognouerit. Quoniā uero res ipse inuicem
cōnexe sunt: similiterq; rationes rerum cōiuncte sunt inuicem: Vnde
facile de una trāsitur in multas sepe fit ut ex uno quodā uestigio a
preceptore monstrato sagax animus p̄p̄riis uerbis uenatur longo
ordine plurima. Adde q̄ non imbecilliozem habet mens uidende ue-
ritatis aspectum q̄ pedes progrediendi potentiam. Socrates infantē
potrecta ducit manu quo gradiatur. Adolescētem quo discat interro-
gat. Infanti non prestat eundē uirtutem: sed & prouocat: & rutilius p̄-
ducit ad terminum. Adolescenti non largitur intelligentiam: sed effi-
cit ad effectum sui operis promptiorem. Ipse autem Socrates scienti-
am suam si quando adeptus dicitur tanquam nouam aut per inuen-
tionem aut per disciplinam ē adeptus. Si ipse p̄ se res īuenit nunq̄ re-
bus īuentis fuisset usus/ nisi utēdi modū a natura cognouisset utēdi
modū nō tenet/ qui rei ipsius nō tenet naturā. Sin ab alio audiuit nō
prius ex auditu cōcepit scientiam q̄ sciret nūquid docentis ratiōes

162
ueritati congruerēt. Non intelligit hoc nisi qui ipsam inspicit uerita-
tē. Igitur anteq̄ inueniat quicq̄ aut audiat/ ueritatis ē compos. Et q̄
docuit Socratem Archelaus uel p̄ se inuenit: uel accepit ab Anaxago-
ra. Quicquid fuerit sciuit & ante. Atq; licet & Anaxagoras ab anaxi-
mene: & ille ab anaximādro: & anaximāder acceperit a Thalete: Tha-
les deniq; uel alius quiuis sacerdos egyptius/ aut saltē persicus ma-
gus caruit preceptore. Qui hominis caret doctrina discit docēte na-
tura. Immo uero scit iam diu docēte deo. Quapp Socrates apud Pla-
tonem in libro de sapiētia inquit theagi. Nemo unquā didicit a me
quicq̄: q̄uis mea cōsuetudine multi euaserint doctiores & me exhor-
tante & bono demone inspirante. Tu quoq; breui multum proficies
si deus fauerit. Preterea narrat Socrates ibidem/ quēadmodum non
nulli dum eius consuetudine uterentur/ illiq; propinquarent: ipso ē
tacente acutiores euaderent. Recedētes uero ebertiores subito redde-
rentur. Quasi ad diuinum quēdam influxum a deo p̄ genium men-
temq; Socratis ī familiarium aīos penetrantem uis illa ingenii p̄ine-
ret. Et Orpheus musas esse dicit iouis & memorie filias. Quia uide-
licet sciētie in profunda memoria lateant/ nobis olim a deo tribute.
Quin etiā hec de memoria tradidit. ΠΑΝΤΑ ΝΟΟΝ ΣΥΝΕΧΟΥΣΑ ΒΡΟΤΩΝ
ΨΥΧΑΙΣΙ ΣΥΝΟΙΚΟΝ ΥΠΟΜΝΗΣΚΟΥΣΑ ΔΕ ΠΑΝΤΑ ΩΝ ΑΝ ΕΚΑΣΤΟΣ ΑΕΙ
ΣΤΕΡΝΟΙΣ ΥΝΩΜΗΝ ΚΑΤΘΗΤΑΙ ΕΠΕΥΕΙΡΟΥΣΑ ΦΡΕΝΑ ΠΑΣΙΝ. i. totam mē-
tem continens humanorū animorum familiaris. Cōmemoras omnia
quorum notionem quisq; semper animi sinibus occultit: mētem susci-
tas omnibus. Concludemus iam presentem disputationem: si pri-
us nos ipsos amonuerimus: ut quando audimus artes nobis inesse
natura: non intelligamus uel a natura celesti corporaliquē īpressas uel
a mera anime essentia fluere. Siquidem a tali natura impressas habēt
bestie. Ab essentia autem mera manantes solus possidet deus. Sed in-
telligamus nostris mentibus statim ex deo natis infusas fuisse sp̄eri-
es rerum & regulas artium: ut in timeo tradit Plato non aliter q̄ an-
gelicis mentibus infundantur. Est autem differentia triplex inter nos
& bestias quo ad artes p̄tinet. Prima q̄ a deo sine medio nos eas acci-
pimus. Ille natura celesti intercedente. Secunda q̄ quisque nostrum

accipit cūctas. Bestiarū spēs singule singulas. Tertia q̄ bestie necessa-
rio quodam īpulsu nature ad sue artis usum certo tēpore cōpellunē.
Nos autē libero rōnis iudicio tum artis unius tum plurimarū usum
elīsimus. Cōuenimus autē quārum ad spēs rerū & regulas artium atti-
net cū angelis atq; deo: cum in aliis nōnullis / tū in hoc uel maxime /
q̄ nobis insunt p̄ absolutū p̄spicūq; modū ferme sicut & illis. Itaq; /
diuine idee absolutas atq; distinctas ipsarū imagines nobis / tanquā
speculis impressere. Nature autē corporali umbras quāsdā cōfusiores.
Quēadmodum nos ad lumē imaginē quidē nostri corporis clarā ī
speculo pingimus: umbrā uero reddimus parieti: Vbi autē idea p̄ mo-
dū lucet absolutū p̄spicūq; / non mō lucet clara: sed fere tota. Oēs
enī idee p̄prietates quas in disputationis huius principio ex Plato-
nis mente narrauimus: in eo cōsistūt potissimū q̄ uniuersalis sit atq;
solura. Quod autē nō umbre idearū: sed imagines p̄spicue nobis in-
sint ex eo patet potissimū / q̄ umbras illarū ab imaginibus earūdem
recta rōne distinguimus: q̄ ue formule illarū nobis īsint ipsas nobis
p̄spicue represētant: nosq; ad eas conuertūt: & umbre idearū in cor-
poribus haud prius eas nobis referūt / q̄ per nostre mētis formulas
purgent atq; reforment. Deniq; si p̄ distinctas imagines atq; p̄ modū
integrū splendent in nostris mētibus atq; solutū: p̄ modū quoq; ful-
gent penitus īmortalem. Quod si īmortalis rei naturale subiectū est
īmortale: Subiecto nāq; soluto / quicquid subiecto herebat disperdiē.
Proculdubio mēs hominis est īmortalis: que naturaliter firmiterq;
īmortaliū idearū spēs p̄ modum suscipit īmortalem.

Ratio Secunda. Mens est subiectū ueritatis eterne. Cap. vi.

a Vrelius Augustinus diuino uir ingenio / quo latinorū nullus
platonica maiestatem tū sapiētia tū eloquentia expressit exacti-
us: iactis a Platone supioribus fūdamētis argumētatiōes huiusmōi
cōstituit. Aliud ē uerū aliud ueritas: quēadmodū aliud castus aliud
castitas: prestantiūsq; ē uero ueritas: siquidē oē uerū ueritate ē uerū. Cū
uero aliqd quod uerū dicitur intent nō tamē intent ueritas. Sicut si qd
castus itereat: castitas tamē nō iterit. Si manebis semp hic mūdus ue-
rū ē semp eē māsūrū: q̄ si nō manebit: uerū ē nō sēp eē māsūrū. Quid

11
163
cū interierit si iteriturus ē: nōne tunc id uerum erit mundū interisse?
Nā q̄diu uerum non ē occidisse mundum / nō occidit. Repugnat igitur
ut mundus occiderit: & uerum nō sit mundum occidisse. Nō pōt
ār aliquid eē uerum / ubi ueritas non sit. Erit igit ueritas / ēt si mūdus
intereat. Quid si ipsa ueritas occidat? nōne uerum erit ueritatē occi-
disse? Verum ar nō puto eē si ueritas nō sit. Nullo mō igit occidet ue-
ritas: Hec Augustinus. Sed ubi nā est ueritas? nō in corporibus: mu-
tateē. n. corporibus pmutatis. Cum tamē eterna sit ueritas: hinc seq̄
paradoxō illud platoniciū / corpora nō uere eē: q̄. s. i illis nō maneat
ueritas. Ergo quod aurū dicimus si nō uere ē aurū falsum aurum ē: Si
hoc neq; aurū qdē est. Atq; ita de ceteris rerū corporaliū spēbus. Pre-
terea affectio corporis duo tēporis pūcta non pmanet penitus eadē
ut ostēdimus alias & ī presētia ī hūc modū ostēdimus. Sicut stabilis
& simplex eternitas rerū stabilium simpliciumq; mēsurā ē / ita fluens
& uarium tēpus mobilium & multiplicium ē mēsurā. Tēporis pūcta
nūquā pmanēt eadē: sed sibi inuicē surrepunt semp aliis alia succedē-
tia. Corpus mundi mobile tanquā mēsurā sibi p̄p̄riā tēpus hēt. Si ita
est quadrat utiq; celi dispositio & mutatio tēporis fluxui. Itaq; non
pōt in duobus tēporis momētis eē celi dispositio penitus eadē. Nā
si eadem p̄ duo momenta maneret / in ea ipsa morula tēpus quidē de
alio momēto fluxisset ī aliud. Celū uero quieuisset ī uno. Fluxus ue-
ro quieti minime cōgruit. Quod nō congruit non metit. Quomō. n.
morus mēsurat quietē: aut res fluens p̄ duo rēstantē ī uno? Quapp
in ea morula tēpus celum nō mensuraret. Metitur autem re uera tem-
pus semper celum non aliter q̄ eternitas ea que sunt supra celum.
Ergo sicut illa ī eternitate cōtinue sine ulla mutatione manēt: ita ce-
lum sub tempore continue absque ulla quiete transcurrit. Si celorum
configuratio nullo modo permanet: multo minus corpuscula que
sub celo sunt / & celi rapacitate raptantur. Necesse est enim hec per in-
fluxum & effluxum condensationem: rarefactionemq; intensionem
remissionem ue qualitatū: consonantiam & dissonantiam comple-
xionis: ceterosq; motus cōtinue uariari. Quod quidē abunde Plu-
tarchus & Proculus demōstrauerunt. Et ante illos Heraclitus inq̄r.

Quēadmodū nō possumus eandē torrentis aquā bis irrare: aut eadē
rote currētis particulam bis similiter tangere: ita similē omīo disposi
tionē cōplexionēq; corporis per duo pūcta perseverantē asseq; nō ua
lemus. Si nullius corporis affectio duo momēta prorsus eadē & simi
lis p̄seuerat in eodē momēto incipit qualitas talis & desinit. Quod
ī natura incipit nōdum absolutū existēdi uel opandi actū possidet:
quod desinit talem iam actum nō retinet. Igit̄ in eo pūcto in quo eē
qualitas illa dicit̄: dicit̄ ē p̄t non esse cū nondū a nō eē omīo discesse
rit: & iam ī nō esse labatur. Et q̄a celeritas tēporis lingue celeritatē su
perat: dū esse illam p̄nūtiat: te pronūtiante subterfugit prius q̄ hoc
ipsū uerbū est ore protuleris. Et ut timeus inq̄t fallit pronūtiatē: nec
unquā uere q̄cquā de hac pronūtiatur: aut p̄cipitur. Nec esse magis
q̄ nō esse dici potest: cū & sit & nō sit pariter dū profertur. Quoniam
uero que cōtinuē p̄mutant̄: quatenus mutant̄: eatenus fiunt que ue
ro fiunt dū fiūt: re uera non sunt: ideo quecunq; ita mutant̄ & fiunt:
nō tam dicunt̄ esse q̄ esse uideri. Quod uero dicemus de tēpore: qd̄
semper falso dicit̄ esse: cū esse eius (ut ita loquar) sit non esse. Sane de
quolibet presenti momēto uere dicit̄: hoc nō est tempus: sed tēporis
terminus. De preterito aut̄ aut futuro dūtaxat affirmat̄ esse tēpus. Si
quidē cōtinuā successionē quādam tēpore significari putamus. Prete
ritū uero futurūq; nō est. Igitur esse temporis quodāmō ī nō esse lo
camus. Momētum uero quod ē terminus temporis: dū esse p̄nūtia
mus uertitur in nō esse: atq; pronūtiantes mentiri cōpellit. Quod at̄
de tēpore demonstramus: de tēporalibus quoq; est iudicandū: esse. s.
in nō esse: ut ita loquar: habere. His cōsonat pythagoricū illud. Qui
homo dicit̄: magis nō homo est q̄ homo: q̄a si innumerabiles eius par
tes cōsideraueris: innumere poteris iudicare: hec pars nō est homo &
illa similiter. Semel dūtaxat de toto dices hoc est homo. Vnde & de
elemētis Timeus differens duas eē elemēti p̄tes existimat materiam
atq; formā: p̄p̄ materiā nō dici ignē aut aquā: sed p̄p̄ formā. Ergo secū
dū partem. Hoc igit̄ solū secūdum p̄tem ignis dicit̄: & illud aqua. Ac
re uera nō ignis hoc est: sed igneum. Illud nō aqua: sed aqueū. Adde
q̄ illud est uerum tale quod merum tale est: puta uerū uinum quod

11
152
merum est uinū. Natura uero cuiusq; sp̄ei quādo in materia est primo
quidem admixtā habet potentia ad nō esse: ut ī libro quinto p̄bau
mus. Deinde multa patitur additamēta: ac sepe cōtraria. Siquē in aere
sepe aliquid igneum est: semp̄ situs aliquis preter aeris tōnem. In ho
mine hoc uel illo sepe cōplexio aliqua cōtra naturā eius. Semp̄ habi
tus aliquis uel affectus: figura: uel situs: ultra humane speciei necessi
tatem: Similiter se habēt & relique rerū naturalū sp̄es. Quoniam uero
sup̄ omnia que p̄ partem & impure talia sunt esse oportet ea que secū
dum se tota & pure sunt talia. Putat Timeus sup̄ inquinatas & man
cas materie formas esse alias meras: integras: separatas: Atq; eius rō
nis uiribus confidit maxime: que sic argumētatur. Forme que sūt in
alio. s. in materia sunt: & ab alio. Nō tamē ab informi natura materie:
& formā esse oportet a forma: & a forma radē p̄ se subsistēte: atq; una
formabilis materia ad unū tandē reducit̄ur formatorē. Nā & si quis
multos induxerit formatores: nunq̄ multi quatenus diuersi sūt mu
tuū inter se habebūt ordinē: atq; ad unū opus finemq; conducēt: sed
quatenus ab uno oīum formatore ducūt̄ur. Igitur necesse est formas
dari materie a mente quadā plena formatū. Vbi forme sint ipsa men
tis essētia. Atq; ideo uere sint sp̄es. At q̄a mens illa est esse primū: ma
teria uero est p̄xima nihilo: & illa purus actus: hec pura potētia: seq̄
rur ut materia innumerabiliter pene sit mente deterior. Quicquid aut̄
ab aliquo capitur in suscipiētis trāsīt naturā: Quare forme imerse ma
terie usq; adeo sūt sp̄ibus mētis deteriores: ut umbre quedā sint illa
rum potius q̄ imagines: & illarū denominationē & hanc quidē falsā
retineant potius q̄ naturā. Sicut artificia sunt simulacra naturalium:
ita naturalia sunt simulacra diuinorum. Propius at̄ accedūt artificia
ad naturalium ueritatē: quia cū illis cōueniunt ī materia q̄ naturalia
ad ueritatē diuinorū. Si ergo pictus equus usq; adeo a naturali equo
deficit: ut non sit uerus equus: multo magis naturalis equus adeo a di
uino equo. i. ab idea ueraq; eq̄ ratione deficit: ut dici debeat umbrā
equi ipsius potius q̄ formā representare. Ac si uera hoīs & equi ratio
naturaq; idea ipsa est hominis aut equi & hanc nō seruat materia lon
gissime inde distās: cōcluditur illud Socratis ī phedone & in repu. ui

delicet ueros hoīes uerosq; equos in materia nō reperiri: que ideatū
umbris ita ignoratū fallit animulas / ut sōnantū instar / dum rerum
ueratū simulacra uidēt: putent se res ipsas īspicere. His cōsonat illud
Proculi nostri paradoxon. Cōposita ex elemētis neq; sempiternitatē
habēt neq; statū. Pure mentes utrunq; possidēt: suaq; simul oīa com
prehēdunt. horū media sūt / que suā in motu quodā sēpitemitatē ha
bent. Anime qdem mentibus pxime morū in operatiōe dūtaxat ad
mittūt. Aīe uero sequētes quodāmō īsup in uirtute. Vniuersa deniq;
corporei mūdi machina tanq̄ per essētiā opatione uirtuteq; aīarum
inferior / essētiā quoq; ita mutabilē nacta ē / ut tota undiq; sit tēpo
ralis. Atq; sicut res oīo eterna / i uno semp tota manet / ita mundi hu
ius machina penitus tēporalis i quolibet tēporis īfiniti momēto ro
ta a mūdo diuino effluat semp statiq; disfluat simul & refluat: nō ali
ter q̄ qdā putēt a sole lumē per momēta semp effūdi simul totū ac dif
fundi repēte uanescēs atq; refundi. Profecto qđ indiuidua eternitas
ipsa metū indiuiduū esse necesse est. Quod ergo diuisibilē hēt essēti
am tū ex p̄ribus tū ex naturis pluribus cōstitutā qualis ē mūdi ma
chīna / cū indiuidua eternitate nō cōgruit. Sed cū tēpore potius diui
sibili / quo mēsurat̄ quocū p̄peruo labit̄. Præterea diuisibilē motu uir
tutē actionēq; sortitur quapp mūdi moles momētis singulis tota si
mul ex nō esse īcipit esse atq; definit iterūq; renascitur: quēadmodū i
motu & tēpore qbus oīo subiecta ē momēta p̄fluūt tota singulari si
mul & reflūit. Qđ quidē ita īsuper cōfirmatur. Qđ p̄peruo celestīū
motui uirtute opus est īfinita. Quā cū terminatū mūdi corpus neq;
ex se habere / neq; totā simul ab alio possit accipe / oportet ab opifice
suo atq; motore paulatī momētis singulis haurire. Haurire īquā mo
mētaneā & subito uanescētē. Si qdē & tēporalis essētia oīo tēporaliter
accipit: & terminata natura capax eternitatī cuius īfinita rotāq; si
mul potētia ē esse nō pōt. Sane & natura mūdi īfinitatē simul nō pōt
accipe. Et eternalis īfinitas cū indiuidua rotāq; simul constet a nullo
pōt accipi paulatī. Hic Proculus ita distiguit. Essētiās imobiles esse
qdē a deo quodāmō semel: sed a se ipsis suamet uirtute seruari. Nā cū
sine motu rote simul inde sint / ideo stabiles p̄ se deinde perseuetare

11 169

posse quodāmō / suaq; uirtute iam a quibusdā parentis suis in suos
acrus posse procedere. Quā ob rē tales essētiās per se subsistentes no
minat / seq; quodāmō producētes affirmat. Machinā uero corporeā &
post aīe motum tēpusq; & una cū motu temporeq; corporeo profluē
tem nihil habere stabile / nullamq; habere uirtutē suimet seruatricem.
Itaq; nō substātiālē aut uerā / sed umbratīlē oīo falsamq; quasi mani
cheorū more cognominat / p̄peruo dilabentē / p̄peruoq; īfluxu desup
īstaurante prorsus egenrē / quasi corporis umbras in aqua uelocissi
mē perfluēte. Hinc illud Timei mūdū intelligibilē sēper quidem esse /
nunq̄ uero fieri dicimus: sēpibile uero fieri certe sēper: esse nunq̄. Hic
Proculus addit mundū illū numero eundē sēper existere: hunc uero
non prop̄tē unū eundēq; numero esse unq̄: sed potius unū eundēq;
numero cōtinue recreari. Et quātū corpus est / fieri sēper atq; incipere /
quātū uero a mente diuina dependet / factū esse sēper / finemq; subito
cōsequi. Sed huius paradoxon finē iam habeat. Quoniā igitur tota
sensibilis machina uanitas quedam est / uanitatīq; quotidie sēlibus
cā / ideo exclamauit Salomō Vanitas uanitatū & oīa uanitas. Nō est
igī in rebus sensibilibus ueritas. Sed nunqđ in aīa? Forsitan est in
aīa. Non tamen ut opinatus est Proragoras atq; Epicurus in ea parte
aīe que sensus est / quia extra se respicit: & cū passiōe quadā sentire cō
pellitur: frequentibusq; nugis deluditur sensibiliū. Propterea Xeno
phanes: parmenides: Zeno: melissus: Stilpo dixerūt nihil ueri sēlibus
cōprehēdi. Idem ferme Anaxagore Empedochiq; placuit & Platoni.
Nā etiā si quis dixerit esse aliqua sensibilia eodē mō semp manentia:
& questionē nobis de sole atq; stellis afferat / in quibus facile cōuinci
nō possit / quod circa mutabilitate nos fallant / illud certe nemo ē qui
nō cogatur fateri: nihil esse sensibile / quod nō habeat simile falsū: ita
ut internosci nō possit. Nā ut alia prætermittā ut Augustinus inquit
omnia que per corpus sentimus / ēt cū ea nō assunt sēlibus: Imagines
tamē eorū patimur tāquā prorsus assint uel i sōno uel in furore. Qđ
cū patimur oīo utrū ea ipsis sensibus sētiamus: an imagines sēlibiliū
sint / discernere nō ualemus. Si igī sūt imagines sensibiliū talis: que
discerni ipsis sensibus nequeunt / & nihil p̄cipi pōt / nisi quod a falso

discernitur nō est cōstitutū iudiciū ueritatis ī sēlibus. Atq̄ fieri forte pōt ut sensus aliqua uere p̄cipiat: ut Aristorelī placuit. Nunq̄ tamen discernit uere ne an cōtra p̄cipiat. & cū ueritas rerū naturalīū in eo cōsistat/ut diuine mētis cōgruāt rōnibus/ quēadmodū ueritas artificiorum/ut cōgruant artificiose mentis ideis sensus cōgruitatē eiusmōi nō agnoscit. Ideoq̄ non habet ueritatis examē. Rursus cū cognoscētis potētie ueritas tunc oriat̄: quādo potentia rebus congruit cognoscendis: perficiat̄ autē/ quādo rerū adequatur ideis sēsus / qui neq̄ illā congruentiā neq̄ adequationē aiaduertit/ caret iudicio ueritatis. Adde q̄ sensus nō comprehendit intimā merāq̄ rei substantiā/ aut quo ordine in natura res quelibet disponat̄: quod totū ad rei ipsius p̄tinet ueritatē. Sed subito impulsu allicitur qualitatū ad p̄sequendū uel fugiendū: in quo corporis sui cōmoditati indulget potius q̄ ueritati rerum cōprehēdēde. Ergo nō est in sensu ueritatis iudiciū cōstitutū.

Cōstitutū est at̄ ī rōne. Nā p̄uaciones rerū p̄ habitus cognoscunt̄. Per lumē tenebre. Per uoces uero silentiū. Priuatio ueritatis ē falsum. Rō nostra sensibilia & sensus redarguit falsi: quod facere nō pōt nisi p̄sentis ueritatis examine. Rursus rō ueritatē ipsā ita describit ueritas est nature cuiusq̄ pura itegritas: & itegra puritas. Nō definitur at̄ ueritas nisi sub naturali ueritatis & p̄pria rōne. In ipsa rōne ueritatis est ueritas. Est igit̄ ueritas in aīo ueritatē definiente: sicut ī aīo falsū redarguente. Quinetiā est in aīo rē quālibet describēte. Sp̄s siquē definitio ipsā rei essētiā cōplectit̄ / rō integrā rō ab extraneis cōtingentibus segregatā. Si ergo in ipsis sp̄ibus est ueritas rerū: sp̄s autē definitione cōprehēdit̄: & definitio mētē/ quis nō uideat esse in mētē hoīs ueritatē? Que si est immortalis/ satis declarat mētē cui inheret inseparabiliter/ incorruptibile esse. Nā qualitas que alicui subiecto inheret inseparabiliter subiecto sublato dispdit̄. Inherere at̄ ueritatē nobis inseparabiliter illud testimonio esse pōt/ q̄ uel assidue uel saltē arbitrato nostro subito & sola mētis ī se ipsā collectiōe rō falsa multa dānamus / rō cōmunes naturas aliquas definimus: siue naturalīū rerū/ siue moralīū: siue artificiorū. Quinetiā ex eo idē cōcludit̄ qd̄ in superioribus ostēdimus idearū p̄spicuas rōnes mētē stabiles inherere. In ipsis uero rerum

oīum ueritates cōprehendunt̄. Preceteris at̄ declarat hoc sūmope uis ipsa rōnalis: que nō minus homini naturalis ē q̄ auibus sit uolatus canibus uel larratus. Per hāc Socrates homo ē: p̄ hāc hō ab aliis aīalīū distinguit̄ sp̄ibus. Rationalē uim uocamus in p̄fētia ipsā rōcinādi uirtutē que consequētia cernit. i. quid ex quoq̄ sequat̄ aiaduertit gradatim & a precedentibus ordine percurrit ad cōsequētia. Hec ē naturalis quedā dialectica. i. ars differendi ab origine hoībūs īfita. Per hāc pueri & īp̄ntissimi quiq̄ partes suas q̄buscūq̄ possūt coniecturis assertionibusq̄ ruran̄. Atq̄ oīs hoīs sermo totaq̄ uite actio & cōsultatio nihil ē aliud q̄ argumētatio quedā. Ac nemo ē tā insanus qn̄ ex aliis alia inferat argumentando. Et ita ferme ab imaginibus ad imagines argumētē/ sicut sana mens ad res ipsas p̄currit ex rebus. Vis ergo rōnalis nunq̄ ab hoīe separatur. Qd̄ si ab hac nō separet̄ ueritas/ ab aīa nunq̄ ueritas sepabit̄. In hac differēdi uirtute due insūt necessitates: altera secūdū subiectū eius: altera secūdū eius usū. Prima quidē necessitas ē/ quia ipsa differēdi facultas toti hominū sp̄i sic īfita ē/ ut ne queat separari. Secūda uero necessitas que ī eius usu cōspicit̄ duplex ē/ absoluta & relatiua. Absoluta quē necessitas in tribus apparet. Scilicet in discipline p̄cipiis/ definitionibus/ p̄prietatibus. Principia sūt huiusmōi. Quicquid est aut p̄ se est aut p̄ aliud. contraria sua se natura repellūt. Omē totū est maius sua p̄te. Suū cuiq̄ tribuēdū. Hec & talia plurima/ necessario ita se hēnt: ut necessario cognoscant̄. Quia neq̄ possunt unq̄ aliter se hēre: neq̄ ab aliquo quī īp̄ntissimo ignorari. Est quoq̄ necessitas ī definitionibus: ut quādo sic circulus definit̄. Circulus ē figura a cuius cētro ad circūferētiā oēs lineę ī rectum ductę sūt equales. Quāuis. n. uel talis uerborū cōiunctio ī ore uel figuratio talis ī puluere sit cōtingens. Veritas tamē illa ē necessaria & sēpiterna / q̄ illa ipsa circuli ē natura. Similis ī p̄prietatibus necessitas est. Id est q̄ circulus ē capacissimus oīum figurarū. Atq̄ ut cetera omittā nōne ī numeris a necessaria ueritate ī necessariā ueritatem absq̄ fine trāscutimus? Bis duo quattuor. Ter tria nouē. Bis quattuor octo: & que secūnt̄. Idē facimus ī cōpositionibus cōparationibusq̄ figurarū. Quod si definitiones p̄prietatesq̄ ī principiis cōfluūt/ q̄a effluūt ex p̄cipiis/ p̄rio

cipia uero necessario insunt ſep uirtuti rōnali unde aſſidue aliqua de re rōcinetur ſit ut he tres neceſſarie ueritates que oēs absolute uocantur in naturali hominū dialectica cōprehēdātur. Reſtat neceſſitas relatiua: que ē tres hēt partes. Alia qdē eſt i poſitiōe: i cōditiōe alia. Alia in demōſtratiōe. Prima ē talis. Res nulla pōt nō eſſe dū eſt. Aial dū uiuit neceſſario uiuit & ſimilia: que de preſēti tēpore aſſeruntur. Ex qbus neceſſitas hētur preteriti atq; futuri. Quod factū ē iſectū eē non pōt. Quod futurū eſt nō pōt non fore. Secūda talis ē. Si corpus uiuit eſt neceſſario. Si aial currit moueē. Tertia ē huiusmōi. Oīs pars minor ē q̄ totū. Caput humani corporis pars ē. Ergo caput illud ē humano corpore minus. Hec cōcluſio ideo oīo neceſſaria eſt: q̄a due precedētes propoſitiōes neceſſarie ſūt ſimul iūcte. Neceſſe ē. n. caput eē minus corpore: tū q̄a pars eſt minor toto: tū quia ipſū eſt pars corporis. Quapropter i his quoq; tribus propoſitione. conditione demōſtratione tres ſūt neceſſarie ueritates. Ac ſi tria ipſa i humana ratione ſūt cū diſputat: tres quoq; he ueritates neceſſarie ſūt in ipſa. Et q̄a diſputat ſēper ē dū tacemus: & dū dormimus: tota. n. hoīs uita perpetua quedā rōcinationo eſt. Itarco ſēper ſūt ille ueritates i ratione. Que ſēper (ut ita loquar) & ueridica eſt & uerifica. Veridica i primis tribus ueritatibus q̄ neceſſarie per ſe ſūt: ē ſi rō nihil egerit. Verifica i tribus aliis: q̄a rō neceſſitatē quādā illis iponit: per poſitiones: conditiones: demōſtrationes: ſiue per quolibet alios argumētādi modos. Contigit. n. hoc aial uiuere: nō tamē dū uiuit contigit uiuere: ſed ē neceſſariū. Contigit hūc hōiem moueri. Nō tamē ſi currat: imo ſeq̄ neceſſario. Contigit hoc caput eſſe hoc corpore minus. Sed poſitis ab aīo prioribus illis duabus ppoſitionibus: ē neceſſe. Quāuis i ipſa ſpēcapitis & ſpē corporis nunq̄ id ſit cōtingēs. Si rō in aliis neceſſariā ueritatē capit. In aliis ipſa facit: & capit ſēper & facit: q̄s negabit i ea eē perpetuā ueritatē. Immo q̄s negabit eā eſſe neceſſariā? Poſtq̄ que p ſe neceſſaria ſūt ita ut ſūt accipit: neq; mutat. Que uero nō ſūt p ſe talia ipſa uirtute ſua efficit neceſſaria. Et multo magis neceſſaria ē: q̄ oīa q̄ poſitiōibus: cōditiōibus: argumētatiōibus neceſſaria efficiūt ab ipſa. Ipſa igit̄ absolute ē neceſſaria ſerme ut p̄cipia illa diſciplinatū definitiōes

pprietateſq; ppetue. Quapp humana rō uel neceſſario fuit ſēper & erit ut illa: uel ſaltē neceſſario ſēper erit. Nā qd prohibet fore ppetuā rōnē? Cuius perēnis actio nihil eſt aliud q̄ ex absoluta eternitate firmiter itra manēte relatiuā eternitatē tēporalibus q̄buſlibet cōtingētibusq; preſtare: atq; ex neceſſariis & cōtingētibus ſeriē unā digerere neceſſariā & ppetuā. Si erit ſemp/ uiuet & ſemp. Nō. n. ē rō niſi uiuēs & i uiuēte.

Obiectio ſcepticorū & reſpōſio q̄ aliqd certū ſciaſ. Ca. vii

n. Eq̄ audiēdi ſūt ſceptici: ſi negauerit in aīs noſtris eē ueritatē: q̄a uideant̄ de ſingulis dubitare. Non. n. de oibus dubitat aīus ut apparuit i oibus neceſſariis ueritatibus q̄s narrauimus: & ſimilibus. Hoc mihi cādīdū uideri ſcio. Hoc mihi iocūde olere ſcio. Hoc dulcē gūſtū attingere ſcio. Qui ſneſciat ſūmū bonū eſſe: quo nihil preſtārius? Et eē uel i hoīe uel extra hoīem: & ſi i hoīe/ uel i aīo uel i corpore uel i utroq;. Quis nō certe ſciat deū eē uel nō eē? & ſi ſit oportere unū eē uel plures: & ſi plures/ aut finitos numero aut i finitos. Oportere deū eē corporeū uel icorporeū. Ac ſi nō ſit corporeus: eē neceſſario icorporeū: Itē regulas multas aſtologie & medicine certas eſſe declarat effectus: ut arithmeticas & geometricas pretermittā: q̄bus nihil ē certius. Et qd̄ maius ē ſi quādo aīus de re aliqua dubitat: tūc ē de multis e certus. Nā ſe tūc dubitare nō dubitat. Ac ſi certū hēt ſe eē dubitatē a ueritate certa id hēt certū. Quippe q̄ ſe dubitatē itelligit uerum itelligit. Et de hac re quā itelligit certus ē: de uero igit̄ ē certus. Atq; oīs q̄ utrū ſit ueritas dubitat: i ſe ipſo hēt uerū: unde nō dubitet. Nec ullū uerū niſi ueritate uerū ē. Nō igit̄ oportet eū de ueritate dubitare qui potuit ſiuecūq; dubitare: ut Auguſtinus inq̄t. Prefertī cum nō mō ſe dubitare itelligat: ſed q̄ hoc itelligit aīaduertat: & q̄ aīaduertit agnoſcat: ac deiceps in i finitū. Diſcernit preterea dubiū aīum ab idubio. Nec eū latet q̄to ſatius foret nō dubitare: & q̄ ardēter cupiat ueritatē Certitudinē cū dubio cōpat. Quo ſit ut de utriſq; ſit certus. Eſt iſup certus ſe iueſtigare/ ſerire uiuere. eē. Si qdē nihil dubitat q̄ nō ē uiuit/ ſerit: & iueſtigat. Certus quoq; ē ſe nō eē primā ueritatē: q̄ppe cū ipſa de ſe nō dubitet. Scit eā dubitatiōe & errore nō implicari. Scit oportere ſe in iudicādo falli/ aut nō falli. Scit ſiue fallat̄ ſiue nō fallatur dum

iudicat se proculdubio uiuere. Postremo nō ignorat esse extra aīum suū aliqd aliud ī natura qđ ipsi iſerat dubiū. Tales quedā certe ueritates in ipsa ēt dubitatiōe p̄spiciunt. Quo amonemur ut Aristonem: Pyrronē: atq; Herillū nō metuamus. qui dū opinant̄ nihil a nobis uerū sciri/ipsi p̄culdubio sciunt opinionē hāc suā oportere aut uerā esse aut falsā. Sciūt si uera ē/nō nihil ab hoīe uerū intelligi. Sciūt si falsa ē/opinionē eis oppositā esse uerā. s. aliquid ab homine uerum sciri.

Obiectio peripateticorum & responsio q̄ ueritas
animum familiariter habitat Cap. viii.

¶ Ed nūquid meruēdi p̄paterici sūt? qui negāt familiariter habitare in aīo ueritatē/ex eo qđ tā pauci eius p̄iti eē uideant̄: & quisquis eā nouerit tanto ab infātia tēpore fuerit indocrus. Certe nō eē timēdos. Augustinus ubi mētē Platonis exponit ita testat̄. Aut ē aliquid in aīo/ quod ī presētī cogitatiōe nō ē. Aut non ē ī musico aīo ars musica cū de sola geometria cogitat. hoc at̄ falsū ē. Illud igit̄ uerū. Nō at̄ qcq; se hēre aīus sentit: nisi quod ī cogitationē uenerit. Pōt igitur aliqd esse in aīo/ quod eē in se aīus ipse nō sētiat. Id at̄ qđ diu sit/ nihil interest. Nā si diutius fuerit ī aliis aīus occupatus/ quāuis intētionē suā ī ante cogitata facile possit reflectere/ obliuio uel imp̄itia noīatur. Sed cū uel nos ipsi nobiscū rōcinātes/ uel ab alio bene īterrogari de q̄bus dā liberalibus artibus uera p̄cipimus/ ea que inuenimus nō alibi q̄ ī aīo nostro inuenimus. Nā ob id ipsū oportet aīum ad hec inuenienda relictis externis secedere in se ipsū. Neq; idē est iuenire quod facere: aut gignere. Alioqn eterna gigneret aīus inuentione tēporali. Nā eterna sepe inuenit. Quid. n. tā eternū q̄ circuli rō? Vel si quid aliud ī huiusmōi artibus neq; non fuisse aliquādo/ neq; non fore cōprehēditur. Hinc manifestum est immortalē eē animū humanum: & omnes ueras rationes in secretis eius esse: quāuis eas siue ignorantia siue obliuione aut nō habere/ aut amisse uideatur: fac te aliquid esse oblitū. Aliosq; te uelle quasi in memoriam reuocare. Dicunt ergo illi: nūquid nam hoc est? Aut illud diuersa uelut similia proferentes. Tu uero nec illud uides quod recordari cupis: & tamen uides non hoc esse quod dicitur. Nūquid nam tibi cum hoc euenit integra uideretur

11
obliuio? Nequaq;. Nā ipsa discertio/ qua nō admittit̄/ qđ falso ammo ueris pars quedā recordationis ē. Tales ergo nōdū uerū uidēt: falli tamē decipi q; nō possunt: & quid querunt/ satis norūt. At si tibi quis sp̄iam dicat/ te post paucos dies risisse/ q̄ natus es/ non audes dicere falsum eē. Et si auctor sit cui fides habēda ē/ nō recordaturus/ sed crediturus es. Totū. n. tēpus illud ualidissima tibi obliuioe occultū ē. Hec igit̄ ab illa obliuione plurimū differt: sed illa media ē. Nā ē alia recordatiōi reuisēdeq; ueritati p̄pior atq; uicinior. Cui simile ē quando uidemus aliquid: certoq; agnoscimus nos id uidisse aliquando. Atq; nosse affirmamus. Sed ubi aut quādo aut quomō aut apud quē nobis ī notitiā uenit/ satagimus reperere atq; recolere. Ut si de hoīe nobis cōtigerit ēt q̄ramus ubi eū nouerimus. Qđ cū ille cōmemorauerit repēte tota res memorie q̄si lumē īfūdīt: nihilq; ā plus ut reminiscamur laborat̄. Tales sūt q; bene disciplinis liberalibus eruditi sūt. Siquidē illas sine dubio ī se obliuione obrutas eruūt discēdo/ & quodāmō effodiūt. Nō tamē cōtēti sūt neq; se cōtinēt/ donec totā faciē ueritatis/ cuius qđā ī illis artibus iā splēdor subrutit/ latissime atq; planissime īueantur. Sed ī his qđā falsi colores atq; forme uelut ī speculū cogitatiōes effūdūt: fallūtq; īqrētes sepe/ ac decipiūt: purātes illud totū eē qđ norūt: uel qđ īqrūt ipse sūt ille imagies magna cautiōe uideat̄/ qđ deprehēdūt fallaces cū cogitatiōis uariato q̄si speculo uariat̄ cū illa facies ueritatis una & imutabilis maneat. Quāuis. n. alterius atq; alterius magnitudinis quadratū sibi cogitatio depigat/ & q̄si āte oculos preferat/ tamē mēs ītenor q̄ uult uerū uidere/ ad illud se potius cōuertit/ secūdū qđ iudicat oīa illa eē qđdrata. Quid si q̄sp̄iā nobis dicat secūdū ideā iudicare qđ uidere oculis solet? Quare ergo dicit/ si tamē uere erudita ē/ pilam uerā uera planitie p̄c̄to rangi: Quid tale unq; oculis uidit/ aut uidere pōt/ cū ipsa imaginatiōe cogitatiōis fingi qcq; huiusmōi nō possit. An nō hoc p̄bamus/ cū ēt minimū circulū imaginādo aīo describimus: & ab eo lineas ad centrum ducimus? Nā cū duas duxerimus iter quas q̄si acu uix p̄gi possit alias iā ī medio nō possumus ipsa cogitatiōe imaginaria ducere: ut ad cētrū sine ulla cōmixtione pueniāt: cum clamet ratio innumetabiles posse duci

ita ut i oī earū iteruallo scribi ēt circulus possit. Hoc cū illa phantasia implere nō possit magisq; ipsi oculi deficiāt / siqdē p ipsos ē aīo itusa manifestū ē & multū eā differre a ueritate / & illā dū hoc uideēt / nō uideri. Idē cōrigit quādo rō lineā diuidit i infinitū: qđ neq; cernit sēlus neq; assequit phāntasia. Ex oibus iis Augustinus cōfici arbitrat / qđ & Plato i epistola ad syracusanos docet / ut ueritates ipse rerū mēte nostrā familiariter habitēt: ostēdātq; sua illā familiaritate ppetuā.

DVODECIMVS LIBER.

Rationes multe & signa.

Mens humana intelligendo mēte diuina format.

P Lato phōrū pater i epistola ad syracusanos de cōpanda sapiētia disputās / qnq; inq; potissimū ad rei cuiusq; sciētā cōcurrere oportere. Nomen: descriptionē: idolū: formulā: & ideā. Exemplū de circulo sicut ipse ponamus: ut idē de ceteris oibus arbitremur. Animus noster ad sciētā circuli cōmonē se penumero p auditum: quādo audit rū nomē hoc circulus rū circuli descriptionē huiusmōi. Circulus ē figura reflexa: q̄ æquis interuallis undiq; distat a medio. Amoneēt quoq; p uisum: quādo circulū uel torno factū ex ligno uidet uel i panere signatū. Qui nō uerus ē circulus / quoniā nō pfectus: sed uerū idolū & simulacrū. Per hec tria cōmonitus aīus auidus ueritatis eruit i actū ingenitā sibi circuli formulā. Per quā uelut caracterē ad ipsā circuli ideā in mente diuina uigentē aciē dirigit. Que quidē directio ē sciētia circuli. Ostendit at i ea epistola Plato aīum corpore clausū / nō posse ad ideā absq; quatuor illis gradibus surgere. Quia oportet illū iam diu infra se lapsū / pnmū p illa tria i se reuerti. Deīde p formulā quā i se hēt / supra se ipsū ascēdere ad ideā. Sicut. n. forme rerum a mēte diuina i materiā p itimā aīe uirtutē traiciūtur. i. per semina formatū uirtuti huic infusa / ita a formarum corporalū pceptione nō fit transitus in diuine mētis ideas / nisi per summā aīe ptē. i. p innatas formulas idearum. Ut a formis corporis que oīo rēporales sunt: q̄a tam eēntia q̄ affectione mutantē transcen-

dañ in formas diuine mētis eternas oīo: q̄a nulla ex parte mutantur p mentis humane formas / partim eternas / prim ēt rēporales: q̄a per essentiā manēt: p affectionē uero ex habitu uertunt in actū atq; cōtra. Merito. n. faber q̄ materiā formaturus ē ipse disponit. Iccirco mēs illa sublimis mēte nostrā p ideas quotidie formatura / ad hāc formationē olim disposuit eā per caracteres idearū. Signauitq; quēadmodum ppheta canit sup nos uultus sui lumē / ut lumē in suo lumine uidere mus. Videlicet: ut per formulā oportune excitatā / idea nō aliter accēdere i mēte / q̄ aut ignis per sulfur i ligno: aut per naturā perspicuā serenāq; i aere lumē. Et q̄a sicut natura ad suā se hēt materiā / ita pene deus ad suā. Natura uero celestē (ut qdā purāt) materiā semel cūctis formis ornauit. Elementalē singulis momētis exornat / ideo p̄babile ē deū quoq; materiā / ut ita loquar / angelicā semel ideis oibus impleuisse. Animalē implere quotidie. Huic aut platoniorū mysterio similis ex quadā parte uideēt eē Auicēne Algātelisq; opinio. Opinānt. n. materiā rū elementalē rū intellectualē sub luna diuine cuidā mēti tāq; formatrici subesse. Cuius instrumenta sint ad elementalē materiā disponēdā forme corporee: sed ipsa tandē preparare materie substantiales imprimat formas. Similiter humanā mēte per imagines corporū per sensus phantasiāq; accepras ita sepe disponit / ut i diuinā illā itelligētiā se conuertat. Atq; ab illa quatenus conuertit / eatenus formari quotidie. Neq; aliud qcquā eē qđ intelligere dicimus / q̄ ab itelligētia diuina formari. Qđ at dicimus meminisse id eē / uidelicet / habitū iā contraxisse quo facile ad diuinā mēte p arbitrio conuertamur. Sed mirtamus arabes in presentia quauis platonis satis amicos. Ad platonica redeamus. Quod autem res uere cognoscere nequeamus / nisi formemur ideis / his rationibus Plato sibi persuasisse uidetur. Prima. Nomen circuli mutabile est. Potest enī usu lingue uariato aliter appellari. Si est ita / descriptio quoque mutabilis est: que componitur ex nominibus. Idolum quoq; mutabile. Pōt enī ligneus circulus destrui: & q̄ pictus ā aboleri. Formula quoq; ex eo mutabilis: q̄ ex potētia siue habitu migrat i actū / deq; actu rursus i habitū. Illud at qđ p sciētā circuli cōprehēdit: ē pētus i mutabile: quoniā & uniuesale ē:

& nō pōt aliter se habere. Quapp̄ idea immutabili opus ē ad rōnem circuli immutabilē comprehendēdā. Secunda. Circulus q̄ uel torno fit uel pingit̄/nō ē purus: quia nō nihil recte figure habet ammixtū. Similiter phantasia que seq̄t̄ illius aspectū purā rōnē circuli nō asseq̄t̄ que ē a figura eius opposita/penitus segregata. Ratio quoq; si phantasia auscultauerit fallit̄. oportet ergo ut ad purā ideam recurrat quā cernat purū. Tertia. Scientia uera circuli in eo consistit/ut quid sit circulus cognoscat. Quatuor uero illa qualitatem potius significāt q̄ substantiam: quia & ipsa sunt qualitates. Quarta. Verus p̄fectusq; cognoscendi modus modum sequit̄ essendi. Itaq; sicut tam circulus q̄ relique rerū spēs a mēte diuina p̄ earum ideas concipiunt̄: & patiūt̄ sic a sequentibus mētibus p̄ eadem cognoscēde uidētur. Ut omnes scientie primā pro uiribus scientiā imitent̄. Veritas rei create in hoc uersat̄/ ut idee sue respondeat undiq;. Scientia uero in hoc precipue: ut mēs congruat ueritati. Non pōt autē rei ipsius ueritati quadrare/nisi idee quoq; quadrat: in cuius congruitate sita est ueritas. Ut ita per ideam que rei causa est/rem cognoscat: siquidē uera scientia ē p̄ cām. Ideo iohannis euangeliste theologia que ideam appellat rōnem diuinā eam ipsā rōnē uocat ueritatē. Quia p̄ eā res & uere subsistāt: & cognoscan̄ uere. Quinta. Intellectus quelibet createa in ipsorū rōnibus absolutis intelligit & diiudicat. Et sicut plerūq; eadē sensibilia natura sua omnibus sentientibus presto adsunt: neq; mutatis istis illa inde mutant̄/ita eedem intelligibiles rōnes ubiq; & semp̄ cūctis ratiocinantibus sese mōstrāt: manētq; stabiles i se ipsis/dū ratiocinantū animi magis minus ue ad illas accedunt. Rationes huiusmodi creatis oibus prestantiores sūt/nō ob id solū/ q̄ p̄ ipsas tanq̄ regulas createa queq; p̄ban̄ reprobant̄ ue: Sed ob hoc insup̄ q̄ rum pp̄ amplitudinē rū pp̄ simplicitatē sūt priores. Quapp̄ i ipso sūt deo: p̄ quas ipse & discernit singula & disponit. Quādo igit̄ intellectus apprehēdit rōnes huiusmōi tūc apprehēdit quodāmō tā deū in quo sunt/ q̄ res quarū ille sūt exēplaria: prius tamē secundū naturalē originē quādam quodāmō apprehēdit deū i quo ille sūt/ q̄ res q̄bus nō insūt/ q̄ uis assint. Neq; incredibile uideri cuiq; debet p̄ incorporalia exēplaria corporalia

17
12
170
quelibet cognosci: potius q̄ conuerso. Nam p̄ imagines sensibiliū spiritales siue i sensibus siue i speculis ille sint/ sensibilia corpora/ nō cōtra scētimus. Qd̄ at̄ ita hac i re decipiamur/ ut dū spiritualia rerū exēplaria intruemur/ sepe intueri solū naturas rerū corporeas arbitremur/ qd̄ mirū? Cū & infantes quādo i speculis uidēt simulacra corporū incorporea/ & sōniātes quādo cogitāt imagines spiritales/ corpora uidere se credāt. Sed de hoc planius i sequētibus. Adde his rōnibus signa duo. Alterū per intellectū. Alterū p̄ uolūtatē. p̄ intellectū hoc pacto. In sp̄i naturalis ceu pulchritudinis cognitiōe/ primo qd̄ descriptiō nē pulchritudinis aliquā singulis rebus pulchris cōem excogitamus. Addimus statim p̄prietates aliquas pulchritudinis a descriptiōe deductas/ has notiōes forsitan cōcedemus posse p̄ formulā pulchritudinis mēti inatā excogitari. Sed quādo i hac ipsa cōsideratiōe diutius imoramur/ inuenimus eā naturā pulchritudinis: quā definiuimus: quā mera sit eē infinitā. Et quā infinita sit/ eē deū. Nullus at̄ sane mētis cōcesserit p̄ formulā terminatā & infra deū i teruallo lōgissimo imo incōparabili: existentē apprehēdi naturā infinitā/ ipsūq; deū. Igit̄ mēs per formulā suā ex habitu eductā i actū/ idee diuine quādā preparatiōe subnectit̄. Cui subnexa supra se surgit. Nulla. n. res supra se unq; attollit̄/ nisi a superiore trahat̄. Quo. n. pacto aqua uolat i aerē? Nisi calore aeris eleuet̄. Facile autem & naturali quodam instinctu ipsa formula cum sit idee radius/ resilit in ideam: tecumq; attollit mentem/ cui est infusus hic radius: qui cum reducit̄ in ideam/ refluit in eam sicut fontē ceu radius repercussus in solē/ perq; nodum huiusmōi unū aliqd̄ ex mēte & deo cōficiē. Hinc paulus diuinus theologus inquit. Qui adheret deo/ unus fit spūs. Signum p̄ uoluntatem hoc est. Mens i clara uentatis cognitione/ tam mirabili uoluptate pfunditur/ ut omnē humane uoluptatis excedat modum. Talem quoq; uire statum uoluntas propter se ipsum appetit solum: alia propter illū. Quali status status eiusmodi i sūma sit arce nature: ultra quē nihil sup̄ sit oprādū.

His rōnibus & aliis pene similibus Plato sibi psuasile uideēt̄ nihil re uera disci posse/ nisi docēte deo. Ideo i eadē epistola inq̄r. Diuina mysteria uerbis doceri nō possūt. At siq; diuissime cū diuinis ueritatē

similemque illis agat uitam subito tandem tanquam ab igne scintillate lumen
ueritatis effulget in animo/sequitur ipsam iam alit. Quod sibi scribit accidisse
Merito quia est in epistola ad Dionysium regem scripserat omnem suae mentis
curam in diuinorum inuestigatione uersari. Quam quidem inuestigationem So-
crates tandem purgatione mentis assecuturam quicquid cupit existimat.
Ideo pretermissa quandoque solita inquisitionis sollicitudine ad moralem
confugit philosophiam: ut mens eius beneficio corporeis discussis nubi-
bus facta serenior diuini solis lumen semper & ubique lucens subito cape-
ret. Quod quidem & Socrates ipse prius deinde Plato imitatione Socra-
tis assecutus fuisse uidetur. Sed ad institutum ordinem redeamus. Plato in
septimo libro de reipublica cum deum bonitatem ipsam appellauisset adiunxit
uix quidem eam percipi posse. Sed hac ignorata nihil aut uere cognosci
aut recte agi uel publice uel priuatum. Quod quidem ab indis philoso-
phis Socratem & Platonem didicisse Aristoxenus affirmat. Idque Socrates
theagi aptissime declarauit. Videlicet a solo deo tam haec quam alia disci
quoadmodum in libro superiore narrauimus. In sexto autem de reipublica. Plato
deum comparat soli: ut in libro de amore exposuimus: Ut quoadmodum
simum in genere sensibilem se habet ad sensus & sensibilia/ita simum in gene-
re intelligibilem se ad intellectus & intelligibilia habeat. Sol oculos
uisuros & colores uisibiles procreat. Tribuit oculis generationem:
uim uidendi & uidendi actum. Quia sine lumine nihil actu uidemus.
Dat rursus coloribus generationem: ac uim qua oculos possint moue-
re: & actum per quem moueant. Sic deus/ut scribit Plato/mentibus essentiam
tribuit. Deinde intelligendi uirtutem. Postremo ipsam infundit intelli-
gentiam. Rebus quoque intelligibilibus prestat essentiam: Vim qua mentem
mouere queat. Et actum per quem moueant. Itaque mentis actum deus cum intel-
ligibilem actu coniungit. Sicut solis lumen/oculi actum cum actu colorum.
Et sicut in uidendo triplex est actus. Motus scilicet coloris. Aspectus
oculi. Fulgor luminis conectens actus reliquos iuuicem. Sic in intelli-
gendo. Vbi actus intelligibilium/ueritas a Platone uocatur. Actus
mentis scientia. Actus utrorumque nodus apud Platonem est deus:
qui efficit/ ut & mens scienter intelligat/ & res uere intelligantur: imo
facit ut ipse intelligatur. Icirco Ioannes euangelista inquit dei mentem

12
171
esse uiam. Veritatemque & uitam. Ac neminem ad deum proficisci nisi per
ipsam. Est enim ueritas rerum intelligendarum. Vita mentis intelligentis. Via
per quam res ipse menti influunt. Et in qua mens rebus fit obuia. Quare
& alibi dixit eos solos ueritatis spiritum uidere posse apud quos & in
quibus est deus. Nam si res bene sub bonitatis ratione uoluntatem mouent
atque ideo bonitas ipsa uoluntatem mouet per bonitatem ad bonitatem: neque
aliud quicquam nisi bonitatem ipsam in singulis exoptamus: sequitur ut quia res ue-
re sub ratione ueritatis intellectum mouent/ ideo ueritas ipsa per ueritatem ad
ipsam ueritatem moueat intellectum: neque aliud quicquam quam ueritatem ipsam intel-
lectus intelligat. Ipsam uero bonitatem & ueritatem esse deum ambigit nemo.
Lucentes oculi luce communi lucetia uident/ aures aere communi aere aerea
audiunt. Veridice mentes ueritate communi uera intelligunt & perueniunt. Vo-
luntates quoque bene ipsa bonitate communi afficiuntur ad bona. Et sicut oculus
solis lumine illustratus in eo corporum colores intuetur atque figuras:
neque aliud quicquam re uera nisi lumen ipsum uidet: licet uideatur uaria intueri/
quia lumen ipsi infusus uariis fulget splendoribus/ per uariis corporibus
in uisum reflectitur. Atque hoc quidem lumen in corporibus reflexum oculus
percipit: Ipsam uero in fonte suo lucem minime subtrahit: ita mens nostra/ dei
radio illustrata in eo ipso intelligit rerum omnium rationes: quantum fons est deus
& quae deus ipse sunt. Ideo & per dei lumen intelligit. Et ipsum diuinum
dumtaxat lumen cognoscit. Diuersa tamen uidetur cognoscere. Quia sub
diuersis rerum inde manantium ideis & rationibus ipsum intelligit. Quamuis
autem per dei lumen quotidie omnia cognoscamus: & ipsum quoque lumen sub ra-
li aut tali rerum figura refulgens gradatim percipiamus/ per uiam tamen
dei lucem ab ideis omnibus absolutam/ & in suo fonte penitus infinitam
non prius uidebimus quam eum mentis purissime statum adipiscamur: in quo
lumen ipsum unico intuitu cunctarum simul idearum splendore refulgens contue-
amur. Tunc ut inquit prece ille ueritatis insignis Ioannes euangelista: Vi-
debimus deum sicuti est/ quia deum cognoscemus ut deum. Nunc enim forma-
ti. hac idea uel illa uidemus eum/ ut spiritum hanc rerum aut illam. Quamuis & in
hac uita secundum Ioannem theologi filii dei sint. quia per diuinas ideas
quotidie reformantur. Quarum idearum series ab eo uocatur. Ratio dei. Vita re-
rum omnium. Lumen mentium/ non angelicarum modo sed etiam humanarum

Humanarum inquā omniū: quia ita illuminat oēm hominē ueniētē
i hūc mūdū ut quicquid itelligit quisq; in ipso intelligat/ & p ipsū. licet
tenebrosas mentes ipsum nō cōprehendant: q̄a non agnoscunt se oīa
uidere per ipsū. Iste quidē uocē diuini spiritus ubicūq; uult spirantis
audiunt. Nesciūt autē unde uox illa ueniat/ quo ue rēdat. Cū hec theo
logi prisci cognoscerēt philosophiē studiū semp cū religiosa pietate
iūxerūt. Prīcipio Zoroastris philosophia ut restat Plato nihil erat ali
ud q̄ sapiēs pietas cultusq; diuinus. Mercuri quoq; trismegisti dispu
tatiōes oēs a uotis icipiūt: & i sacrificia desinūt. Orphei ēt aglaophe
miq; philosophia in diuinis laudibus tota uersat. Pythagoras a ma
tutino hymnorū factorū cantu philosophiē studia incohabat. Plato
nō in dicēdo solum/ sed ēt in cogitādo exhordiri a deo precipiebat i
singulis atq; ipse semp exordiebat a deo. Sed redeo parūper ad Py
thagoram. Hic cū inuenisset latus recti triāguli longius tantū posse/
quātū duo reliqua simul iuncta ecatomben deo suppliciter immola
uit. Vtpote qui itelligebat nihil usq; ueri sine sūme ueritatis lumine
posse uideri. Hinc deniq; fingitur minerua sapiētie dea solo iouis ca
pite nata. Hinc & illud. Ab ioue principiū muse. Iouis oīa plena.

Questio prima de ascensu ad deum quomodo mens
in diuinam eleuatur ideam. Cap. ii.

Res hic questiones subornuntur. Prima quo pacto mēs in diui
nā eleuetur ideā. Secūda quā ob cām in eo statu deū nos uidere
nequaquā aiaduertamus. Tertia quo pacto hanc ipsā intelligētiam de
us nobis ifundat assidue: quod Plato i superioribus affirmauit. Ad
primā ita in presentia respondemus. Quādo phātasia excitata p ho
minis alicuius figurā uisū haustā/ simulacro formatur humano/ tūc
humane spēi formula que latebat in mētis arcanis instigata coruscat
& mētis siue rōnis aciem actu format: quā formauerat habitu. Forma
tio talis/ uel intelligētia quedā ambigua est/ uel ortus intelligentiē.
Postq̄ ita satis formata est/ hoīs idea formatur. i. rōne illa p quā deus
hoīem generat. Ita uero mens per formulā hoīs idee quadrat huma
ne/ sicut cera que ab anulo figurata est/ quādo diligēter anulo admo
uerur suo congruit exemplari. Illa ipsa quadratio uera & distincta

12
172
hoīs intelligētia ē. Ideo Plato in conuiuio inquit animū diuinē pul
chritudinis amatorē/ quādo diuinas rōnes attingit tūc nō amplius
simulacra rerū: sed res ueras parere i se ipso: partasq; nutrire familiarē
deo fieri: ac pre ceteris immortalem. Sed nullus hoc arcanū lucidius q̄
Ioannes euangelista reuelasse uidef: qui mentē hoīs quando uerū
aliquid attingit/ non dicit ut solēt alii/ uidere rē aliquam ueram: sed
facere ueritatē. Quia. s. re ipsa assequit/ ut deus qui ipsa ueritas ē/ q̄si
forma eius efficiat. Tūc. n. mēs ideam induta/ fit ipsa ueritas rei illius
que p talē est ideā creata. Quod oēs faciūt cōrēplantes: quos inquit
Ioannes de plenitudine diuine rōnis accipe: quia. s. quisq; uere cōrē
platur spēm aliquā rerū accepit iam i se aliquā ex numero idearum.
Quātū plenitudo est ipsa diuina rō. Consumati uero rheologi mētē/
autē appellat ignitū/ quia sicut aurū formam induit ignis/ p quā cale
fit rarefcit/ & fulget: sic illa mens induta diuine mētis ideas per illas
rū ueritatis lumine claret: tū bonitatis fomite flagrat. Paulus quoq;
apostolus mētē diuinorū cōtemplatricē affirmat tū quotidie renoua
ri: tū in eandē cum deo imaginē trāformari: tū unū cum ipso spiritū
fieri. Trismegistus similiter ait ex mēte pura & diuinitate quodāmō
unū spiritū coalescere. Et platonici omnes probant in rōnibus contē
plandis diuinā rōnē tactu quodām mētis substāiali potius q̄ imagi
natio tangi: unitatēq; mētis propriā deo rerū oīum unitati mō quo
dā inextimabili copulari. Quod Plato in phedro & i epinomide &
alibi sepe cōfirmat. Presertim quādo in phedro diuinorū ait cōrēpla
rorē a reliqs segregari. Purgari prorsus: herere deo: impleri deo: & in
epinomide animum contemplatione perfectum penes diuinā unita
tem unū prorsus euadere. Idem in libris de repu. censet.

Questio secūda. Quā ob causam in eo statu deū nos
uidere nequaquā aiaduertimus. Cap. iii.

De questionē secūdā ita possumus respōdere. Sicut oculus p spe
tiē coloris formatus uidet colorē. Spēm uero p quam uidet nō
cernit: sic forsitan intellectus quodāmō formatus idea/ per hāc statū
spēm ipsā naturalē intelligit/ que p talē facta fuit ideā. Ideā tamē ipsā
nōdū pspicue intuetur: imo non agnoscit: licet intueat. Fortē uero sic

accidit in contēplationis quadrationisq; initio. Sed quādo pergit in contēplando cōgruitq; magis. Ipsā quoq; ideā suspicit clarius agno scitq; sed ubi eā suspiciat/nōdū discernit. Sicuti. n. pueri dū figuras suas in eo solis fulgore: qui ambit supficiē aque pspiciūt eas nō ī extrī seco lumine: sed in aque fūdo se putant uidere / ita mēs adhuc rudis dū rōnes rerū in sublimi uidet deo. in se aut ī rebus aliis uidere se putat. Prefertim cū rō rei naturalis ī deo/uerbi cā/rō aeris/ non deū referat prorsus ut deū: & ut principiū uniuersi solutū ac liberū/ sed ut exēplar aeris: quo fit: ut mens quādo rōne ipsa diuini aeris circūfundit/ deū itelligat nō tanq̄ deū sed tanq̄ aerem: deū nāq; uidet aereū: id est ad naturā aeris circūscriptū. Angeli uero q̄ cūctis simul formā ideis: per ipsā idearū oīum cōgregationē / fontē uniuerse nature cōspiciūt. Sic. n. diuine substantie nō ex quadā ipsius pre ut nos sed toti ferme se ipsos insinuant. Iccirco ubi illas uideāt aiaduerrūt. Idē cōtinget & nobis/ quādo in deū penitus reformabimur. Nūc uero nō aliter ī hac re pene oēs decipimur q̄ plebei qui cū multa nocte ad lunā uideant aiunt se in lumine lune uidere/ cū tamē illud sit solis lumen quo etiā nocte uidēt. Sic ingrati hoīes in lumine pprio e naturali uera se affirmant inspicere que in lumine cōi diuinoq; inspiciunt. Qd̄ si globus ipse solis aut nō exoriret/ atq; occideret/ aut a nobis in sua illa figura nequaq; suspicere/ ita nemo sciret unde lumē hoc mittat ī aerem quo cūcta uidemus/ sicut mō scit nemo unde lux demittat in mentē/ qua cūcta discernimus/ q̄ occultus ē deus unde illa descēdit. Descēdit at̄ ita/ ut sit intelligentie nostre principiū mediū atq; finis. Principiū q̄a sicut ipsius oculi uisio a lumie externo fit tanq̄ uniuersali cā ac ēt a scī tilla quadā interiore ide accēsa tanq̄ cā particulari/ ita ī nobis actus itelligēdi ab ampla dei mēte pēdet & nostra. Medium uero q̄a in ipsa eternas discernimus rōnes/ que in eternitate sunt solum. Finis deniq; q̄a ipsā dūtaxat cognoscimus. Nā eterna cuiusq; rei rō: ī ipsa eternitate nihil ē aliud secūdū essētiā q̄ eternitas. Hic reuelat diuinū illud Platonis nostri mysteriū. Quod ī septimo de rep. legit. Inqt. n. theologū idoneis demōstratiōis fūdamētis & gradibus ascēdere usq; ad principium uniuersi: tangere ipsū atq; tenere. Adherētē semp̄ his que

12

adherent principio. Quippe qui nullis sensibiliū rerū corporeis gradibus ad id cōtendat: sed ipsis spēbus p ipsas ad ipsas potius innitatur quousq; ad spēm finē uniuersi pueniat. Breuis horū uerborum explanatio erit huiusmōi. Theologus tū agēdo tū disputādo purgat a corporeis affectibus aiām. Segregat rōnē a fallacibus rerū sēlibiliū coniecturis. Inuitat mētē ut ad ueritatē huiusmōi se gradibus cōferat. Spēbus. i. insitis ab origine formulis: p spēs. i. p formationē q̄ nobis prouenit ab ideis. Ad spēs. i. ad ipsas ideas & rerum naturalū spēs cōsiderādas. Quas spēs adherere inqt deo uniuersi p̄cipio. Ipse. n. fontē ē idearū. Theologi uero mētē illis. Adherere. i. illis se formādā insinuate p quā insinuationē inqt deū rāgere. i. diuina mēte formari. Adiūxit & tenere deū: duabus ut puto de causis. Tū q̄a mēs ubi semel ita cepit/ forte nūq̄ talis uite statū penitus itermittit: tū q̄a postq̄ mēte diuina multis ex p̄ibus iā mēs nostra formata ē/ diutius cōtēplādo: īcipit usq; adeo sup hoīem sape/ ut se & p deū & deū & ī deo cōtēplari nō nesciat. Vocat at̄ hic deū noibus pluribus: p̄cipiū: finē: spēm. P̄cipiū q̄a ab ipō oīa. Et q̄a ab ipō exordiū sūmit itelligētia: finē q̄a ad ipsū & itelligētia & oīa termināt. Spēm tū q̄a ipse ē actus/ q̄ res oēs dū ab ipso tāq̄ p̄cipio pcedūt/ format & facit: atq; eadē dū ad eūdē tāq̄ finē cōuertūt/ reformat & pficit. Tū q̄a ipso mēs queq; format/ dū itelligit ueritatē. addidit deo nomē quartū. s. ipsū bonū uel bonitatē ipsā. Propriū boni ē q̄ se diffūdat: q̄ res alliciat: q̄ pficiat. Deus se diffūdit/ res pducēdo: alliciat cōuertēdo: pficit formādo procedētia: reformādo cōuersa. Pōnit at̄ ipsū bonū supra mētē & sup essētiā. Sup mētē. s. eā que est inuisibilis oculus ueritatis capax/ audus bonitatis. Nā deus nō capax ueritatis dicit/ nō cupidus bonitatis. Sed est ipsa ueritas atq; bonitas. Pōt aut̄ secūdū excellētiorē sensū uocari mens/ tū q̄a diuina ueritas sui ipsius nō ē ignara: tū q̄a exuberātia quadā diuine bonitatis mētes inde effluūt plurime. Sup essētiā quoq; eā locat̄ deus que ē ipsius esse subiectū. Quinetiā locat̄ sup eē illud qd̄ ē actus essētie. Talis. n. actus q̄a potētie passiue misceat̄ impurus ē & finitus. Vocat̄ tamē a pipateticis eē quātū ipse ē purus & absolutus actus p que omnes essētie actū essēdi suscipiūt Plotinus aut̄ & Proclus ipsū

unum bonūq; super ens his rationibus collocant. Vnius bonūq; ipsi
us influxus latius sese propagat q̄ entis influxus. Materia siquidē i
formisq; potentia magis unius bonūq; particeps est dicēda q̄ entis.
Siquidem esse fit per formam: materia uero est iiformis: una tamē ma
teria dicitur & auida boni. Atq; hanc argumentationem a Dionysio
areopagita accepisse uidentur. Preterea quēadmodum non idem est
multitudo atq; nihilum ita non est idem ens ipsum atq; unum. Neq;
tamen pariter disposita sunt: ens quidem hinc & inde unum: ne duo
rerum principia stulte ponātur. Neq; rursus ens super unū: siquidem
unum particeps fieret entis: neq; amplius unū: sed duo. i. unū simul
ensq; foret. Sequitur igitur ut super ens sit unū. Deniq; quāto simpli
cius quiddam significat unitas: q̄ ens in quo essētia & esse claudun
tur: tanto magis primo rerum principio congruit. Neq; segregari per
mittunt esse alicubi ab essentia: ne proprius actus usquam a propria
potentia segegeat. Neq; mirū cuiq; uideri uolūt q̄ p̄cipiū rerū nomi
nēt unitatē. Sic. n. distigūt. Aut noīandū ē unitas: aut multitudo: aut
ex utrisq; cōpositū. Sed nō cōpositū. ne ab illo dependere cogāt: q̄ di
uersa i unū conciliauit. Nō multitudo unitatis ex p̄s: q̄ & ipsū omni
uitute: & uniuersum omni unione careret. Rursus i principio oīum
omnis esse debet potētia. Ergo si ipsū multitudo ipsa sit: quatenus i
multitudinem quelibet laberentur: eatenus potentiora euaderent.
Quoniā uero quatenus ad unitatem accedunt: eatenus ualentiora
sunt: atq; contra: sequitur: ut principium rerum proprie sit unitas ap
pellandū. Deniq; cum unione quadam proprie singula fiant seruen
turq;: quis non uiderit: unitatem ipsam esse cām: omnia faciētem atq;
seruantem? Item bonum omnia simpliciter appetūt. Esse uero nō sim
pliciter: sed bene esse dūtaxat. Forte etiam si bene esse omnino neque
ant: esse non appetēt: ut probat Olympiodorus. Vt pote que esse ap
petāt gratia boni. Bonum igitur cum finis sit ultimus: nimirum: pri
mum omnium est principium. Si super ens existit: multo magis sup
uitam atq; mentem. Quando uero unum bonūq; dicūt: idem semp
intelligunt. Sicut enim in ordine rerum bene esse in unione consistit:
quoniam malū dissensione & diuisione contingit: sic & super ordinē

12

174

uniuersi idem est unum ipsū atq; bonum. Cuius splendor est pulchri
tudo que nihil est aliud q̄ multarū rationalis ordo formarū in mēte:
aia: natura: materia inde refulgens. Supra quam pulchritudinem esse
unum probāt: quia illa composita sit. Rursus super eam esse bonum
quia omnia & semp bonum appetūt. Pulchritudinē uero sola que co
gnoscut eam: & postq̄ eam nouerint. Item pulchritudinem gratia bo
ni desideramus sperātes uidelicet profuturam. Postremo bonum re
uera habere uolumus. Sepe tamē nobis satis est factum si palam pul
chritudinem uideamur habere. Beati nimiū quos uniuersi pulchri
tudo: boni ipsius splendor in ipsum bonum amore transformat. Pre
sertim quia dum transformat in bonū: pariter reformat in unū. Ideoq;
ipsi bono coniungit i unū. Siquidē ipsū unū bonūq; tanq̄ idem & p
oīa & super & i fra pariter dilatātur: pariterq; ab omnibus etiā sine co
gnitione naturali desiderio appetunt. Neq; differre inter se tanq̄ duo
quedam equaliter disposita possunt. ne duo rerum p̄cipia sint: neq;
unum super bonum esse potest. ne qd melius oprabiliusq; bono esse
dicatur. Neq; rursus bonum super unum. ne quod bonum dicit: desi
nat esse bonum. Vnum ergo bonūq; sūt penitus idem. quādo equali
ter appetunt: quēadmodū diuisio atq; malū tanq̄ idē equaliter fugi
untur. Beatus q̄ bono prorsus unī. Vniāūt non intellectuali uirtu
te proprie. Hec. n. cū sit multiplex atq; i fra intelligibile collocēt: neq;
cōgruit unitati: neq; quod intelligibile. i. ens uniuersū supereminet:
attingere potest. Adde q̄ cum unum bonūq; i nstictu quodā antecē
dente intelligentiam appetatur: consequens est: ut tactu quodam su
per iutelligentiam attingatur: tactu: ut ita loquat: unifico: per unita
tem uidelicet nostram que intelligentiam superat: animāq; ipsam ip
si rerum omnium unitati bonitatiq; non imaginaria intelligentie co
pula: sed uera substantie ipsius unione coniungit. Vnde non leuis
quedam & extrinseca particularisque letitia sequitur: quasi uidentis
bonum uel audientis: sed uehemens intrinseca uniuersalis uoluptas
efficitur quasi gustus tactusque intellectu superioris suauitatem ipsā
intelligibili superiorem gustantis iam penitus atque tangentis. Pro
fecto naturalis sitis liquorem appetit prius q̄ sensu sitre nos agno
y iiii

scamus. Ac postquam agnouimus rursus appetimus. Appetitus qui sensum sequitur imaginarius est: & a substantia nostra remotior. Antecedens uero substantie intimus. Quam ob rem cum liquorem gustu consequimur / non sequentis proprie / sed antecedentis appetitus uirtute complectimur: & in substantiam nostram perfecte transferimus. Similiter non tam appetitio que mentis actionem sequitur / quam que precedit tanquam principium motus motionis fine perfruitur / dum substantiale conficit copulam. Ideoque uorum sola penitus implet.

Questio tertia. Quo pacto deus nobis intelligentiam infundit assidue. Cap. iiii.

f Ed hinc iam ad questionem tertiam descendamus. Hunc esse Platonis nostri sensum arbitror / quando scribit & intellectui scientiam & intelligibilibus ueritatem ab ipso bono infundi / quod uidelicet beneficis ille & uiuificis actus omnium qui deus est ambit opera sua semper / ac se inserit uniuersis. Potissimum uero lucens in mentis arcanis / tum eius aciem purgat / acuit / illustrat / accendit assidue / tum formulas infinitas menti uiuificat: ita ut quoties cutis uacui animum ad ueritatis indaginem applicamus / formule ille deo uiuificatione uiuaciores effecte promptius palam erumpant / ac mentis acies deo irradiate succesa lucidius ardentiusque inspiciat. Vbi ad ipsum intelligendum actum deus se habet tanquam agens primum atque commune. Formula tanquam agens proprium atque secundum. Simulacrum tanquam incitamentum. Mens tenet mater locum. Sed hanc rem exemplo consideremus / ut planius uideamus / qua ratione actus intelligendi in nos descendit ex deo. Si deus ad creandam mentis ideam in se uigentem mentem nostram temperat procreando / & secum maxime configurat / atque ex lyra in lyram similiter temperat motus sonusque transit / quid mirum sonante diuina mente intelligendo mentem hominis consonare? Efficit faber aliquis specula mille. His factis dispositisque in ordinem sese obicit. In mille speculis mille fabri resultant imagines. Mouet quandoque faber se ipsum hunc in modum: ut oculum suum ad reliqua membra sua circumspectanda conuertat: & membra per ueribus conuertat ad oculum. Hos motus imagines in speculis imitantur. Ad motum uiuentis oculi: oculi imaginarii cuncti mouentur. Ad motum

membrorum uiuentium imaginaria membra. Similiter deus animas precreat. Deinde his sese obicit tanquam speculis: per quam obiectionem in singulis imagines fiunt dei. Que quidem imagines mentes ipse sunt animarum ita ut mentes tum multe sint quia multe sunt anime in quibus sunt: tum una cuncte / quia unus est deus: quem referunt. Mens autem queque per uim intelligendi / uim dei refert ideas concipientem. Per formulas autem refert ideas. Hinc etiam propheticum illud quod supra tetigimus aperitur. Signatum est super nos lumen uultus tui domine: & in lumine tuo uidebimus lumen. Nempe deus per uim suam secundam / qua ideas concipit discernendo / uim prestat seruaturque menti: per quam ideas attingat intelligendo. Iterum deus per ideas ipsas iam concepras / & ratione discretas / imprimat & seruat menti formulas idearum. Ad dei motum. id est ad actum dei continuus fit motus in mentibus. Quomodo pacto? Vis que in deo est / ideas concipiens / ad ipsas quodammodo se flectit ideas. Idee ad eam uim mutuo se reflectunt. Interea concordi quadam tempatione contingit / ut uis intelligendi in hominis mentem si expedita sit in deum erecta se uertat ad formulas: & formule ad uim conuertantur intelligendi. Atque ita mentis actus mirabili consonantia dei actus perpetuo imitantur. Quoniam uero uultus in speculo quando uideretur aspicere uultum unde manat / ite uera potius aspiciuntur quam aspiciat. Ideo Paulus apostolus ait. Cum deum cognoueritis immo cogniti sitis a deo. Sic igitur superior anime nostre uultus diuini uultus imitatio a platonice nominatur. Usque adeo ut plotinus Theodorusque asinius & Iamblicus censuerint illam hominis mentem que non humana est: sed diuina in mundo intelligibili uiuere: & operari continue per continuum intuitum idearum. Mouentur autem Plotinum theodorumque & Iamblicum ad hoc due potissimum rationes. Prima: anime supreme mens / quia secundum se intellectualis essentia est / ideo intelligit per essentiam: sicut per essentiam ignis calet / & aqua friget. Licet potentia anime mente inferior / per essentiam non intelligat. Itaque sicut ignis semper calet / ita mens semper intelligit. Obiecta uero intelligentie sunt species ipse rerum eterne. Ac in reflectus intelligendo non obiectorum simulacris fallacibus heret: sed ut uere intelligat / ipsis unitur obiectis. Ergo mens semper est eterna

speciebus unita. Quo fit ut sedulo edem colat eternitatis. Huc illud
Iamblici rēdit. Intellectus nostri eē nō ē aliud q̄ intelligere numina:
putat. n. sicut idē actus ē / quo & sol lunā illuminat : & luna inde illu
minat / respicitq; luminis similitudine solē / ita eūdē eē actū / quo & di
uina mēs creat illuminatq; mētē nostrā : & nostra creat illuminatq; in
de / & intuitu illuc quodā naturali cōuertit. Similiter imago ī speculo
eodē actu uultū respicit / quo a uultu aspiciit. Et sicut aspiciēdo fit / ita
respiciendo seruat. Eadē ē aīe ad deū similitudo. Secūda rō talis: rōna
lis aīa a mētē diuina fit: & iungit corpī. Atq; iter mētē & corpus obti
net mediū. Si solū hereret mētē / uitā corpī nō tribueret. Si solū hereret
corpī / intelligeret utiq; nihil. Ergo heret menti simul & corpī. Sicut
linea que centrū tangit simul atq; circūferentiā. Sicut solis lumē soli
cōiunctū ē simul / diffusūq; p aerē. Atq; ut aīa rōnalis se hēt ad corpus
sic mēs ad aīam se hēt rōnalē. Sed uita ipsa corporalis nihil aliud ē / q̄
actus cōtinuus aīe transfusus ī corpōris huius cōplexionē: ab aīa nō
recedēs. Igit̄ intellectualis anime uita / nihil est aliud q̄ intellectus di
uini pennis actus / ā nexus aīe / nō solutus a deo. Et sicut aīa uite cor
porali semina inserit rerum generādarum / ita deus aīe cognoscenda
rum accendit igniculos. Vita corporalis ē anime rōnalis simulacrū.
Intellectualis aīe uita simulacrū ē uite mentisq; diuine. Corporali ui
te presidet infima pars anime: que est potētia nutriēdi. Si hec infima
pars que corpī iungit / agit semper: & ipso suo esse quodāmodo opera
tur / multo magis suprema potētia que ualidior ē: q̄a suo fonti heret:
ppinquit: opat̄ semper / & p esse suum quodāmodo opat̄. Agit at̄ cir
ca mentem / unde effluit proxime. A mente enim solum mēs effluit.
Mens autem que supra nos ē / quia purus intellectus est / puro intelli
gibili pascitur. i. pura fruitur ueritate. Eadem nostra mēs assidue ue
scitur: si epulis superioris mentis accūbit. Nec iniuria intelligentiā in
anima essentialē / pperuāq; locamus: quia ex eo ē in aīa / q̄ cōuenit cū
pperuis eius essentie causis. Et sicut aīe ingenitus ē appetitus boni
perpetuus atq; eēntialis / ita & ipsius ueri naturalis eēntialisq; intui
tus / siue tactus aliqs potius: ut Iamblici uerbis utar. Tactus inquā
omni cognitione discursuq; prior atq; prestātor. Eiusmōi sniam hac

12
176
insup rōne diuinus Iamblicus confirmauit: Qd̄ quēadmodū rēpora
lia contingētiaq; p temporalē cōtingētēq; cognitionē attingimus:
ita oportet necessaria & eterna p essentialē & pperuā attingere notio
nē: que nō aliter inquisitionē nostrā antecedit q̄ status motū. Tēpo
ralis uero cognitio ita inquisitionē sequit̄ / ut contingēs effectus mo
rum sequit̄ ac tempus. Putāt aut̄ diuinū ipsū mentis actū qui quodā
intuitu & quasi tactu diuinorū fit pp actiōes īferiores nō intermitti
quidē in se ipso / q̄uis quoad aīaduersionem p̄tinet ī uinibus īferiori
bus intermittat. Atq; actus itellectus rōnalis uel rōnis intellectualis
q̄ discursiōe fiūt / pp opationes inferiores soleāt intermitti atq; cōuer
so. Verū cur nō aīaduertimus tā mirabile nostre illius diuine mentis
spectaculū? Forsitan q̄a pp cōtinuā spectādi cōsuetudinem āmirari &
aīaduertere desueuimus. Aut quia medie uires aīe ratio uidelicet &
phāntasia cū sint ut plurimum ad negocia uite p̄liuiores / mētis illius
opa nō dare p̄fētiūt. Sicut quādo oculus p̄fēs aliqd̄ aspicit / phan
tasia tamē ī aliis occupata / qd̄ oculus uideat nō agnoscit. Sed quādo
medie uires agunt oclū defluunt in eas intellectualis: speculationis
illius scintille uelut in speculū. Vnde & uera rōcinatio nascitur ex in
telligentia uera / & humana itelligētia ex diuina. Neq; mirū est aliqd̄
in mētē illa fieri / quod nequāq; p̄fētiāmus. Nihil. n. aduertimus ni
si qd̄ ī medias trāsit uires Ideo licet sepe uis cōcupiscendi esuriat atq;
sitiat / nō prius hoc aīaduertimus q̄ in phāntasiā transeat talis passiōis
intentio. Nōne nutriēdi uirtus assidue agit? Assiduā tamen actionē
eius haud quāq; p̄pendimus. Itaq; neq; pperuā mētis itelligētiā / neq;
ex hoc ē intelligentia illa debilior: q̄ itelligere nequāq; nos agnosca
mus. Immo ē potius uehemētor. Sepe. n. dū canimus aut currimus /
canere nos & currere nequāquā excogitamus. Atq; ex hoc attentius
operamur. Animaduersio enim actionis intentionē distrahit anime:
ac minuit actionem. Tirones in qualibet arte opa eius artis sine attē
tione nō agūt. Veterani at̄ ēt si nō attēdāt habitu quodā & quasi na
tura operantur. Quid prohibet talem esse continuam mentis intel
ligentiam? Quoniam uero lumen lumini iunctum sine confusione
cōspirat in unum. Nam & ubiq; sunt ambo: & alterum secerni potest

ab altero efficitur ut mentes hominum mēri diuine cōiuncte unum quodāmodo fiat cum mēte diuina: & unū inuicem: neq; tamē iter se confundantur: non aliter ac multe lineae a circumferentia in centrum reflexe per pūcta sua medium circuli tangūt pūctum. Ibiq; unū quodāmodo fit lineae cuiusq; punctū cū pūcto circuli medio. Vnū quoq; quodāmodo fiunt pūcta inuicem singula. Et que non discernit situl aut rēpus ratio tamen ipsa discernit. quēadmodū plurime notiones in mēte tum inuicē tum mēri absq; ulla cōfusione coniūcte. profecto sicut sperae minores intra maiore speram centris suis centrum maioris attingunt: ita mētes quasi minores intelligibilis mūdi sperae sub bonitate diuina comprehense tāquā spera maiori/ sub ipsaq; reuolute p pnie per centra sua. i. per unitates suas intellectibus suis prestāiores unitati diuine tāquā uniuersi centro se copulant. Ac si forte disiūgātur circuli/ disiunguntur & centra: utpote que unita fuerāt potius q̄ confusa. Disiungi uero nunq; uult Plotinus: ne eterne mērium sperae minus unite permaneant cum spera ipsarum sūma/ q̄ tēporales uisibilibus mundi sperae/ cū spera maiori. Sed hoc ipse uiderit. Nos autem ad īstitūtū ordinē reuertamur. Ex iis omnibus que ex Platonis & Plotini fontibus hausimus cōcluditur hominis mentē ad mentē diuinā in ipsa sua intelligentia ita ferme compari: quēadmodū materia comparatur ad formā. Sane si mens nostra quotidie formatur diuine mēris ideis/ perq; illas opus proprium agit/ quis non uideat mētem nostram subire diuinam/ ceu materia subit formam? Nec aliter se habere ad diuinas formas q̄ materiam primā ad naturales. Vnde nō minus immortalis debeat esse q̄ illa: presertim quia quanto mens purior est & simplicior corporibus atq; animis/ & ob hoc magis est una tanto ex duabus illis mentibus una congregantibus arctior prouenit copula/ q̄ puenire soleat/ aut ex quibuslibet rebus corporalibus una mixtis aut ex animis inuicē cōcurrētibus: aut ex aīa cum corpore coeūre. Auget huius copule nodū q̄ deus ipsa unitas est & ipsa bonitas. Et cū p unitatis uim rerū oīum copula uniat/ p uim quoq; bonitatis ubiq; attractio fiat & p piquatio/ nusq; unio uerior puenit q̄ ubi mēs cū diuinitate cōspirat. Itē si deus mēri ab ipso p xīe pperuoq; emanāti

12
177
infinita tum puritatis tenuitate intus illabiē / tum uirtutis amplitudine eā penitus implet / presq; mētis quasi iūcturas / ipse tanquā neruus cōnectit intrinsecus inuicē & ad totā/ totāq; eēntiā ipse uelut nodus intimus cū esse deuincit/ ideoq; interior mēri ē q̄ ipsa sibi/ qd mirū/ deū ipsi ī ipsius ītelligētia uniri tanq; formā/ Postq; ī eēntia & uita iā unitus ē/ plus q̄ forma. Signū illius maxime unionis/ hoc ē precipuū / q̄ p uerā ītelligētiā intima substātia rei semp īspiciē utpote que ī rei ideā profūdius penetrauerit / q̄ aut uisus ī coloris spēm: aut in coloris simulacrū phāntasia: cū sensus & phantasia rerū superficies dūtaxat attingāt. Ideo Mercurius inquit. Ex diuinitatis & mētis cōspiratiōe unū spūm coalescere. Et Ioannis theologia docet cōrēplatores diuine rōnis ī unū cum ipsa ita consumari/ sicut ipsa unira ē deo. Nempe si in genere corporalium tanta est unio / ut materia que ultimus eorum est terminus/ unum quiddam efficiatur nō solum cū mediis omnibus/ uerum etiam cū supremo generis corporalis/ quis negabit equalem / saltem esse in genere intellectualiū unionem/ ut mēs humana: quāuis ultimus illorum terminus sit: cum omnibus tamē intellectualibus formis ac etiam cū suprema unum aliquid fiat: non fit autem ex aīo ac deo tertia quedam natura a tertio aliquo componente utrunq; inuicem: & ad tertium actum dirigente utrunq; sicuti fit ī naturalium rerum compositiōe. Sed quia in animo contemplan te deus & primus motor est & formator ultimus: ideo totus actus ē deus. quo quidem actu & ipse semper est deus: & animus fit saltem quādoq; diuinus. Et sicut natura per naturalē motum tradit materie formatū ordinē: sic deus p diuinā immortalēq; uitā tradit mēri pspiciuā formatū possessionē. Ut eidē diuina immortalisq; cōpetat uita cui diuina immortalisq; ītelligētia cōuenit. Atq; ut materia licet sub inferioribus fluat formis. Sub formis tamē sublimibus/ ut qdā putāt/ q̄escit sēp: ita mēs hoīs q̄uis p sēsibiles imaginariasq; pfluat formas: pōt tamē sub diuinis quādoq; ī eternū q̄escere. Qd ēr mō facit: ut uult plotinus & iāblicus & theodoruf. Ut quēadmodū materiā pficit sēp q̄ritatis īterminata dimēsiō / sic mēte diuine āplitudinis uirtus īmēsa p huius uim ī huius luce ad huius finem mēs cōtinue eternis format

ideis Et quia per congruentiam formatio omnis efficitur non potest
subiectum hoc esse mortale quod formis continue formatur eternis.
Incorruptibilis est materia prima in quam forme quedam penetrant
sempiternae quauis ipsa non penetret in illas: nonne immortalis quoque
mens erit? Que non modo penetratur ab illis sed & penetrat cogno-
scendo & reflectitur in eas agnoscendo. Preterea ubi prima mens est
ibi uita prima. Quonia mens est reflexio uite in esse suum. Vbi uita
prima ibi & esse primum. Quonia uita est primus & itimus ipsius esse
motus. Profecto deus prout per se existit: & uere id quod existit per
peruo permanet primum apud multos esse uocatur. Prout non tor-
per ocio sed operatur assidue secum: uita dicitur. Prout actus talis qui
non effluit extra refluit in se ipsum mens appellatur. Nam ea reflexio se
ipsum animaduertit. Quoniam uero quod est in genere aliquo sumum
nihil contrarii generis aut imixtum habet aut proximum: fit ut neque pri-
ma mens uel in se uel iuxta se ipsam demens aliquid patiat. Neque
prima uita mortale quicquam: Neque primum esse aliquid in nihilum ruitu-
rum. Neque prima unitas aliquid dissolubile: Neque prima bonitas
aliquid morbo subiectum. Quare mens que menti iungitur prime sicut
in ea coniunctione nihil referuat demencie: sic mortale nihil admittit
aut peribile aut dissolubile morbo uel subiectum. Quia per mentem primam
prime quoque uite copulatur & esse primo similique unitati & bonitati.
Quid mirum: Si intellectualis uita per congressum cum prima uita immortalis
permaneat? Cum celestia corpora ut uolunt platonici per se quod dissolubilia
sunt: quia & mobilia: & composita siue ex naturis pluribus siue partibus.
Ex eo tamen idissoluta perduratur quod nullo alio corpore interiecto immortali
aie copulatur. Que uero per aliud medium dissoluuntur: Qualia sunt corpora
ex pluribus elementis composita: que immortalem animam ut magi tra-
dunt per corpus celeste suscipiunt.

Cōfirmatio superioris rationis prima per uisum Cap. v.

a Nihil hominum de corporibus in corpora transmigrare: & precedere
tis uite artes in sequentibus recordari: Plato non suo sensu tracta-
uit: sed ex quorundam egyptiorum opinione recessit. Quorum opinionem
Augustinus aurelius reprobauit. Quod autem anima hominis ab ipso suo formato

re formis rerum insignita descendat. Atque his formis non sufficienter
rerum substantias comprehendat sed per eas tanquam preparationes
ideis reformata comprehendere ualeat hoc inquam: & Plato ex mente
propria sepe affirmasse uiderur: & Augustinus sum opere comprobasse.
Ergo per augustini uestigia gradientes ad superioris sententiae confir-
mationem iterum contendamus. Procedamus autem triplici calle. Visu:
auditu: & ratione. Visu primo hunc in modum. Anima qua uiuunt cor-
pora omnibus corporibus potior est quia uitam dat corporibus. Hac
profecto que sensum habet excellentior est. At uero in animo huma-
no quiddam prestantius est non dico quo sentit sensibilia: sed quo
de sensibilibus iudicat. Iam uero illud uidere facile est prestantiorem
esse rem iudicantem illa de qua iudicatur neque iudicat. Non solum autem
rationalis uita de sensibilibus sed de ipsis quoque sensibus iudicat. Cur
in aqua remum fractum oporteat apparere: cum rectus sit. Et cur ita
per oculos sentiri necesse sit. Nam ipse aspectus oculorum renuntiare
id potest. Iudicare autem nullo modo. Igitur rationalis uita sensuali
prestat. Itaque si ratio secundum se ipsam iudicat iam nulla est natura
prestantior. Sed quia clarum est eam esse mutabilem quando nunc im-
perita nunc perita inuenitur tanto autem melius iudicat quanto est pe-
ritior & tanto peritior quanto alicuius artis uel discipline uel sapien-
tie est particeps ipsius artis natura querenda est. Neque nunc artem in-
telligi uolo que notatur experiendo sed que ratiocinando indaga-
tur Sed certe querendum est cur nos offendat si duabus fenestris
non supra inuicem sed iuxta inuicem locatis una earum maior minor
ue sit cum equales esse potuerit: si uero super inuicem fuerint ambeque
dimidio quauis ipares non ita offendat illa inequalitas. Et cur non
multum curemus quantum sit una earum aut maior aut minor quia due sunt
In tribus autem sensus ipse uideat experere ut aut ipares non sint aut iter ma-
ximam & minimam ita sit media: ut ratio precedat minorem quanto a maio-
re precedit. Ita. n. primo quasi natura ipsa consulit quod probet. Vbi po-
tissimum notandum est quemadmodum quod solum inspectum minus displicuit in
melioris conparatione respiciatur. Ita reperitur nihil esse aliud arte uul-
garem nisi rerum experarum placitarumque memoriam: usu quodam

corporis atq; operationis adiuncto: quo si careat iudicare de opibus
possis / quod multo ē excellentius quāuis operari artificiosa non pos-
sis. Sed cū in oibus artibus cōuenientia placeat / qua una seruata / pul-
chra sūt oīa. Ipsa uero cōuenientia equalitatē unitatēq; appetat uel si-
militudine pariū partiū / uel gradatione dispariū / q; ē q; sūmā equali-
tatē uel similitudinē in corporibus inueniat: audeatq; dicere / cū dili-
gēter cōsiderauerit: quodlibet corpus uere ac simpliciter unū esse / cū
oīa uel de spē in spēm / uel de loco i locū trāseūdo mutētur: & p tribus
cōstent sua loca obrinētibus: p que in spatia diuersa diuidunt. Porro
ipsa uera equalitas ac similitudo: atq; ipsa uera & prima unitas nullo
sensu / sed mēte intellecta cōspiciūt. Vnde. n. qualiscūq; appetere in cor-
poribus equalitas / aut unde cōuincere lōge plurimum differre a pfe-
cta nisi ea que pfecta ē mente uidere. Et cū oīa q; sensibiliter pulchra
sūt / siue natura edita / siue artibus elaborata / locis & temporibus pul-
chra sint ut corpus & corporis morus / illa equalitas & unitas menti
tantūmō cognita / secundū quā de corporea pulchritudine sensu iter
nūtio iudicat / nec loco tumida ē / nec instabilis tēpore. Nō. n. recte dici
pōt / secundū eā iudicari rotūdū tēplū: & nō secundū eā rotūdū uasculū:
aut rotūdū denariū. Similiter in temporibus atq; i motibus corpo-
rū ridicule dicitur secundum eam iudicari equales annos: & nō secū-
dū eam equales menses. Sed siue p hec spatia siue per horas siue per
breuiora momēta cōuenienter moueatur aliquid / eadem una & incō-
mutabili equalitate iudicatur. Quod si minora & maiora spatia figu-
rarum atq; motionum per eādē legem paritatis uel similitudinis
uel congruentie iudicantur / ipsa lex maior est iis omnibus / sed potē-
tia. Ceterū spatio aut loci aut temporis nec maior nec minor. Quod
si maior esset nō secundum totā iudicaremur minora: si at minor esset /
nō secundū eam iudicaremur maiora. Nunc uero cū per totā quadra-
ture legē iudicetur / & forum quadratum & lapis quadratus / rursus si
per totam equalitatis legem iudicentur cōuenire sibi motus pedum
currētis formice / & per eam gradientis elephantis / quis eam dubitet
locorū interuallis atq; temporū nec maiore eē nec minore? Cū potentia
super oīa. Hec aut lex oīum artū cū sit omnino incōmutabilis / mēs

12 179
uero humana cui talē legē uidere cōcessum ē mutabilitatē pati possit
erroris / sans apparet supra mētē nostram eē legē / que ueritas dicitur.
Nec iam illud ambigēdū est incōmutabilē naturā que supra rōnalem
aīam sit deū esse: & ibi eē primā uitā & primā essētiā / ubi ē prima sapiē-
tia. Nā hec est illa in cōmutabilis ueritas: que lex oīum artū recte di-
ci: & ars oīpotentis artificis. Itaq; cū se aīa sentiat: nec corporū speciē
motūq; iudicare secundū se ipsā / simul oportet agnoscat prestare suā
naturā ei nature de qua iudicat. Prestare at sibi eā naturā secundū quā
iudicat & de qua iudicare nullo mō pōt. Possū. n. dicere / quare simi-
lia sibi ex utraq; pre respondere mēbra cuiusq; corporis debeāt: quā sū-
ma equalitate delector: quā nō oculis / sed mēte cōtueor. Quapp tan-
to meliora esse iudico que oculis cerno / quanto p sua natura uicinio-
ra sūt iis que aīa itelligo. Quare at illa ira sint / nullus pōt dicere: nec
ira esse debere quisq; sobrie dixerit: quasi possint esse nō ira. Quare at
nobis placeāt / & cur ea quādo melius sapimus uehementissime diliga-
mus: nec id q; q; dē si ea rite itelligit dicere audebit. Ut. n. nos & oēs
aīe rōnales secundū ueritatē de inferioribus recte iudicamus: sic de no-
bis quādo eidē coheremus / sola ipsa. ueritas iudicat: de ipsa uero nec
iudicat pater. Nec. n. minus ē q; ipse. Et ideo q; pater iudicat p ipsā iu-
dicat. Oīa. n. que appetūt unitatē hāc hēnt regulā uel formā uel exē-
plū: quoniā eius similitudinē sola a quo eē accepit / impleuit. Mens oīa
iudicat / quā sup oīa ē quādo cū deo ē. Cū illo ē aut / quādo purissime it-
telligit: & tota caritate qd itelligit diligit. Ita et q; tū pōt lex ipsa &
ipsa fit p quā iudicat oīa: & de qua iudicare nullus pōt. Sicut in istis
tēporalibus legibus quāq; de his hoīes iudicāt quādo eas istituūt.
tamē cū fuerit institute atq; firmate / nō licebit iudici de ipsis iudicare:
sed p ipsas. Cōditor tamē legū tēporaliū si uir bonus ē & sapiēs / illam
ipsā cōsultat eternā: de qua nulli aīe iudicare datū est: ut p eius incōmu-
tabiles regulas qd sit pro tēpore iubendum uetandumq; discernat.
Eternam igitur legem mundis animis fas est agnoscere: iudicare nō
fas est. Sane secundū ipsam de animo & corpore iudicare possumus:
hic minus actus aut minus uehēmēs ē q; debuit: hoc minus cādidū
est q; debuit. De ipsa uero lege nullo modo quis iudicat. Cū. n. quis

dixerit eterna temporalibus esse potiora / aut septē & tria esse decē. ne
mo dicit ita esse debuisse. Sed tantū ita ē agnoscēs nō ut examinātor
corrigit: sed tanquā inueniēs delectat. Sed multis finis ē humana de
lectatio: nec uolūt tendere ad supiora ut iudicēt cur ista sēsubilia pla
ceāt. Itaq; si querā ab artifice / uno arcu cōstructo cur alterū parē cōtra
in alterā partē moliat? Respōdebit credo. Ut paria partibus edifici
mēbra respondeāt. Porro si pergā querere id ipsū cur eligat: dicit hoc
decere: hoc esse pulchrū: hoc delectare cernētes: nihil audebit āplius.
Inclinatus. n. recūbit oculis: & unde pēdeat non intelligit. At ego ui
rum intrinsecus oculatū & inuisibiliter uidentē non desinā cōmone
re / cui ista placeāt: ut iudex esse audeat ipsius delectatiōis humane.
Ita. n. sup fertur illi nec ab ea teneē dū non secūdū ipsā / sed ipsā iudi
cat. Et prius querā / utrū ideo pulchra sint / quia delectāt / an ideo dele
ctant / quia pulchra sint. Hic mihi sine dubitatione respondebit: ideo
delectare / quia pulchra sint. Querā ergo deiceps / quare sint pulchra:
Et si tirubabit / subiciā. Vtrū ideo / quia similes sibi pres sūt: & aliqua
copulatione ad unā conueniētiā redigunt. Quod cū ita esse cōpere
rit / interrogabo. Vtrū hanc ipsā unitatē quā conuincunt appetere sū
me impleāt / aut longe infra iaceāt / & eā quodāmō mentiant. Quod si
ita est. Nā quis non āmonitus uideat neq; ullā spēm / neq; ullum oio
esse corpus / quod non hēat unitatis qualecūq; uestigium? Neq; q̄tū
uis pulcherrimū corpus cū itruallis locorū necessatio aliud alibi ha
beat posse assequi eā quā sequit unitatē: flagitabo ut respondeat ipse
ubi uideat unitatē hāc aut unde uideat. Quā si nō uideret / unde co
gnosceret / & quid imitareē corporū spēs? & quid implere non posset?
Nunc uero cū dicit corporibus. Vos quidē nisi aliqua unitas cōtine
ret / nihil essetis. Sed rursus si uos essetis ipsa unitas / corpora nō esse
tis recte dicit. Vnde igi nōstī istā unitatē: secūdū quā iudicas corpo
ra? Quā nisi uideres iudicare non posses q̄ eā non impleāt. Si aut iis
corporeis oculis eā uideres / nō uere diceret / quāq; eius uestigio tene
antur: lōge tamē ab ea distare. Nā iis oculis nō nisi corporalia uides.
Mente igi uidemus eam. Sed ubi uidemus? Si hoc loco esset ubi cor
pus nostrū est / non eā uideret / qui hoc mō in oriente de corporibus

12

19

iudicat. Non ergo isto contineē loco. Et cū adest ubiq; iudicāti nusq;
est / p spatia locorū / & p potētiā nusquā nō ē. Cum aīa multis il
lustionibus phantasmātū / hinc inde prurbanriū cōcitat / & tamē falsa
hec eē agnoscit / ubi est uerū qđ mēte cōspiciē. Illa lux uera ē: qua hec
oīa nō esse uera agnoscis: per hāc illud unū uides / quo iudicas unū
esse: quicquid aliud uides: Nec tamē hoc esse / qđ illud est / quicquid
uides mutabile. Preterea quere i corporis uoluptate quid te delectat
nihil aliud inuenies q̄ cōuenientiam. Nā si resistētia uel discrepantia
pariūt dolorē / cōueniētia pariūt uoluptatē. Agnosce igi que sit sūma
cōueniētia. Noli foras ire. In te ipsum redi. In interiore hoīe habitat
ueritas. Et si tuā naturā mutabilē inuenieris / trāscende te ipsum. Sed
memēro cū te trāscenderis ratiocinārem aīam te transcendere. Illuc er
go tēde / unde ipsum lumē rōnis accēdit. Quo. n. puenit oīs bonus
ratiocinator / nisi ad ueritatē? Cū ad se ipsa ueritas nō utiq; ratiocinā
do pueniat: sed qđ ratiocinātes appetūt / ipsa sit. Et cū disputādo am
bo uidemus uerū eē / quod dicit: & ambo uidemus uerū eē quod di
co / ubi queso hoc uidemus: Hoc utique / nec ego i te / nec tu i me: sed
ambo i ipsa que super mētes nostras est / incōmutabili ueritate uide
mus. Ibi sane formā ipsā secūdū quā hec tēporalia facta sūt / uisu mētis
aspicimus. Atq; inde cōceptam rerū ueritatē: & notitiā tanquam uer
bū apud nos habemus. Vide ibi cōueniētiā: qua superior eē nō possit:
& ipse cōueni cum ea. Confitere te nō eē / quod ipsa ē. Siquidē se ipsa
nō querit. Tu at querēdo / ad eam uenisti: nō locorum spatio: sed mē
tis affectu: ut interior hō cū suo in habitatore / spiritali uoluptate cō
ueniat. Aut si nō cernis que dico / & an uera sint dubitas / cerne saltē
utrum de iis te dubitare nō dubites. Et si certū est / te eē dubitantem
quere unde sit certum. A lumine: qđ illuminat oēm hoīem ueniētem
in hūc mundū. Qđ iis oculis uideri nō pōt: nec illis quibus phanta
smata cogitant: sed illis quibus ipsis phantasmātibus dicitur: Non
estis uos quod ego quero: neq; illud estis. Vnde ego uos ordino. Et
qđ mihi inter uos sedum occurrerit improbo: qđ pulchrū approbo:
cū pulchrius sit illud unde improbo & approbo. Quare hoc ipsū ma
gis approbo: & nō solū uobis: sed illis omnibus corporibus. Vnde

uos hausi antepono. Vbi uidentur hec /ibi est lumē sine spatio locorū & tēporum: & sine ullo spatorū taliū phantasmate. Nunquid ista ex aliqua pte corrumpi possunt? etiā si oīs ratiocinator intereat. Nō. n. ratiocinatio talia facit: sed inuenit: ergo ante q̄ inueniā in se manēt. Et cū inueniunt nos inouant. Ita renascit interior hō: & exterior cor rūpit de die in diē. Inter mentē nostrā qua illū intelligimus partē / & ueritatē. i. lucē interiorē / p̄ quam illum intelligimus nulla interposita creatura ē. Quare ipsā quoq; ueritatē nulla ex pte dissimilē in ipso / & cū ipso ueneremur / que forma ē omniū / que ab uno facta sunt: & ad unū nitunt. Vnde appet p̄ hāc formā facta eē oīa que sola implet / qd̄ appetunt omnia.

Secūda cōfirmatio p̄ auditū secūdū Augustinū Cap. vi.

h Actenus p̄ ea que aspectu p̄cipiunt duce Augustino / eo pueni mus: ut iueniremus mētē nostrā diuina mētē formari. Deiceps duce eodē p̄ ea que audiunt / ad idē p̄ficiamur: In sonis cōcinnis ē aliq; numerus: hinc & i actu sētiēdi certus fit numerus. Quia nume rosus sonus / numero se sentiē. Est & numerus aliq; i ipsa sensus natu ra. Nō. n. aliter aut mulcere sonorū cōcinnitate / aut absurditate offen dere. Id ipsū ergo quicquid ē / quo aut annuimus / aut abhorremus / nō rōne sed natura: cū aliquid sonet: ipsius sensus numerū uoco. Nō enī tūc fit i auribus meis: cū sonū audio: hec uis approbādi & impro bādi. Aures quippe nō aliter bonis sonis q̄ malis patēt. Vide potius ne ista duo sint minime cōfūdēda. Nā si uersus qlibet mō correptius modo p̄ductius p̄nūtiē: spatium temporis nō idē teneat necesse ē: quāuis eadē pedum rōne seruata. Ut ergo ipso suo genere aures mul ceat: illa uis facit: qua concīna adsciscimus: & absurda respuimus. Ut aut breuiore tēpore sētiat: cū celerius q̄ cū tardius p̄mit: non interest aliquid: nisi q̄ diu aures tangerē sono. Affectio ergo hec auriū: cū tan gunt sono: nullo modo talis ē: ac si non tāgūt. Ut aut differt audire ab eo qd̄ ē nō audire: ita differt hāc uocē audire ab eo qd̄ est alteram audire. Hec igit affectio nec ultra porrigit / nec infra cohibet q̄ ē men sura eius soni q̄ eā facit. Altera ē ergo i iambo. Altera i tribacho. Pro ductior i p̄ductiore iambo. Correptior i correptiore. nulla i silentio.

Quod si i numerosa uoce fit / et ipsa numerosa sit necesse est: neq; esse possit cū abest effector eius sonus. Similis ē. n. uestigio i aqua impres so. Qd̄ neq; ante format q̄ corpus ipresseris: neq; remanet cū detraxe ris. Naturalis at illa uis & iudiciaria que a uibus adest nō desinit eē i silentio: nec nobis eā sonus inferit: sed ab ea potius sonus p̄bādus siue iprobādus excipit. Quis negauerit in aīa eē uim numerorū? Cū aīa hec s numeros agat / quos i uenarū pulsu iuenimus / & recipro co spū. Cū aliquādo correptius siue p̄ductius dū seruiā tēporū legi qua simplo ad duplū pedes cōueniūt / uersū pronuntio / nulla fraude iudiciū tui sensus offēdo. Atq; sonus ille qui correptioribus & quasi fugacionibus syllabis edit / nō potest plus tēporis occupare: q̄ sonat. Iudiciales at illi numeri si uinculo tēporis in tāto spatio tenerēt / quā ro isti sonātes digesti sūt / nō possēt ad eorū sonātium / qui paulo pro ductius eadē iambica lege fundunt aspirare iudicium. Hos igit mo ra temporum qui iudicando president / illa nō tenet. Sed si nulla tene rētur / quārolibet productius cōpetentibus interuallis & inuicem re spōdētibus iambicos proferrē sonos / nihilominus ad iudicandū ad hiberētur. Nunc uero si edere unam syllabam quanta mora peragunt ne multum dicam tres passus incedētis / & aliam duplo / atq; ita deinceps tam longos iambos ordinare simpli & dupli / lex illa nihilomi nus seruaretur. Nec tamē naturale illud iudicium iis dimensionibus approbandis adhibere possemus. Tenētur ergo & ii iudiciales non nullis finibus temporalium spatorum: quos iudicādo excedere ne queunt: & quicquid excedit hec spatia / nō assecuntur ut iudicēt. Tē perant tamē isti singulas actiones. Quod enim nos uel ambulantes ab imparibus passibus / uel percutientes ab imparibus interuallis pla garum / uel edētes ab imparibus molarum moribus: scalpētes deniq; ab imparibus unguium ductibus: & quod nos in qualibet attētiōe agēdi aliquid p̄ corporis mēbra ab imparibus motibus refrenat & co hiber: & quādam parilitatem tacte imperat / id ipsum ē iudiciale ne scio quid: quod facit ut homines sensū ac delectum habeant pulchri tudinis: & decoris magis q̄ bestie / que ad sua quelibet incitāmēta se dande passionis corporalis causa precipitantur. Nō pulchritudinis

gratia audivit atque alliciuntur. Unde equi non formosiorē deligunt equā quā amēt / sed ad quālibet equali furore trahunt. Iudiciale autē illud conditorē aīalī insinuat deū. Quē certe decet credere auctorē oīs cōuenientie atque cōcordie. Prererea numeri & q̄ in sono sūt / & q̄ fiunt in sētiendo in quātū eorū interualla pōt memoria custodire / intātū iis iudicialibus iudicādi offerunt atque iudicātur. Numerus nāq; iste q̄ interuallis rēporū constat / nisi adiuuemur / i eo memoria iudicari a nobis nullo mō potest. Cuiuslibet. n. breuis syllabe cū & incipiat & desinat alio rēpore initiū est / & alio finis sonat. In audiēda itaq; uel breuissima syllaba / nisi memoria nos adiuuet / ut eo momēto quo iā non iniriū sed finis syllabe sonat / maneat ille motus in aīo qui factus est / cum initiū ipsum sonuit / nihil nos audisse possumus dicere: hinc ē illud quod plerūq; alia cogitatione occupati loquētes nihil nobis uidemur audisse. Quapp iudiciales illi numeri q̄ numeros interuallis rēporū sitos iudicare nō possūt / nisi quos eis tanq̄ ministra memoria obtulerit / nōne ipsi existimādi sunt p̄ certum spatium rēporis rēdi? Licet. n. in iis spacia rēporum minime uideamus / nō tamē adhibentur / nisi ad ea iudicāda que i spatis rēporū fiūt: nec ipsa q̄dē oīa: sed que possūt articulari memoriter: Cū uersus ille canit. Deus creator oīum. numeros ipsius uersus p̄ numeros sentiendi audimus / & per iudiciales numeros delectamur. Et nescio quibus aliis existimamus de ista delectatiōe que quasi sententia ē iudicialiū istorū: cū p̄ alios sup̄ hos latētiorē / sed certe ueriorē ferre possimus sententiā. Aliud ē. n. delectari sensu: aliud existimare rōne. Aliud quippe ē annuere uel renuere motibus numerosis / quod fit i delectatione cōueniēte: & offēsiōe absurditatis talū motionū / & aliud ē existimare utrum recte an secus ista delectēt quod fit ratiocinādo. Ac si recte nobis uisū ē / nisi quibusdā numeris esset / ipse delectationis sēsus imbutus nullo mō eū potuisse annuere paribus iteuallis & p̄ turbara respuere recte etiā uideri pōt / rō que huic delectationi sup̄ imponitur / nullo mō sine quibusdā numeris uiuacionibus de numeris quos infra se hēt posse iudicare. Iam nūc si placet illi q̄ nobis surrexerāt ad p̄icipatū obrinēdū sensuales nomenē: & iudicialiū nomen: quoniam est honoratius ū accipiāt q̄ excellē

tiores cōpti sunt. Age nūc accipe uim potentiāq; rōnis / quantū ex opibus eius aspicere possumus. Ipsa. n. ut id potissimū dicam q̄d ad huius opis susceptionem attinet / primo qd sit ipsa bona modulatio considerauit. Et eā in quodā motu libero & ad sue pulchritudinis finē cōuerso eē p̄spexit. Deinde uidit i motibus corporū aliud esse qd breuitate & p̄ductione rēporis uariare: in quantū magis eēt minus uel diuturnū / aliud localiū spatorū p̄cussione i quibusdā gradibus celeritatis & tarditatis. Qua diuisiōe facta id quod i rēporis mora eēt modesto interuallo & humano sēui accōmodato articulatū uarios efficere numeros / eorūq; genera & ordinē usq; ad modulos uersuum p̄secuta ē. Postremo attrēdit qd i his moderādis: opandis: sētiendis: retinēdis ageret aīa: cuius caput ipsa eēt: hosq; oēs aīales numeros a corporalibus sepauit: seq; ipsam hec oīa: neq; aiaduerrere neq; distinguere / neq; certe numerare sine quibusdā suis numeris potuisse cognouit: eosq; ceteris inferioris ordinis iudiciatia quadā estimatiōe preposuit & nūc cū ipsa sua delectatione qua temporum momenta perpendit & talibus numeris modificandis nutus suos exhibet / sic agit. Quid ē qd in sensibili numerositate diligimus? Num aliqd̄ preter parilitatē quā dā / & equaliter dimēsa interualla? An ille pyrrichius pes / siue spondeus / siue anapestus / siue dactylus / siue p̄celeumaticus / siue dispondeus nos aliter delectare. nisi p̄r suā partē alteri / equali diuisione cōferret. Quid uero iambus / tribachus / trocheus pulchritudinis habēt? Nisi q̄ minore / sua p̄te maiorē suā / in rātas duas equaliter diuidāt. Iam porro sex temporū pedes / num aliūde blandius sonāt atq; festiuus? Nisi q̄ utraq; lege p̄tunē. s. ut i duas equales p̄tes ternā rēpora possidētes / aut i unā simplā ex qualibet p̄te & alterā duplā. i. ut maior habeat bis minorē: & eō mō ab illa diuidat: equaliter duobus rēporibus quatuor rēpora i bina dimeriente atq; secāte. Et i reliquis oibus simili rōne: Atq; usq; adeo delectamur equalitate: ut eam nō mō i uocū iteuallis: sed ēt in silentiorū spatis exigamus. Querit ergo ratio / & carnalem anime delectationem / que iudiciales partes sibi uendicabat / interrogat / cum eam i spatorum temporalium numeris equalitas mulceat / utrum due syllabe breues quascunq; audierit

uere sint equales / an fieri possit ut una earum edatur productius / nō
usq; ad longe syllabe modum / sed infra quātūlibet: quo tamen exce
dat sociam suā. Nū negari potest fieri posse ut hec delectatio ista nō
sentiat: & iequalibus uelut equalibus gaudeat. Quo errore & iequa
litate quid turpius? Ex quo amonemur ab his auertere gaudiū / que
imitantur equalitatē / & utrum impleant cōprehēdere nō possumus:
imo q̄ non impleant: fortasse comprehēdimus: & tamē inquantū imi
rantur / pulchra ēē in suo genere & ordine suo negare non possumus:
Equalitatē illam quā in sēfibilibus numeris non repiebamus certā &
manērem: sed tamē adumbratā & pretereuntē agnoscebamus nusquā
perfecto appeteret aiūs nisi alicubi nota esset. Hec autē alicubi non
spatiis locorum & temporū / nā illa tumēt: & illa pretereunt: nō in cor
poris formis / quas equales nunq̄ dicere possumus. Aut ī tēporum ī
teruallis in quibus similiter utrum aliqd aliquanto q̄ oporteat pdu
ctius uel correptius trāseat / quod sensū fugiat ignoramus. Illā qppe
equalitatē quero ubi esse arbitreris. Quā intuentes cupimus equalia
ēē quedā corpora uel corporū motus: & diligētius cōsiderātes eis fi
dere nō audemus. Ibi puto ubi regnat quod est corporibus excellen
tius. Sed utrū in ipsa anima: an ēt supra aiām queramus. Artem istam
rythimā uel metricā qua utunq; qui uersus faciūt putamus habere ali
quos numeros / secundum quos fabricāt uersus. Quicūq; isti sūt nu
meri non pretereunt cum uersibus sed manēt. Cōsētiēdum ē ergo ab
aliquibus manētibus numeris pretereūtibus aliquos fabricari: & hāc ar
tē nō aliud putamus q̄ affectionē quādam animi artificis. Qd̄ si oīa
que ad numeros pertinēt ille interroget: qui nunq̄ didicit: nōne cen
ses hanc artē posse cognoscere? Non transibunt ii numeri ab eo q̄ do
cebit in eum qui discet: sed discens intrinsecus apud mētē suā moue
bit se ad aliquid unde menti eius imprimantur hi numeri: & illā faci
ant affectionem que ars dicitur / & ea que interrogabitur uera esse in
telliget / atq; respōdebit. Quoniam uero hi numeri de quibus ita que
ritur incōmutabiles sunt ideo sunt eterni: neq; ulla in eis est inequa
litas. Vnde uero credendum est anime tribui quod eternum est & in
cōmutabile nisi ab uno eterno & incōmutabili deo? Ergo q̄ discit alio

12
interrogāte se inuicem ad deū mouet ut incōmutabile uerū intelligat.

Tertia cōfirmatio per mētē secūdū Augustinū. Cap. vii.

f Artis per uisus inditia primum deinde p̄ auditus amonitiones
propositum nostrum inuestigauimus. Nunc indagemus p̄ indi
cia rōnis Aliter unusquisq; homo loquēdo enūtiat mētē suam quid
in se ipso agatur attēdens. Aliter autē humanā mētē speciali aut ge
nerali cognitione definit. Itaq; cū mihi de sua propria loquitur / utrū
intelligat hoc aut illud / an non intelligat: & utrū uelit / an nolit hoc
aut illud credo. Cū uero de humana specialiter aut generaliter uerū
dicit / agnosco & approbo. Vnde manifestū est aliud unūquēq; uide
re in se / quod sibi alius dicēti credit / nō tamē uidet. Aliud autē in ipsa
ueritate: quod alius quoq; possit irueri: quorū alterum mutat p̄ tēpo
ra: Alterum incōmutabili subsistit eternitate. Neq; n. oculis corpore
is multas mentes uidēdo p̄ similitudinē colligimus generalē uel spe
cialē mētē humane notitā: sed iruemur inuiolabilē ueritatē. Ex qua
p̄fecte quātum possumus definiamus nō qualis sit uniuscuiusq; ho
minis mēs: sed qualis esse sēpiternis rōnibus debeat. Prererea cū ipii
cogitāt eternitatē: & multa recte reprehēdunt: recteq; laudāt in homi
num moribus / quibus ea tandē regulis iudicāt: Nisi in quibus uidēt:
quēadmodū quisq; uiuere debeat: ēt si nec ipsi eodē mō uiuant. Vbi
eas uident? Neq; n. in sua natura: cū proculdubio mētē ista uideātur:
eorūq; mentes constet esse mutabiles. Has uero regulas imurabiles
uideat: quisq; in eis & hoc uidere potuerit neq; in habitu sue mētē
cū ille regule sint iustitie. Mentē uero eorū esse constet iniustas. Vbi
nā sunt iste regule scripte? Vbi qd̄ sit iustū etiā iniustus agnoscit. Vbi
cernit habendū esse quod ipse nō habet. Vbi ergo scripte sunt. Nisi in
libro lucis illius que ueritas dicitur. Vnde omnis lex iusta describit:
& in cor hominis qui opatur iustitiā non migrando sed tanq̄ imprimē
do transfertur. Sicut imago ex anulo & in cerā transit & anulum non
relinquit. Qui uero nō opatur / & tamē uidet / quid opandum sit / ipse
est qui ab illa luce auertitur: a qua tamē tangitur. Qui autē nec uidet
quēadmodū sit uiuēdū / excusabilius qd̄ peccat: q̄ nō ē trāsgressor
legis incognite. Sed ēt ipse splendore aliquotiens ubiq; presentis ue

ritatis attingitur/ quādo amonitus cōfiteretur. Deniq; superior hec aureliana discursio quattuor finibus terminatur. Quod uidelicet mens ad sūma non surgit/ nisi eius quod est/ sūmū trahatur instinctu. Quod eternis rationibus nō uteretur pro arbitrio iudicādo/ nisi eternitati se posset equare. Quod imutabilia ratione imutabili nō apprehenderet/ nisi regulam ipsam imutabilitatis attingeret. Quod animi multi eandem nō caperent ueritatem/ nisi aut unus esset in multis intellectus humanus/ quod fieri nequit: aut saltem multi intellectus humani i eundem se fontem ueritatis imergerent. Quali tūc optime aliqui ordinem artificii sint cognituri / quādo rationē ipsam unā p quā artifex opus construxerat penetrauerint. Hec autē Augustini sententia duobus modis potissimum cōfirmatur. Primo per cōmunē uirtutem argumētandi. Deinde per cōmunes notiones ueritatis/ bonitatis/ & esse. Omnis intellectus apprehēdit necessariā consequētiā in rebus & cōtingentibus & nō existentibus. Hec. n. cōsequētia est necessaria. Si Plato currit: Plato mouet: licet Plato & cursus & motus eius cōringentia sint. Quinetiā hec est necessaria. Plato olim dū diserebar loquebatur: licet neq; plato neq; disputatio sua neq; sermo sint in presentia. Taliū itaq; consequentiā necessitas imutabilis in rebus illis temporalibus non fundatur/ que uel non sunt ullo modo/ uel sūt cōringentes: neq; in solis cogitationibus anime. Alioquin non esset uera necessitas/ sed figmētum/ imo neq; imutabilis esset: cum cogitatio nostra sit mobilis. Fundatur igitur in eterna: & necessaria rerum serie: quam diuina mens omniū ordinatrix intra se continet: ubi mutuam rebus habitudinem tribuit. Quapp omne uere ratiocinationis lumē a prima ueritate accēditur/ & in eandem reflectitur. Postq̄ omnis consequētie necessitas in sūma totius nature necessitate fūdat. Docēt hoc cōmunes quoq; ueritatis bonitatisq; ipsius intelligētie/ quas i superioribus probauimus inesse mētibus omniū/ ex eo q̄ uera & bona assidue compāt. Qđ si ueritas ipsa & bonitas deus ē: sequit̄ ut deus toties mētibus hoīum illucescat/ quoties p deum ranq̄ normā uera & bona diiudicamus: Docet idē esse ipsius notio oībus īfita. Nā oēs hoīes iudicāt. Illud qđ nullo mō eē. Istud uero esse/ sed īfecto mō:

12
hoc eē mō pfectiori. Talis autē in eēndo gradatio neq; fit/ neq; cognoscit nisi p accessū ad eē sūmū q̄ deus ē: atq; inde recessū. Accessū uero ad ipsū/ & recessū ab ipso uidere nō pōt: nisi q̄ ipsū uidet. Vidēt autē ipsum uiri pitiores/ alio īsup pacto: quādo uidelicet oīa rerū genera subalterna ad generalissima / & illa usq; ad ipsū qđ dicit̄ ens simplex absolutūq; resoluūt. Tale ens aut figmētū falsū ē/ aut ē deus. Nō pōt autē ens ipsū falso eē: si mō aliqd i rebus ē uere. Si cōparatio illa de rerū gradibus atq; hec resolutio nō fit nisi p ipsā sūmi & absolutū eē uirtutē/ utiq; fit p deū. Quo formatus intellectus & comparat & resoluit.

134
Accedit ad hec/ q̄ ipsū esse usq; adeo pspicue fulget: ut nequeat cogitari nō eē. Sicut. n. ipsum qđ dicit̄ nihil occurrit nobis ut ex ps oīo eēndi/ ita eē occurrit/ ut ex ps penitus nō eēndi. Itaq; i eē neq; potētia ulla p̄sus appet ad nō essendū: neq; aliqs defectus eēndi. Ex prima parte eternū ē. Ex secūda ē tota eēndi pfectiōe plenissimū. Id ē deus. Hac rōne eē occurrit nobis euidētissime & recte aīaduertētibus occurrit ut deus. Qđ duabus preterea rōnibus cōfirmat. Prima q̄a eē usq; adeo manifestū ē/ ut i singulis q̄ cognoscunt/ semp cognoscat & ipsū. Qui platonē affirmat currere/ affirmat eū eē currētē. Qui eū uocat hominē aut albū/ eē i hoīs spē ait & albi. Deniq; i singulis eēndi modis p quos res cōstāt singule ita eē ipsū subintelligit/ quēadmodū i oībus aīaliū spēbus subintelligit aīal. Secunda rō/ quia p ipsum eē cetera cognoscunt. Ipsū uero p semet ipsū. Siquidē i cognitiōe que fit p intuitū illud/ qđ dicit̄ nō ens/ p ens cognoscit. Ens i potētia per ens actu. Ens actu per actū noscīt existēdi. Talis actus eē ipsū existit. Si p esse qđ cuiuslibet entis actus ē/ quodlibet ens agnoscat/ sequit̄ ut per eē qđ cunctorū existētū actus origoq; ē/ existētia cuncta noscant. Ac si ponat̄ sup eē i potētia & eē in actu/ ens ipsū simpliciter/ qđ neq; sit potētia neq; actu: ens ipsū aut figmētum erit: aut erit deus: aut quedā significatio dei: ut placet platonis. Deus autē actus ē oīum auctor existētū: p̄q; actiōis excessū prius/ uehemētius/ diutius mouet mētē q̄ reliqua que offerunt. Immo eius uirtute reliqua mētē mouēt. Ipsū ergo eē absolutū/ ipse. s. purus actus affector omniū existētium qui deus ē/ primū ē/ qđ mētibus miro quodā pacto sese offert: qđ illabit:

quod effulget. Quod cetera omnia patefacit. Cuius formam & notionem quis perpetuam quodammodo in nobis possideamus / propter illam & in illa reliqua cognoscimus / non tamen istud aduertimus: sicut neque oculus considerat se uidere solis lumen continue: ceteraque per ipsum atque in ipso: neque ratio aduertit se continue ratiocinari: cum semper ferme ratiocinetur. Nam diutius consue- ra aduertere non solemus. Quis enim se spirare considerat. Vbi plato- nici deum summum uocant ipsum esse intelligi uolunt non esse quod in eentia est: sed huius esse principium / esse uidelicet super esse quodcumque propria quadam eendi- rone concipitur: & aliam notionem comprehendit. Summum enim deum proprie unitatis bonitatisque sequente uero deum de deo lumenque de luce / entis nomine nuncu- pat: a prima unitate in tria deductum. scilicet in eentiam uitamque & mentem. Et quia in quolibet / trium modo suo sunt / & reliqua tria in nouem usque producit. Unde fiat ut in angelis nouenarius sit numerus obseruandus: similisque in animabus felicibus gradus. Mentem uero contemplantem formari quidem a deo summo per unitatem mentis caput: deo uero sequente per intellectum. Sed hec ipsi uiderint nobis atque sufficit animam diuinitate formari. Ex omnibus superiori- bus concluditur rationem humanam in ordine rerum considerando: uersari semper circa rationem diuinam rerum omnium ordinatricem / non minus quam mundi sperere circa me- dium mundi punctum. Quod si reuolutio quam naturaliter & assidue ex se ipsa perpe- tuum ambit centrum / perpetua est / oportet rationem nostram fore perpetuam. Que quo- niam intelligendo per deum atque in deo sine medio in deum reflectitur / plane restat se a deo sine medio processisse. Quis autem neget / quod proxime ab eternitate fit eternum fore? Atque et uidetur in deo spiritum sempiternum: per se sempiterna est: dum cer- ta illa ratione sempiterna esse concludit. Ita uero uidetur ut suscipit inde: sequitur igitur ut per modum suscipiat sempiternum. Et quia suscipit / ut est ipsa / siquidem per natura capit sua / fit ut ipsa perpetua sit: postquam modo perpetuo suscipit. Ratio autem hec nostra nihil est aliud quam uita intellectualis. Semper ergo ui- uet: imo & intelliget semper: si semper erit. Sed iuuat hic cum Augustino ut sepe solemus / paulo latius puagari. Quando ratiocinamur / animus id agit. Non enim id agit: nisi quod intelligit: Nec corpus intelligit: nec animus auxiliante corpore / quia cum intelligere uult a corpore auertere. Quod enim intelligit / eiusdem modi est semper / nihilque corporis eiusdem modi est semper. Homo igitur potest adiuuare animum ad intellectum nitentem / cui non impe-

12 184
dire satis est. Si per se ratiocinatur animus: ac ratiocinando ueritatem attingit: attingit utique per se ueritatem. Quia per ipsam ueritatem / per quam uera sunt quecumque intelligendo attinguntur / proprius heret / quam aut rebus sensibilibus aut earum imaginibus / quas non per se attingit: sed per instrumenta & reliqua media. Non enim eam posset contemplari animus per se ipsum sine maxima coniunctione cum ipsa. Ea que sensu capiuntur / extra est nos esse sentiuntur: & locis continentur. Unde nec percipi quidem posse affirmantur. Ea uero que intelliguntur non quasi alibi posita intelliguntur / quam ipse qui intelligit ani- mus. Simul enim est intelliguntur non contineri loco. Quare ista coniunctio intuentis animi / & eius ueri quod intrinsecus aut ita est / ut subiectum sit animus. Verum autem illud in subiecto. Aut contra subiectum / uerum: & in subiecto animus. Aut est utrumque substantia. Horum autem trium / si primum est / tam est immortalis animus quam ueritas illa & summa ratio rerum: que inseparabiliter inheret animo: & inesse nisi uiuo non potest. Eadem necessitas est in secundo. Nam si uerum illud quod ratio dicitur / nihil habet commutabile / sicut appetit / nihil commutari potest / quod in eo tanquam in subiecto est. Remanet igitur omnis pugna de tertio. Nam si ani- mus substantia est / & substantia ratio cui coniungitur non absurde quod putauit fieri posse: ut manente illa / hic esse desinat. Sed manifestum est quod quod diu- animus a ratione non separatur: sed ei coheret: necessarium est eum manere atque uiuere. Separari autem qua tandem uiuere potest? Num corporea? Cuius & petentia infirmior: & origo inferior: & ordo separatior. Nullo modo. Animal ergo? Sed est id quomodo est? An alter potentior animus quodque est / contemplari rationem non potest: nisi alterum inde sepauerit? At neque ratio cuiusque contemplari defuerit: si omnes contemplantur. Et cum nihil sit ipsa ratione potentius / quia nihil est incommuta- bilius / nullo pacto erit animus: quod nondum est rationi coniunctus: eo quod est coniu- ctus / potentior. Restat ut aut ipsa ratio a se ipsum separet: aut ipse animus ab ea uoluntate separet. Sed nihil est illa natura inuidente / quo minus fruedam se animis prebeat. Deinde quo magis est / eo quod sibi coniungitur / magis fa- cit ut sit / cui rei contrarius est iteritus. Voluntate autem animus separari a ueritate quod dixerit / quod nihil unquam auidius studet quam ueritati coniungi? Quid ergo? Iamne concludendum est animum esse immortalem. An ne est si separari non potest / extrinsecus potest. At uero si illa uis ueritatis ipsa sua coniunctione afficit animum / neque enim non efficere potest / ita profecto afficit / ut ei esse tribuat. Est enim maxime ipsa ueri-

ras. Vbi sūma ē īcōmutabilitas ītelligit̄. Itaq; quēcūq; ex se afficit cogit eē quodāmō. Nō ergo extingui aīus pōt/ nisi a rōne sepatū. Sepa-
ri uero nō potest. Non pōt īgīf̄ interire. Qđ uero īfert dubitationē
illud ē qđ aīus stultus separi ab ipsa rōne uidef̄: & ī quodam defectu
esse. Et in essētia certiore atq; pleniore sapiēs. Sed si qđ nemini dubi-
um/ tūc est aīus sapiētissimus/ cū ueritatē que sēper eodē mō est intue-
tur/ eiq; īmobilis inheret diuino amore cōiūctus. & ex illa essētia oīa
sunt/ que quoquomō sūt/ que sūme maximeq; est/ aut ab illa ē aīus in-
quātū est/ aut p se ipsū est. Sed si p se ipsū est: quoniā ipse sibi cā existē-
di est/ & nunq; se deserit/ nūq; interit. Si uero ex illa diligēter opus est
querere/ que res ei possit esse cōtraria/ que aīo auferat aīum eē/ qđ illa
prebet. Quid ē īgīf̄? An forte falsitas? Quia illa ueritas. Sed manifestū
ē atq; īprōptu sitū/ quātū nocere aīo falsitas possit. Nō. n. āplius pōt
q̄ fallere. At nisi q̄ uiuit/ fallit nemo. Nō īgīf̄ falsitas interimere aīum
pōt. Qđ si hec non pōt que cōtraria ueritati est auferre aīo/ aīum esse/
quod ei ueritas dedit. Ita. n. ē inuicissima ueritas/ qđ aliud inuenie-
tur: quod auferat aīo id qđ est aīus/ Nihil pfecto. Nā nihil ē cōtrario
ualentius ad id auferēdū/ quod fit ab eius cōtrario. At si ueritati cō-
trariū ita q̄ramus/ nō inquātū ueritas ē/ sed inquātū sūme maximeq;
ē/ quāq; intātū ē id ipsū inquātū est ueritas/ siqđē ueritatē eā dicimus
qua uera sūt oīa quātūcūq; sūt/ intātū at sūt/ in quātū uera sūt: tamen
nullo mō id defugerit: qđ mihi euidētius suffragat̄. Nā si nulla essētia
inquantū essentia est/ habet cōtrariū aliquid: multo minus habet cō-
trariū prima illa essentia que dicit̄ ueritas/ inquantū essētia. Primum
aut uerū est. Omnis enim essentia non ob aliud essentia est/ nisi quia
est. Esse aut non habet contrarium nisi non esse. Vnde nihil essētie est
contrarium. Nullo igitur modo res ulla esse potest contraria illi sub-
stantie que maxime ac primitus est. ex qua se hēt aīus id ipsū qđ est:
nō. n. aliūde hoc hēre pōt qui ex se non hēt/ nisi ab ea re q̄ illo ipso ē
aīo prestantior: nec hēt esse aīus ab alto q̄ a ueritate. Siqđē ab ea sola
sortit̄ & bene esse: sequit̄ ut nulla res sit/ qua id admittat. Quia nulla
res ei rei contraria ē/ qua id habet/ & propterea eē nō desinit. Sapiētīā
uero quia p cōuersionem hēt ad id ex quo est/ auerfiōe pōt amittere

13
186
Cōuersioni nāq; auerfiō cōtraria ē. Illud uero qđ ex eo hēt/ cui nulla
res ē cōtraria/ nō ē unde possit amittere. Nō pōt īgīf̄ interire.

Marsili ficini florentini liber de īmortalitate. xiii.

Quantum aīa corpori dominaf̄ a multis ostendit̄ signis: ac primū
ab affectibus phantasiae Cap. i.

h Actenus diuinitatē aīe rōnibus demōstrauimus. Deinceps
uero signis idem pene similiter cōfirmabimus. Phantasia
quatuor sequunt̄ affectus. Appētus. Voluptas. Metus: ac
dolor. Hi oēs quādo uehemētissimi sūt: subito corpus pro-
priū oīo/ nōnunq; ēt alienū afficiunt. Quātos ardores uel cupiditas
uindictę ciet ī corde? Vel libido uoluptatis in iecore. Immo & in pul-
su? Ex cuius mutatione cognouit medicus Erasistratus Antiocū esse
amore Stratonice captū. Rursus cupido nocēdi frequēti īritu q̄ pni-
tiose pueros aliosq; quoslibet molliores fascinat? Quā manifeste pre-
gnātis mulieris auditat̄ tenerū fetū īfici rei cogitate nota? Quā ua-
rios filis suis gestus figurasq; parētes & quātū sibi dissimiles impri-
mūt/ pp uehemētē rerū diuersarū imaginationē/ qua dū coeūt casu ali-
quo afficiūt. Quo fit ut dissimiliores sint admodū īter se hoīes figu-
ra gestibusq; & moribus q̄ queuis īter se ī quauis spē bruta. Quā sepe
malefica uolūtas exsecrationibus suis & ueneficis uulgo fertur no-
cuisse hoībus & brutis & plantis? Adde qđ glutones nōnulli epulas
quasdam auidius cogitātes/ saluā suā simili quodā sapore īficiūt. Pue-
ri quoq; & grauide mulieres pp nimīā ueriti cibi uel potus auditatē
liquecūt/ diffluunt/ dilabunt̄. Hec & similia p multa efficit appēti-
tus. Letitia quoq; uehemēs nō minora. Hec perimere subito pōt cor-
pus: & sepe morbo leuare. Nō ne Sophodes & Dionysius sicite tyrā-
nus obiēte repente/ uterque accepto tragice uictorie nuntio? Mater
uiso filio e cannensi pugna redeunte subito exspirauit. Quid con-
tra dolor possit nullus ignorat. Molestia quin etiam tetri cuiusdam
spectaculi gustum īficiit & prouocat nauseam solo aspectu. Pueri nō
nunquam & grandiores cū amaram portionem offerri uident alicui

statim sentiunt amarā in ore saliuam: quā uehementis mouit imaginatio. His nonnumquam tali quadam cogitatione alius quoque laxat. Et quod mirabile est nonnullis stupefiunt dentes & aspectu aliquo & auditu. Quid misericordia: que dolor quidam est nonne miserantis corpus ita nonnumquam afficit male ut corpus alterius uideri affectum. Quod declarant in quo sanguinis humani aspectu statim spiritu deficiente labuntur: & in quibus dolet cubitus dum uideri aut audiunt alterius cubitum uulneratum. Quid merus: an non sepe altis e fenestris in terram despicientes preformidine caligamus & contremiscimus? Quandoque et ruimus. Pallent repete timentes. Sicut & uerecundi rubent. Timore subito trepidat cor: arrecte stat comae. Vox faucibus heret. Deficit quoque uita: uel morbi diuturni secuntur. Nonnumquam uero morbos quosdam curat merus: ut singultum & quartanam febre. Quando autem merus uehementissimus cum uehementissima aueritate concutit nonnumquam effectus mirabilis peruenit. Hinc ut est apud Herodotum: cum Croesus regem quidam ex plebis interficere uellet: filius Cresi atea mutus propter ingentem tantum mortis paterne timorem tantum clamandi cupiditate subito soluit linguam: ac magna uoce clamauit. O uir ne interficias Cresum. Inde uocalis est factus. Quam ob rem affectus illi quattuor corpori penitus dominantur. Cum illud undique mutetur. Sunt autem hi motus ipsius anime. Nam quantum animus bonum quippiam iudicat: aut malum tantum cupit: gaudet: timet: & dolet. Unde sequitur naturam corporis anime motibus penitus subici. Hinc fit ut uultus humanus tantum inclinationum anime perspicua signa tum affectuum singulorum idicium certissima pre se ferat. Illa quidem soli physiognomice hec etiam uulgares intelligunt. Quis non facile agnoscat cupientem: timentem: iratum: gaudere animum & merentem? Hinc accidit rursus ut solus homo rideat: solus & lachrymeretur. Ex eo quod animi motus plurimum in corpus habent imperium. Ex hoc autem quod rationalis anime motibus omnino corpus subicitur: duo quedam conicimus. Unum quod anima hec forma excellentissima est: ac per se subsistens: quia non dominatur corpori forma illa que per corpus existit. Alterum quod corpus humanum anime sue cedit facillime. Non cedit facile quod propter abundantiam terre solidum est & durum. Ideo corpus nostrum si ad cetera animalia comparet: quoniam minimum terre: & illud quidem subtile possidet. Sublimiorum elementorum

13 187
quod plurimum. Quocirca celestis est anime receptaculum. Cui quod de rei documentum esse potest: quod uiri ingeniosiores sepe numero molles carne sunt: graciles: ualitudinarii: corpusque illorum quod minimis ipsorum motibus plurimum uariatur. Quod de Aristotele: de Pirrone: Speusippo: Carneade: Chrysippo: Plotino legimus. Quod in timo sensit Plato: cum diceret deum potuisse tam solidum hominis corpus facere: ut ab externis minime ledere. Sed uoluisse mollius facere: quo esset speculationi paratius. Quasi non ad hanc habitationem sed ad celestem speculationem simus pergeniti. Addit etiam anime potentissimi motiones proprium corpus & resolvere & dissolueret. Quod non in affectu solum: uerum etiam in speculationis intentione contingat. Scribit & in charmide magos illos anime corporisque medicos Zamolxidis Zoroastrisque sectatores arbitrari omnia corporis tantum bona tantum mala ab anime fluere in ipsum corpus: quemadmodum oculorum qualitas fluit a cerebro: cerebri qualitas a toto corpore. Atque ut impossibile est oculos curari nisi curet cerebrum: & cerebrum curari nisi corpus totum: ita corpus totum nisi anime beneualeat non posse beneualere. Valitudinem uero anime curari apollineis incantationibus quibusdam. philosophicis rationibus. Socrates preterea narrauit uulgatum esse apud thraces eos medicos tali quadam curatione nonnullos homines seruire immortales consueuisse. Tantum est anime in corpus imperium tanta potestas. Magica hec opinio uideatur cum illa ebreeorum christianorumque sententia consentire. Ade primi parentis anime prius quidem sano sana fuisse omnia. Deinde uero infirmo infirma omnia euasisse. Ceterum de nostris motibus hoc est diligenter anime aduertendum: quod aliqui incipientes a corpore non penetrant ad animam. Alii penetrant. Alii incipientes ab anime non redunt in corpus. Alii uero redundant. Primi huiusmodi sunt. Quando temperatissimus aer corpori circumfusus licet aliquo modo corpus moueat: tamen neque caloris prebet nobis sensum: neque frigoris. Secundi sunt quando ita mouet: ut aliquid sentiamus. Tertii sunt: quando mens tranquille aliquid speculat: aut phantasia leue aliquid modice itueat. Ex iis namque cogitationibus corpus non agitat: Quarti denique quoties seu mens siue phantasia uehementius sese confert ad aliquid aut noxium ualde: aut utile multum iocundumque existimat. Tunc enim corpus aliquid patitur. Profecto quando pro animi affectum motus aliquid in corpus

redūdāt nō per uim corporis / sed p̄ aī imperiū ī corpus uidētur descēdere. Corpus. n. uim non habet agēdi: atq; accipit subito motus illa ros ab aio nulla intercedere mora. Nā subito pallefcit uultus aio me ruente: & per aī agitationē dūtaxat expallet. Quādo uero calefacto nīmū corpore / aīa id egre fert / p̄turbatio huiusmōi non prius accidit aīo / q̄ & passionē corporis senserit / & noxiā iudicauerit. Sērire & iudicare actus est animi. Itaq; p̄ suum actū proprie nō per corporis uiolentiā aīus p̄turbat. Ideoq; se ipsū mouet / nō mouet a corpore. Quod ex hoc plane cōspiciū / quia ex uehemētiore cogitatiōe aī & affectu sē per agitāt & corpus. Neq; p̄t illi corpus obistere. Ex passione uero & cruciatu corporis nō necessario aīus de suo statu deiciū. Diogenes cynicus nudus glaciē niuēq; hyeme / estate ardētes calcabat harenas: atq; interim ridebat & iocabat. Polemon achademicus rabidissimos canū morsus dum sentiret / ne expalluit quidē. Anaxarcus abderites philosophus a Nicocreonte cypri tyrāno iussus ē in saxum cōcauum contici / ferreisq; malleis cedi. At philosophus penā corporis negligēs inquit. Tunde Tūde Anasarchi uasculū. Anasarchū ipsū nihil teres. Iussit tyrānus illi precidi linguam. Tūc ille precisā mordicus in tyranni faciem cōspuit. Aliq; inumeri maxime oīum christi martires talia fecisse cōmemoranī. Ex quibus apparet nō per corporalē naturā / sed per aīe ipsius iudiciū passiones corporis posse ī aīam penetrare. Iudicium uero nō semp naturā sequitū corporis. Variā quippe iudiciū ad cōiecturarum uarietate / etiā simili corporis complexione manēte. Sepe etiā manet idem cōplexione mutata. Constat igit̄ aīum corpori p̄ se obesse. Ipsū uero nisi a se ipso ledi nō posse. Lesio uero que a se ipso ifert / cōtrouersia quedā est potius q̄ p̄nitēs. Nihil. n. a se ipso p̄mitī.

Signum secundum ab affectibus rationis. Cap. ii.

a Nimā nostram corporis esse dominā ab affectibus phantasiae satis narrauimus. Cepimus quoq; idē partim a ratiōis affectibus indicare. Hāc uero partē diffusius prosequamur. In hac pre ponimus philosophātes: poetas: sacerdotes: presagos: & pphetas. Epimenidē crentsem annos quinquaginta dormisse aiūt. Id est ut opinor a sensibus uixisse semotū. Similiter decē latuisse pythagorā. Zoroastrē uero

uiginti. Socrates (ut scribit plato) a solis ortu usq; ad solē alterū oriē tē incōniuens: immobilis iisdē uestigiis / & ore atq; oculis ī eundē locū direptis cogitabūdus & abstractus a corpore stabat. Plato cū frequēter cōrēplationis intentiōe / longe secessisset a corpore / tandē ī ea ipsa abstractiōe a corporis uinclis decessit oīo. Eius discipulus Xenocrates singulis diebus integrā horam abstrahēbat a corpore. Archimedes syracusanus geometricis figuris intrētus tumultuosum excidiū pereuntis patrie & imminentem supra caput hostem non sentiebat. Porphyrius plotini discipulus scribit Plotinū sepe solitū solui a corpore mutare uultus. Tunc mira quedā inuenire que postea scriberet. Quater aut̄ affuisse se assentit iis Plotini miraculis. Se ipsū uero cū ageret octauū & sexagesimū eratis annū a numine correptū semel inter cōtēplandū affirmat. Multis annis ante istos idē fecisse heraclitū & Democritū legimus. Vtriq; in solitudinē secesserunt. Alter intentiōe studii subtristis uidebat̄ aspectu. Alter cū mentē a sensibus auocare cepisset / & impediret̄ ab oculis / sese excecauit. Quid multa? Quicūq; magnū aliqd ī quauis arte nobiliori adinuenērūt / id fecere precipue quādo digressi a corpore ī arcē animi confugerūt. Hinc plato scribit ī phedro / phōrū mētes precipue alas q̄bus ad diuina uolāt / recuperare quā uidelicet semp diuinis incūbant. Et alibi qdē diuinos / alibi uero dei filios nominat: quā quodāmō renascent̄ ex deo. Ob id scribit Aristoteles oēs ī qualibet arte uiros excellētes / melancolicos extrisse siue tales nati fuerint / siue assidua meditatione tales euaserint. Quod ego ob eā cām arbitror euenire: quoniā humoris melancolici natura terre seq̄ qualitātē / q̄ nūq̄ late sicut cetera elemēta diffundit̄. Sed acutius cōtrahit̄ in se ipsā. Ita melancolicus humor aīam & inuitat / & iuuat ut ī se ipsā se colligat. Rursus aīa si frequēter ita se colligit / p̄p̄ cōtinuā agitationē p̄ribus humorū subtilibus resolutis / cōplexionem corporis multo magis terreā efficit q̄ accepit. Preferrim cū habitudinē corporis se colligēdo reddat compressiorē. Talis autē est terre natura. Mirto quod talis quoq; ē natura mercurii atq; saturni: p̄ quam dum spūs in centrū colligunt / animi aciē quodāmmodo ab alienis ad propria reuocant: sistuntq; in cōtēplando: & ad cētra rerum cōferūt & i

penetranda. Neq; tamē planete uel humores eiusmodi tanquam efficiētes cause id opant: sed uel prebēt occasionē uel impedimēta repellunt. Animus at̄ ipse & inuitatus & expeditus talia pficit. Magnū certe ē mētis impiū/ que uirtute sua a cōpedibus corporis soluit. Ingēs opulētia mētis que quotiēs pretiosos dei & nature cupit thesauros nō ex terre uisceribus/ sed ex pprio eruit sinu. Maxime uero in illis apparet quantū corpori rō dominaat̄/ qui cū flagitiosam adolescētiam egerint: ante ipsam senectutē subito uel inspirāte deo uel hoīe exhortante ita mores mutant: ut ex intemparis tēperati uel continētes euadant. Qd̄ statim fecisse polemon tradit̄ eodē die. quo audiuit Xenocratē de pudicitia disputātē: Idē diogenes cū audiret Antistenē dissentē de libertate. Solet natura quicquid lōgo tēpore inoleuit nō aliter q̄ longo tēpore abolere. Habitū igit̄ diuturna cōsuetudine roboratū/ momēto labefactare nō nature corporalis ē/ sed excellioris atq; diuine.

DE POETIS.

P Reterea poetas considera. Quos democritus & Plato diuino quodā furore correptos affirmāt: hoc ostēdūt: preceteris duo platonis dialogi/ phedrus & Ion: Cuius quidem rei tria affert signa. Primū q̄ artes singulas singuli hoīes sine deo longo uix tēpore assunt. Legitimi uero poete quales fuisse uult Orpheū: homerū: hesiodū: pindarū oīum artū suis opibus certa quedā inditia & argumēta inseruerunt. Secūdū q̄ multa furentes canūt: & illa quidē mirabilia/ q̄ paulo post defruescēte furore/ ipsimet nō satis intelligūt/ quasi non ipsi pnūtiauerint: sed deus p̄ eos ceu tubas clamauerit. Tertiū q̄ nō prudētissimi quiq; & ab ineūte etate eruditissimi optimi euasere poete. Verū insani potius aliq; qualē fuisse cōstat homerū atq; lucretium aut rudiores / qualē se fuisse testat̄ hesiodus: & q̄les extitisse lonem & rynnīcū calcideū scribit Plato. Qui preter artē subito ī rebus poeticis mirādi pdierint. Addit ineptissimos quosdā hoīes a musis ideo corripī/ q̄a diuina prouidētia declarare uult hominū generi/ nō hominū inuēta eē preclara poemata: sed celestia munera. Cuius illud affert signū ī phedro: q̄ nullus unq; licet diligētissimus & ī oībus artibus eruditus excelluit in poesi / nisi ad hec accesserit feruentior illa ani-

mi concitatio: quam sentimus / quando ē deus in nobis agitan te calescimus illo. Imperus ille sacre semina mentis habet. Veniamus ad sacerdotes.

DE SACERDOTIBVS.

D luum paulum theologū tres celestium hierarchiarū celos ī diuina abstractione animi cōscendisse scripta eius: gesta discipuli mōstrant. Galilei quoq; nōnulli olim subito inspirāte deo ex piscarionibus sūmi euasere theologi. Sacerdotes multos ante horum tēpora instinctu demonū solitos debacchari/ & mirabilia quedā effari oīs testat̄ antiquitas. Corneliū sacerdotē castissimū scribit Aulus Gellius pataui mēte motū fuisse/ eo tēpore quo Cesar & Pompeius in thessalia cōfligebāt: adeo ut & tēpus & ordinē & exitū pugne uideret. Plinius quoq; tradit Harmonis clazomenii aiām relicto corpore uagari solitam: & multa ac uera e longinquo nuntiare: donec cremato eo inimici eius qui cārante uocabant̄ remeātī anime uelut uaginā ademerūt. Idē facere cōsueuisse scribit maximus ryrus plonicus & Herodotus aiām Aristei preconesii. Aurelius Augustinus refert Sacerdotē calamēsem solitū se suo arbitratu a corpore auocare: presertim cū querula harmoniā demulceretur. Iacebat inquit simillimus mortuo/ sine anhelitu: & cū ureretur & secaretur/ nō sentiebat. Exprectus autē dicebat se nihil preter ipsam melodiam & uoces loquētū ī ipsa abstractione sēnisse. Quod significat animam illam nihil tunc opari solitam ī corpore/ cum nullus esset motus aut sēsus tangēdi aut anhelitus. Aliquid tamē in se ipsa agere: cum harmoniam āre auditam excogitaret uocēsq; pciperet. Arqui & Cornelius ille & Harmon & Aristeus quos supra narraui/ cū se a corpore abstulisset: nihil uidisset remotius q̄ antea/ nisi anima cum a corpusculo isto eximitur/ uiueret liberior: & latius uagaretur: nec Calamēsis anima se sua sponte abstulisset a corpore & semota egisset aliquid/ si corporis sui pedissequa fuisset oīo. Hec his Platonis uerbis in phedro confirmari uidētur. Diuinis iquit meditationibus qui recte utitur: perfectisq; mysteriis semper imbuitur: pfectus reuera solus euadit. Ab humanis autē studiis segregatus/ diuinoq; numini sēp inherēs uulgo carpitur/ quasi extra se positus/ sed ipse deo plenus/ uulgu latet.

DE FATIDICIS ET PROPHETIS.

diximus de philosophis: poetis: sacerdotibus: iam de fatidicis
 pphetisq; loquamur. Longior esse cogar/ si augures: aruspices
 auspices/ mathematicos: magos cōmemorauero. Horū qdē opa peri-
 rissimas indicant mētes. Mētes uero diuinas illa preceteris presagia
 indicant: ut i phedro uult Plato: que sine arte & cōsilio fiūt. Qualia
 sunt que de dionima uate & Socrate & epimenide Plato refert. Que
 de sybillis: Varro una cū platone: Que de pythius oraculis historici
 narrāt/ & philosophi pene oēs cōfirmāt. Presertim platonici: Que de
 somniis expiunt oēs: Que de diuinis pphetis tradūt ebrei. Horum
 oīum mētes tunc maxime loca plurima circūstrabant: & tria i unū
 tēpora cōplectebāt/ quādo se a corpore secernebāt. Ergo quādo aīus
 hoīs oīo erit seiunctus a corpore oēm ut ē apud egyptios cōprehen-
 det locū & omne tēpus. Immo uero iam pene ē talis aīus suapte na-
 tura ubiq; & semp: q; ut multa loca & remotissima circūspiciat. Atque
 ut totū recolat preteritū tēpus & futurū anticipet/ non cogit extra se
 p̄gredi: sed relicto corpore in se reuersus/ id prorsus assequit/ aut quia
 natura sua ubiq; ē & semp/ ut arbitrant egyptii: aut q; cū in naturā
 suā se recipit: statim numini cōiungit/ oēs & locorū & tēporum termi-
 nos cōprehendenti. Ceterū qua uia presagiū cadat in animū/ si pla-
 cet/ altius repetā. Tres rerū ordines ad humanā aīam p̄tinere uident:
 puidētia: fatū: natura. Prouidētia ē series mētiū. Fatū series aīarū.
 Natura series corporum. Principio sub deo mētes illas oīo solutas a
 corpore ponimus secundū platonē: quos uocat dionysius angelos:
 purissimos. s. intellectus. Addimus inferiorē mētiū gradū earū. s. que
 iam corponibus uniuert: & q; si qdā angeli uident esse: obtinētes quo-
 dā mō gradū infimū angelorū. Quorū i numero sūt aīe oēs rōnales
 siue mūdi/ seu mundanarū/ sperarū/ syderū/ demonū atq; hominū. Ter-
 tio loco sunt globi celorū/ elemētorum/ humorū. Proinde angelorū
 caput/ deus ē/ qui radiū suū rerum omniū creandarū rōnibus predictū
 p angelos oēs demittēs/ gradatim format omnes: ita ut in singulis
 uniuersam describat mūdi figurā. Neq; solū sublimes illos intellectus
 angelosq; purissimos/ sic exornat/ uerū ēt p illos rāq; medios i mētes

13
 190
 quoq; rationaliū aīarū/ quasi quosdā infimos angelos radiū eundē
 traducit iisdē predictū rōnibus: huiusmodi rerū dispositio/ lexq; diui-
 na inscripta mētibul/ puidētia nūcupat. Seq̄ fatū. Anime quippe
 rōnales nō mō uim illā habēt intelligēdi/ p quam angelice sunt & in
 ordine puidētie numerant. Verū ēt uim illam uiuificā reatricēq; cor-
 poris: q; alit corpus i corpore. Sentit corporalia p corpus. Mouet cor-
 pus p locū regitq; in loco/ quā uim idolum. i. simulacrum rōnalis aīe
 platonici nūcupant. In hoc idolo insunt semina motionū & qualita-
 rum oīum/ que i corpore explicant ab aīa. Oēs aīe rōnales tum nostre
 tum que supra nos sunt/ uires illas habēt intelligēdi. Habent & has
 uiuificas retricesq; corporū facultates. Seq̄ natura. Nam i quoli-
 ber corpore aīato est certa quedam eius affectio siue cōplexio efficax
 atq; uitalis: quā uirtus aīe sue uiuifica corpori tribuit. Hāc uolunt eē
 platonici naturā corporū/ quasi quoddā uestigiū aīe in corpore/ siue
 umbrā: quā p̄culus eē uult una cū diuisione corporis diuisibilē: sem-
 nibusq; plenā: uitāq; corporis ab aīe uita manantē. Resummamus
 in hunc modū. Oēs mentes siue sublimes & sup aīas sint/ siue inferio-
 res & indite aīabus/ ita inuicem connexe sunt: ut ab earū capite/ deo
 incipiētes/ longa & continua serie p̄cedant: ac superiores quelibet infe-
 rioribus radios suos disperiant. Videamus qd hinc onat. Quando
 quis caput summū recti ligni humi iacētis digito pulsar usq; ad alte-
 rū ligni extremū pulsatio uel leuissima resonat. Idē in chorda fit ten-
 sa. Cuius si apex tangat tota tremat & sonat. Si tendas equo interual-
 lo duas in lyra fides/ altera pulsata tremat & altera. Si duas lyras ad
 eādē intētionē fidiū tempes sonāte altera altera reboat. Quorsū hec?
 Ut intelligamus hinc ex oīum mentiū mutua & inuicē tempata con-
 nexione idē fieri: ut scintille primarū in medias mediarum i infimas
 usq; refulgeāt: & a postremis p medias i sublimes iterū reflectāt. Harū
 connexionē hanc mutuam scintillarumq; infusionē a superioribus
 ad inferiores continue demanantem puidētiā appellamus. Mit-
 tamus mentes in presentia. Accipiamus idola. i. simulacra animarum.
 Caput omnium sit idolum anime mundi: huic connectantur idola
 duodecim/ animarū duodecim/ speras duodecim agitantū: Quoniā
 & iii

uero in qualibet spera plures sūt aīe harū idola ad unū idolū unius
cōisq; aīe que totā illā regit sperā religenē. Atq; ita oīa aīarum rōnalū
idola mutua quadā cōspiratiōe ex uno pēdēt idolo sūmo. Ita ut nu-
tus quilibet idoli primi ī media & mediōrū in infima transeant: & se-
mina rerū omniū corporaliū a primis idolis / idolis sequētib; inse-
ranē. Conspirationē huiusmodi seminūq; traductionē fatū eē arbitra-
bamur. Eadem rōne p corpora pcedamus. Cōplexiones siue affectio-
nes siue nature duodecim sperarum duodecim / uni & summe nature
ipsius mundane materie copulenē. Singule uero nature singulorum
corpulcorū spera cuilibet adherētiū ad naturā spera sue uniuersalē
similiter referant. Atq; hec depēdētia / series naturalis cognominat. In
qua naturarū superiorū instinctus ī naturas inferiores transfundit. Ita
oēs mētes tanq̄ lumīa / ad unā mētē tanq̄ lumē. Oīa aīarū idola & si-
mulacra ad unū uniuersalis aīe idolū. Oēs nature corporū q̄si aīarū
umbre / pprie ad cōem naturā unius corporis q̄si umbrā unius aīe re-
ducātur. Aīa nostra p caput suum. i. mētē superioribus mētibus ne-
cti: p uim infimā. i. idolū quo regit corpus / cum idolis aīarū superiorū
conspirat: p naturā corpis sui cui idolū se insinuat / cōciliatur naturis
corporū mūdanorū. Quas natura huius corporis seq̄. Ergo iis q̄si
tribus rudētib; toti machine colligamur. Mētē mētibus. Idolo ido-
lis. Natura naturis: nō aliē ac fetus ī aluo toti corpori materno p cō-
tinuata ligamēta cōnecti. Vnde & aīe matēne & corporis & spūs ma-
terni / ipse quoq; p aīam suā corpus & spūm pcpit passiōes. Aīa igi-
tur p mētē est supra fatū / in solo puidētie ordine tāquā supna imitās
& inferiora una cū illis gubernās. Ipsa. n. tāquā puidētie piceps / ad
diuine gubernationis exēplar / regit se domū ciuitatē artes & aīalia
p idolū ē in ordine fati similiter / nō sub fato. Siquidē aīe nostre: Ido-
lū natura sua cū supnis idolis cōcurrat ad formādū corpus atq; mouē-
dū. Per naturā qdē corpus ē sub fato. Aīa ī fato naturā mouet. Itaq;
mens sup fatum in puidētia est. Idolū in fato sup naturā. Natura sub
fato / supra corpus. Sic aīa in puidētie: fati: nature: legibus nō ut pa-
tiens modo ponitur: sed ut agens. Ideo plato ī libro de re. p. decimo
Virtutē animi inquit nō esse seruilem Demonē uite ducem: ac rursus

13 191
uite fortunā eligi a nobis nō nos a demone uel fortuna. Culpam eli-
gētis esse: nō dei Zoroaster quoque ita precipit. ΜΗ ΣΥΥ ΑΥΨΑΝΕ ΤΗΝ
ΕΙΜΑΡΤΗΝ. i. Ne tu augeas fatum. Quasi ī tuo arbitrio sit / cedere fa-
to atq; non cedere. Cum uero ex tribus illis partibus astringamur
partim rerum ordini: partim nō astringamur: ex quarta precipue solui-
mur: nostriq; sumus oīo. Hec ratio est quā iter mētē anime caput &
idolum aīe pēdē mediā collocamus. Mens enī aīe inest / nō quātū: aīa
pprie est / sed quātū āgelica: & a supernis mētibus occupata. Idolum
quoq; illud aīe: idest rector potētia corporis / nō est aīe pure officium
sed aīe iam uergētis ad corpus. Verum ratio iterponitur. Vis quedā
uerarum propria aīarum p quam ī uniuersali cōceptu a picipiis rerū
ad cōclusiones temporali successione discurrūt. Effectus resoluūt in
causas. Causas iterum ī effectus deducūt. Discurrunt etiam cōceptu
particulari ad discursiōis uniuersalis exemplar. Sed ī prima illa &
uniuersali discursiōe rō intellectualis uocāda ē. In discursiōe particu-
lari: ratio cogitatrix / & opinatrix. Mēs autem illa que est aīe caput &
auringa / suapte natura angelos imitata: nō successiōe. sed momēto qdē
cupit assequitur. Immo habitu quodam / & ut uult Plotinus / actu si-
mul cōtinet omnia. Ac merito post mētē hāc anime stabilem ange-
los imitātem sequitur ratio mobilis / aīe propria. Huius pedissequē
sūt uires ille sentiēdi brute: que sūt in idolo: phārasia. i. cōfusa que in-
stinctum sequitur naturalem / imaginatioq; quinq; sensuum cōgrega-
trix. Idoli pedissequa est natura. Mētē nostram soli cuidam nostro /
rōnem solis huius lumini. Idolum luminis huius radio / naturam
radii reflexioni. i. splēdori: & ut rectius loquar / umbre platonici com-
parant: atq; ut ad uim reuertar rōnalem / sepe eam aiunt ita se ad men-
tem habere: ut sermonem ad animā se habere uidemus: & ī motu per-
petuo liberoq; uersari. Deniq; facultas illa rōnalis que propria est ani-
me uere natura / nō est ad aliquid unum determinata. Nā libero mo-
tu sursum deorsūq; uagat. Primus. n. motus ē: qui ī ppria aīe natura
locat: cū ipsa sit essentia tertia: cuius uirtus ē p se mobilis. Primus at
motus / nō hic motus ē / aut ille. Non huc solū fert / aut illuc: sed cōis
motus ē: & tanq̄ fons motionis pfluit liber: paribusq; ī omnē partē
& iii

momētis plabiū. Quā ob rē licet p mentē idolū naturā quodā mō cō
muni rerū ordini subnectamur / p mēre puidētie: p idolū fato: p natu
rā singularem / uniuerse nature / tamē prōnem nostri iuris / sumus oīo:
& tanq̄ soluti mō has ptes / mō illas sectamur. Quādoq; rō mēti cohe
ret: ubi surgit ī prouidētiā. Quādoq; idolo obseq̄ & nature. Vbi fa
tū suo quodā subit amore: dū sensibus cōfisa huc & illuc rerū sensibi
liū occurſu distrahit. Quādoq; omiſſis aliis ī se ipsā se recipit. ubi aut
res alias pquirit: argumētādo / aut indagat semetipsam. Vsq; adeo uis
hec media ppriaq; aīe & libera ē / & inquieta. Et quādo aliqd ī no
stra incurrit extrema / puta ī mentem. Idolū uel naturam fieri quidē
pōt ut aīa statim illud quoquomō p̄cipiat. Nō tamen prius animad
uertit se illud p̄cipere q̄ in potentiā trāseat mediā. Cum enim poten
tia media sit: p quā nos homines sumus: immo & quod ipsi sumus /
qd̄ pertinet ad eam euidentissime ad homines pertinet. Mouent se
pe colores: aut uoces: oculos siue aures. Confestim uisus & auditus
suum explent officium. Hic uidet: ille audit. Nondū tamē animus &
uidere se & audire animaduertit: nisi media nostri potētia sese ad hec
intēdat. Quod patet ī his qui obuios sibi non comprehendunt: dū
aliud quippiā attentius cogitāt. Sic mentes superiores mouēt semp
nostrā mentē illis annexā. Impulsū tamē huiusmōi ideo nō aduerti
mus: quoniā uis media p̄ inferiora circūuaga a superioribus se diuertit.
Eadē rōne idola aīarū superiorū pulsāt / sēp idolū nostrū. Hūc nos influ
xū haud agnoscimus / quādo ps illa media aliud qcq̄ firmiter specu
laē. Similiter corporū ampliorū nature cōtinue lacessūt corpis nostri
naturā. Hūc īstinctū sepiſſime rōne eadē nequaq̄ aduertimus. Huius
rei exēplū hēmus ī corpore. Sepe. n. nulla re lacessiti / nobiscū subiraſci
mur. Nullis malis turbati nūtius aut portētis territi torpescimus mere
mus & trepidamus: nullis bonis pmulcti gestimus ipsi nobiscū & cani
mus. Hec uide? Cām certe nouā hēnt tā noui effectus. Hec utiq; ē / uaria
p uariis rēponibus affectio corporis siue ī felle uel iecore crocea bilis
exestuet. Seu bilis ferueat atra ī splene. Seu claro sāguine cor abūdet.
Huiusmōi corporis affectiones atq; nature: quia pxime sūt uiuifice
potentie que idolo continetur / & continet ipsas / eam uariis incitant

13 192
pulsibus dum occasionē prebent: ut illa & aliter & obnixius operetur
in complexione corporis uiuificanda q̄ solet. huiusmōi opatio red
dita concitator uim sentiendi que eodem idolo continetur tactum
presertim titillat sensim / pungit uel latenter eiusdem idoli phantasiā:
ceu per nature indigentiam pungitur stomachus. Punctio illa & titil
lacio latens ad mediam anime partem non trāsit / quādo illa in aliud
inhiat. Trāsit autem quando uacat. Tūc per rationē cogitatricem re
pēte subiraſcimus quodāmodo: uel meremus: uel gaudemus. Ratio
inrelectualis hec aduertit. Vnde assentitur quādoq;. Quādoq; ē cō
siliis & remediis hec fugit & fugat. Sūmatim his sepe pulsamur affe
ctibus longo ordine a naturis uniuersalibus per propriam in nos de
scendentibus: & unde nobis ingerantur penitus ignoramus. Si ita ē
cur non etiam mentes superiores menti nostre cōiuncte semp eā pul
sent? Quem impulsus nos minime aduertamus / quādo pars media
nostri ita est suis actibus occupata / ut usq; ad eam nō transeat mentis
influxus. Ea uero uacāte / quid prohibet angelicam aliquā rōnalibus
utribus cogitationem irrepere? Licet unde surrepat non uideamus.
Quod indicant illi qui absq; preceptore ex sola uacue rōnis intētio
ne: aut etiam tranquillitate sepe multa & preclarissima etiam dū nō in
q̄rerent reppererūt: quasi sua sponte solis lumen in serenū aerem subī
to se trāsfūdāt. Ac licet dispositio mūdi que tota simul est ī mētibus
rōnibusq; supnarū aīarū īscripta penni quadā cōtinuatiōe tota simul
nostre mēti se offerat. Tēporalis tamē mūdanorū seminū uicissitudo
sicut paulatī in idolis naturisq; illarū aīarū sibi ipsi succedit: ita simili
quadā successiōis cōtinuatiōe p oīum aīarū idola oīumq; corporū
naturas descēdit usq; ad idolū aīe nostre & corporis nostri naturam.
Vt ecce rō pluuie cras future / hodie regnat in aīarū celestīū idolis / ce
lorūq; naturis. Eadem p elemētaliū aīarū idola / elemētōrūq; naturas
demanat / quousq; idolū aīe nostre simulq; naturā pulset humorum.
Pulsatio idoli nostri fit ab idolis: nature nostre pulsatio ab illis natu
ris & idolo nostro. Quādo mētī ille īfluxus rōne nostrā sortit̄ ocio
sā siue mēti uacātē / ipsi aliqd ostēdit eorū / que ad uniuersalē eternarū
rerū cognitionē seu mundi gubernationē pertinet. Vt uel dei legem

& ordines angelorū: uel seculorum restitutiones: & regnorum muta-
tiones preuideat. Quādo idolorum naturarumq; istinctus rōnem oīo
& phātasiam offēdit uacuum / aliquid sibi portēdit eorum / que ad tē-
porum uicissitudines elemētorumq; turbatiōes attinēt. Ut futuram
preuideat pluuiā: terremotus: atq; similia. Qua uia istud? Vis illa su-
periorum idolorū pluuias iductura ad pluuias prefiguratur celorū ro-
tas. He aerē humefaciūt. Aer udus pituitā mouet nostram: humorem
.l. aqueū: pituita spiritū: ex ea presertim pre qua & ipse ē aqueus. Siq;
dem spūs cū sit uapor sāguinis / & ī sanguine quattuor īsint humores
in spū sunt quattuor humorū elemētorumq; uirtutes. Igit̄ uirtus illa
spūs aquea a pituita irritata uiuificā aie nostre instigat potētā ex ea
pre qua aquaticorū semina uis uiuifica possidet: Vis hec suscitatur eas
imagines / que ī uacāte phantasia rōneq; sunt ad pituitā prīnētes: ut
subito cogitemus flumina: imbres: angues: āguillas: pisces atq; simi-
lia. Eodē pacto uis superiorū calores & estus procreatura cōgruis me-
diis colerā .i. bilē in nobis & colericū spūm mouet: hic uirtutē uiuifi-
cā: hec igneas imagines in phātasia rōneq; latētes: ut incendia imagi-
nemur: rubeosq; colores & flauos.

Septem uacationis genera.

u Erum quādo ita uacamus ut huiusmōi aduertamus influxus.
Septem sunt uacandi genera. Sōno: sincopi: humore melancoli-
co: temperata cōplexione: solitudine: admiratiōe: castitate uacamus.
Quoniam anima operationes suas mouendi & sentiendi in hoc cor-
pore crassiore per spiritum sibi proximum explet: ideo quando uel
propter defatigationem spiritus in mēbris exterioribus resoluūt̄ uel
propter uapores humoresq; meatus illi cerebri oppilentur: per quos
huiusmodi spiritus ad sensum motumq; idonei solent ad mēbra trās-
mitti: nunc animus sese quodāmodo colligit: neq; in sentiēdis corpo-
ralibus qualitatibus / neq; in regendis mouendisq; membris sui cor-
poris / neq; in tractandis externis negociis occupatur / quod facile fit
in sōno. Quanto autem magis exterior actus remittitur: rāto intēdit̄
magis interior. Interiores actus sūt phātasie uisa / rōnisq; discurtiōes.
Sed plurimum ita intenditur phātasia / cuius nutu plurimū agimus

uitā: ut imagines suas acerrimo intuitu in se ipsa uolueret. Reuo lute
actius imagines ille usq; ad cōmunē illū sensum / quē more platonico
uocamus imaginationē relucēt. Inde ī sēsus īferiores & spūm. Imago
uero in sēsis iis spūq; relucēs solet pro re uera asseruari. Nā uigilan-
tes hoīem se uidere aiūt / quādo ad hoīs imaginē in iis micātem sese
uertunt. Similiter dormientes affirmāt hoīem se uidere / quando eius
imago a phantasia ipsius conseruatrice p imaginationem in sēsum re-
splendet & spūm. Resplēdēt aut̄ imagines ille preceteris ad quas phā-
tasia magis afficiēt: siue cogitatio siue perturbatio preterita siue rumul-
tus presēt dominantium humorū id faciat. Atq; hec infōnia uana sūt
& nihil preferunt uancinii. Nam aut ex uigiliarum reliquiis aut cor-
poris turbatione nascūtur. Talibus infōniis homines illi solent illu-
di qui uoluptuose uite dediti ad ea que mouent sensus uehementer
afficiunt̄: & phantasia ad hec uel tanquā bona adsciscenda / uel rāq;
mala reiicienda affigunt acerrime. Quo fit ut eorū reliquie phantasia
turbent in sōnis. Accedit q; nimio grauati cibo uel potu phantasia
in sōno expeditam habent nunquā. Nam propter imoderatā humo-
rum uaporūq; redundantā imagines ille in phantasia sepe mouent̄:
que terra spectacula preferant. In iis quoq; propter uini calorem icita-
ta uirtute genitalis seminis expultrice mouentur imagines amate p
sone quas seruat phantasia. Vnde cogitatur amplexus. Ex iis ratio-
nibus Plāto in nono libro de repub. concludit rationem sepe ī sōno
usq; adeo occupari / ut non libere influxus superiores perentiat. Per-
cepturam autem ueritatem inquit quotiēs non turbabitur. Sunt &
multi uoluptuose uite contemptores: rerum tamē ciuiliū studiosi
uel imperii & glorie cupidi. In his dormiētibus cōsopitur interdum
etiā phantasia. At ratio tunc priuata & publica tractat negocia / & iis
plurimum occupatur. Sunt nōnulli tam uoluptatum q̄ humane glo-
rie contemptores. sed indagatiōi rerum diuinarum & naturalium
dediti. horum in somno cessat aliquando non phantasia solū / sed rō-
nis etiā actiue anxia cōsultatio. Resurgit at̄ cōsueta illa rōnis specula-
triciū iuestigatiō / ut uel metiri celum uideamur uel elemēta p̄iri . uel
aīaliū species numerare. Nullis eorū quos numerauimus cōmuniter

conuenit uaticiniū/ licet postremi ii philosophātes uere ratiocinētur etiā dormientes/ imo & iueniāt/ quādoq; que diu quesita nō inuenerant uigilantes: quia rō est tranquillior. Tale quiddā contigit Galieno q; scribit cū circa diafragma egrotaret/ se sōniauisse liberatū in si sāguinem mitteret ex uena / que est inter pulmonem & indicem. Minuisse sanguinem: conualuisse. Neq; desūt aliqui licet ppauca tales repiantur/ qui domitis uoluptatibus ciuilibusq; rebus neglectis / ita suā uitam instituant: ut ueritatis quidē assequēde flagrēt cupiditate. Eā tamē humanis uestigiis qbus ambigua mens naturalium philosophorū plerūq; solet confidere/ inuestigari posse diffidant. Itaq; deo ita se dedunt. Ipsi molunt nihil. Apertis & purgatis oculis qd maxime diuinitus ostendat expectāt. Quod & precepisse dicit Socrates & fecisse. Hi pii homines & religiosi uocant: horum aīus in uigilia uacat precerens. Vacat in sōnis omnino. Quapp supnus impulsus ab eo facile animaduertit. Sed horū hoīum duo sūt genera. Alii tēplū hoc dei mundi .i. machinā admirant frequētius. Alii tēpli huius numē impensius uenerant. Illorū aīo per sōnum q̄to passionel mūdi mōstrant: & ille pro ceteris ad quas magis afficitur. Ut pluuiam: uideat futuram: Bellum: pestē atq; similia. Demōstrationis modum & ordinē supra diximus.

Ceterum sepe difficilis sōni interpretatio est. sepe etiam facilis. Difficilis/ quando postquam pluuia futura expressa est i phantasia: uis phantasiae imaginem pluuie non satis attente commendat memorie: sed tanquam uelox nimium & uersatilis ut semel impulsā est/ currit lubrica per similes & consequentes imagines: ut ex pluuia exciterur ad uentos cogitandos: ex uentis ad altissimos montes: ex mōtibus ad niues. Ita Pretergressa expergiscitur: atq; ex perrecta niuis: postremo uise magis memor est q̄ pluuie. Vnde futuram predicit niuē non pluuiam. Quapp oportet interpretem sōniorū esse sagacissimū uenatorum: ut sciat ex pximo uestigio recurrere ad remotū: ab illo rursus ad remotius aliud: ac uideat quid apprime ex quoq; sequat quousq; ad primū perueniat. Quod solemus i quotidianis sermonibus obseruare/ quādo ex uno sermone i aliū rursusq; i alium trāsgressi tadē sermonē primo ppositū in promptu nō satis habemus. Tūc nouissima

13 198
uerba cōsideramus/ e quibus potissimū uerbis sequi potuerint: & iterum ex quibus illa donec prima planissime recolamus. Solet uena roria uelox & uersatilis requirit ingenium/ presaga facultas si mō pspicue debeat preuidere pacatum atq; quietum. Hec tāquā repugnātia in eodē non facile cōcurrunt. Ideo plurimum nō iidē presagi sūt perspicui & interpretes. Et sepe qui presagiūt nesciūt quid presagiāt maxime & qui interpretātur uelociter errāt magis in preuidēdo. Quod in timo significauit Plato: cum dixit alios esse uates/ alios uatum i interpretes. Sed ut ad rem redeamus / eorū somnia interprete indigent: qui pp colericos & igneos spiritus/ curriculo phantasiae currūt uelocius. In qbus uero pp complexionē spirituum tēperatā uel melācolicā phantasia incedit marum/ preuise res firmiter inherēt memorie: neq; nouis & uanis imaginibus cōfundūtur. Propterea horum presagia i interpretatione nō indigēt. Atq; hec sunt presagia somniorū que religiosis illis cōueniunt: qui diuinam hāc edē admirantur & stupēt. Qualia sibi obrigisse tradit Hipocrates: qui cū Democritū qui isanire uulgo ferebatur/ curaturus adiret per quietē accepit a deo non Democritum insanire sed uulgu. Eadē ratione Socrates futuram Platonis excellentiam predixit ex sōnio. De his satis. Illis uero religiosis q̄ tēpli huius potius numen adorant / cum p somnū q̄scunt id accidit: ut mēs eorum diuine cupida maiestatis pulserit numine uehementer: & talis quedam mēti illorum succurrat de deo cogitatio/ quāle maxime solet uigilans affectare: puta sedē opationemq; dei nosse desiderabat. Quiescenti rationi lux infinita inuisibilisq; occurrit: que ubiq; tota & in se ipsa sit: seq; ipsā p se sine oculo uideat. Hic si phantasia ad motū sit tardior / plana manet & perspicua notio quam ex perrectus animus immaculatam/ ut acceperat hominibus aperit. Sin uelocior sit statim ipsa post ratiōem ut solet/ suum opus aggreditur. Volutat consuetas imagines atq; imitata prouitibus rationem lucē fingit solis imensam totam oculis omnium ubiq; micantem: & in se ipsā ppe tuo se circuitu reuoluētē. Hic ergo ē opus interprete. Qualis Ioseph fuit & Daniel: qui regia somnia interpretabantur. Hac diuinatione polluit Mercurius Trismegistus/ quod eius liber de dei potentia &

sapientia e greca lingua in latinã a nobis translatus ostendit. Hec uaticinii spēs religiosi qdē ut diximus maxime conuenit. Aliis quoq; nōnunq; si quādo uel prouidētia aliqua/ uel casus p̄sperrate iaceant sobrii curisq; uacui. Vnde Alexādro regi dormiēti draco herbã monstrauit/ qua Ptolemeū curaret grauiter uulneratū. Precipue uero p̄pe ortū solis sedata paulū uaporū externarūq; curarum turba/ id accidit. Quāq; quod uulgo fertur matutina sōnia esse ueriora/ non ob id solum prouenit/ q̄ magis sobrii sumus. Sepe. n. sobrii dormitū accedimus/ neq; tamē tunc fiunt p̄spicue uisionē: uerū etiā ex eo q̄ & solis p̄hebiq; uatis accessu uaticiniū roborat: & sanguinei igneiq; spiritus ea hora dominātes claritate sua ad clarā conferūt uisionē: & quod uidemus/ quia statim exp̄giscimur/ turba imaginū cōsequentiū nō confundimus. Que de sōno dicta sūt his Orphei uersibus confirmātur.

αγγελε μελλοντων θνητοις χρηστω δε μεγιστε: ησυχια γαρ υπνου γλυκερουσι γελος επελθων: προσφωνων ψυχαις θνητων νοον αυτος εγειρεισ. και γνωμασ μακαρων αυτος καθυπνουσ υποπεμπεισ. σιγων σιγοςαισ ψυχαισ μελλοντα προφωνων οισιν επευσε βησι θεων νοοσ εσθλοσ οδευει. i. Nuntie futurorum mortalibus uaticina tot maxime: Accedis ad animas somni quiete demulctas: easq; cōpellans suscitās mentem. Sentētias numinū beatorum eis per somnum subinseris. Silens silentibus animis uentura prenuntias/ his inquam animis/ quorū mens diuino cultu rectissime utitur.

f Atis de ea uacatione animi que per somnum fit diximus. Sequitur uacatio: que fit per syncopā. i. p̄ casū corporis semiuiui: quando cordis defectu spūs ad mēbra nō mittuntur: & qui in mēbris sūt/ retrahuntur ad cordis debilitati presidium. Quo in statu perinde ut in sōno prouenit uaticinium. Quo excelluisse Hercules dicitur/ arabesq; permulti/ qui comitali morbo corripiebantur. Hinc Plutarchus in libro primo de anima: Enarchus inquit nuper egrotans tanquā iā mortuus a medicis fuit relictus / & breui tempore in se ipsum postea reductus dicebat se mortuum fuisse: & i corpus iterum restitūtū: nec eo morbo moriturum: reprehensosq; aiebat uehemēter a domino suo eos spūs: qui aīam eius duxerunt. Ad Nichādā .n. missos nō ad ipsū

13
194
fuisse. Nichandas at corarius erat: & in palestris nō ignobilisq; eo tēpore quo Enarchus reuixit i maximas incidit febres: ac repente mortuus est. Hic aut uiuit: sup̄stetq; est/ felicissime nobiscum manens.

r Errius uacationis modus fit ex melācolici humoris cōtractiōe/ aīam ab externis negociis seuocantis: ut aīa tam uacet homine uigilante q̄ solet dormiēte quādoq; uacare. Certe quēadmodū cōmodissimū instrumētū carere oportet motu p̄prio: ne forte quādo faber mouere ipsū ad dextrā statuit fabricādo/ ipsū interim ferať motu proprio ad sinistra: sic aīum illū quo diuina prouidētia uti ad uaticinium statuit quasi aliquo instrumēto quietū esse necessariū est. Quales sūt melācolici sepe: sed & hi quādo minime rapiunt/ rāto ceteris cōcitatiores fiunt/ quāto corpora dēsa si accēdātur feruētius urunt q̄ corpora rara. Hac rōne Socrates quē Aristoteles melācolicū iudicauit/ demonis familiaris inspiratione multa presentiebat/ cuius rei testes sūt Plato: Xenophon: Antipater maximus: Apuleius. Siqdē Timarchus cū ab eo conuiuio discessisset ubi Socrates discūbebat/ Socratis demone phibente inde ea p̄petrauit/ quorū causa ē occisus. Carmides i nemea certauit uerante Socrate: ac certasse penituit. Critoni contra socraticū consilium rusticanti ramulus aliquis p̄cussit oculū. Idē etiā Socrates dū fugeret una cum aliis nōnullis imperum hostiū ut uerū ē/ i triuium eadem qua ceteri fugere uoluit/ ga deterrebat a demone. Tum quidem ii qui alia uia fugerant in equitarum hostium inciderūt. Aristides & Tuchydidēs aliq; p̄multi q̄ diu Socrati p̄pinquabāt/ etiam Socrate ipso tacente in philosophie studiis p̄ficiēbant q̄ plurimū de monis illius instinctu: quāto longius recedebant a Socrate/ rāto reddebantur ad philosophiam ineptiores. Idem cum morti p̄pinquaret ut scribit Xenophon predixit Anyto filium eius qui tunc modestus uidebatur fore flagiciosissimum: atq; ita euenit.

e St & quartus a rēperata complexione uacandi modus. Siqdē ralis cōplexio nullū infert tumultū alicuius supantis humoris: q̄ ad ullā imaginē cōmoueat phātasiam. Sūt etiā huiusmōi uiri i affectibus suis & actibus moderati. Ideo aīo adeo trāquillo uiuunt/ ut etiā uigilantes supernis subiciantur influxibus. Quod Pherecidī syro

Pythagore Plotino dicitur contigisse. Plotinum preceteris admittor qui ut narrat discipulus eius Porphyrius mores hominum: errata: euentus prescribat. Et cum ipse Porphyrius se ipsum interficere cogitaret: id ille prescripserit diuinitus: atque prohibuit. Ob hanc rationem ut scribit iunior Plinius Curtio ruffo dum africam obtineret & inclinato die spatiares in porticu oblatam est mulieris figura humana grandior pulchriorque. Hec predixit eum uenturum romam: honoresque gesturum. Atque est cum summo imperio in eadem prouintiam reuersurum: ibique moriturum. Facta sunt omnia.

¶ Vincta uacatio fieri uideatur a solitudine. Vbi animus nullis humanorum negotiorum curis distractus: paulo uel numinum uel celorum momento eadem quotidie cogitat: que celestia numina cogitant facere. Quod quidem Zoroaster magorum princeps solitudine uiginti annorum dicitur assecutus. Vbi de omni diuinationis arte multa conscripsit & fecit. Similia operatum fuisse Orpheum in thracie desertis eius scripta museo declarant.

¶ Extra fit ab admiratione uacatio. Sybille & pythie sacerdotes cum secederent in Iouis aut Apollinis antrum: ibi numen ipsum adesse credebatur: tanto admirationis uenerationisque stupore de maiestate numinis cogitabant: ut sensus phantasia ratioque actus suos illico pretermitterent. Tunc mens soli exposita numini: siue deus ille fuerit siue demonum supnos persentebat nutus: eos presertim que ad ea negocia pertinebant: de quibus nuper deliberauerat. Similiter affectum fuisse Cornelium sacerdotem parauit tradit Aulus Gellius. Et tales quosdam inducit Orpheus coribantes. Hac uaticinii spe precebat Albigerius carthaginensis. Hic pene quicquid egisset quisque aut cogitauisset afflatu demonum respondebat. Huius diuinationibus sepe se affuisse Aurelius Augustinus affirmat.

¶ Optima & omnium prestantissima ea animi alienatio est que fit castitate mentis deo deuote. Quoadmodum Orpheus in hymno deorum omnium museum docet. Talis quippe mens non ad rebus ut alie sed ferme semper pacatum est dei templum cuius hostium ut Ioannes inquit theologus: deus pulsat primum. Quod statim aprum ingreditur: quod inhabitat sedulo: in quo hominem pascit ambrosia: per hanc ut refert Aurelius Augustinus: rusticus quidam suis reponibus secedebat a corpore. Et uigilare se sciebat: dum tamen uideret mira quedam oculis non corporeis. Per hanc

14

Ioannes theologus omnium diuinissimus in primo uniuersum uidit ordinem seculorum. Per hanc Ezechiel campum ossibus mortuorum inspexit: refertur & ossa postmodum resurgentia. per hanc Ysaias deum sedentem a seraphim circumdatum. Sed in omnes quemadmodum & sonantes: quicquid mente cernebant phantasia uelaminibus statim operiebant. Ita ut uisa mentis phantasia umbraculis obscurata interprete indigerent. Concludamus iam per septem uaticinii spes tantam esse humane anime aduersus materiam excellentiam: ut & dormito & sopito & semiuuo corpore multo clarius uideatur multoque prestantius operetur quam corpore operante: quasi ad magnificaque uis efficienda subsidio corporis non indigeat. Vbi apparet quanta sit anime cum celestibus concordia: quanta cum deo cognatio: que quoties in se redit: celestium arcanorum & diuine fit participantis.

Tertium signum. Ab artium & gubernationis industria. Cap. iiii.

¶ Etera animalia uel absque arte uiuunt: uel singula una quadam arte: ad cuius usum non ipsa se conferunt: sed fatali lege trahuntur. Cuius signum est: quod ad operis fabricandi industriam nihil proficiunt tempore. Contra homines artium innumerabilium inuectores sunt: quas suo executive arbitrio. Quod significatur ex eo quod singuli multas exercent artes: mutant: & diuturno usu fiunt solertiores. Et quod mirabile est humane artes fabricant per se ipsas quecumque fabricat ipsa natura: quasi non serui simus nature: sed emuli: Vtas ita pinxit Zeufis: ut aues ad eas aduolarent. Apelles equam ita pinxit & canem: ut pretereuntes equi hinnirent: latrarent canes. Praxiteles in quodam indorum templo uenerem marmore adeo uenustam expressit: ut uix a libidinosi transuentium conspectibus tuta & pudica seruaretur. Architarctinus colubam e ligno mathematica disciplina fecit: librauit inflauit spiritu adeo ut uolaret. Egyptii ut tradit Mercurius deorum statuas construunt tales ut loquentes & irerent. Achimedes Syracusanus genum celum fecit: in quo omnes septem planetarum motus uerissime conficiebantur ut in celo: & ipsum uoluebatur ut celum. Mitto egyptiorum pyramides: romanorum grecorumque edificia: metallorum officinas & utriusque. Denique homo omnia diuine nature opera imitatur & nature inferioris opera perficit: corrigit: & emendat. Similis ergo ferme uis hominis est nature diuine: quandoquidem homo per se ipsum. i. per suum consilium atque artem

regit se ipsum a corporalis nature limitibus minime circūscriptum: & singula nature altioris opa emulatur. Et tanto minus quā bruta nature inferioris eger subsidio: quanto pauciora corporis munimēta sortitus ē a natura quā bruta: sed ipsemet illa sua copia cōstruit alimēta: uestes: stramenta: habitacula: supellecilia: arma. Ideo cū ipse sua facultate se fulciat: fulcit uberius quā bestias ipsa natura. Hinc pficiscit inenarrabilis uarietas uoluptatū: hos quinque sensus corporis oblectatiū. Quasi ipsi met nobis proprio ingenio machinamur. Bruta breuissimis nature claustris cōcludunt. Non solum ad corporis necessitatē noster aīus respicit: sicut bestie nature imperio mācipate: sed ad oblectamēta sēsuū uaria: quasi quedā pabula phātasie. Neque solū per uaria blandimēta ipsi phātasie aīus adularur: dū quasi per iocū diuersis ludis delinit quotidie phātasiam: uerū etiā agit interdū cogitatrix rō ferus: & sue prolis ppagande cupida emicat foras: & quāto polleat ingenio euidenter ostentat: per uariā lanificiorū sericūque texturā: picturas: sculpturas: & edificia. In quibus cōponendis sepe nullū corporis respicit cōmodū: nullū sensuū blandimētum: cū aliquando sponte ex iis incōmodū & molestiam pariat: sed facūdie sue amplificationē: approbationēque uirtutis. In iis artificiis aīaduerrere licet: quēadmodum homo & oēs & undique tractat mūdi materias: quasi homini oēs subiciantur. Tractat inque elemēta: lapides: metalla: plātas: & aīalia. Et in multas traducit formas atque figuras: quod nūquā bestie faciūt. Neque uno ē elemēto cōtētus aut quibusdā ut bruta: sed utitur omnibus: quasi sit oīum dominus. Terram calcat. Sulcat aquā. Altissimis turribus cōscendit in aerē: ut pēnas Dedali uel Icarī pretermittam. Accēdit ignē: & foco familiariter utitur: & delectatur precipue ipse solus. Merito celesti elemēto solum celeste aīal delectatur. Celesti uirtute ascendit celum atque meretur. Supercelesti mente transcēdit celū. Nec utitur tantū elemētis homo: sed ornat: quod nullū facit brutorum. Quā mirabilis per omnē orbem terre cultura? Quam stupenda edificiorum structura & urbium? Irrigatio aquarum quā artificiosa? Vicem gerit dei qui omnia elemēta habitat: colitque oīa. & terre presens nō abest ab ethere. Atqui nō mō elemētis uerū etiam elemētorū aīalibus utitur oibus. Terrenis: aquatilibus: uolatilibus

13 197
ad escam cōmoditatem & uoluptatem. Supnis celestibusque ad doctrinā magiceque miracula. Nec utitur brutis solū: sed impat. Fieri quod potest ut armis quibusdā a natura acceptis bruta nōnulla quādoque uel imperū in hoīem faciant: uel hoīs effugiant imperū. Homo autē acceptis a se ipso armis & uitat ferarū imperus: & fugat: & domat. Quis uidit unquam hoīes ullos sub bestiarū imperio detineri. Quēadmodum ubique uidemus tam imanimissimarū ferarum quā mitium armēta per oēm uitā parere hoībus. Nō impat bestiis homo crudeliter tantum: sed gubernat ēt illas: fouet: & docet. Vniuersalis prouidētia dei quę est uniuersalis causa: propria ē. Homo igitur qui uniuersaliter cūctis & uiuētibus & nō uiuētibus prouidet: est quidā deus. Deus est proculdubio aīalium: quę utitur omnibus. Impat cūctis. Instruit plurima. Deum quoque esse constitit elemētorū: qui habitat colitque oīa. Deū denique omniū materiarū qui tractat oēs: uertit: & format. Qui tot tantisque in rebus corpori dominatur: & immortalis dei gerit uicē: est proculdubio immortalis. Sed artes huiusmodi licet materiā mundi figurent & aīalibus impent: atque ita deū nature artificem imitent: sūt tamē artibus illis inferiores que regnū imitate diuinum humane gubernatiōis suscipiunt curam. Singula bruta uix ad sui ipsius uel breuē natorū curam sufficiūt: Homo autē unus tanta abundat pfectione: ut sibi ipsi impet primū: quod bestie nulle faciunt. Gubernet deinde familiā. Administret rempub. Regat gentes: & toti imperi orbi. Et quasi qui ad regnandū sit natus: est oīo seruitutis impatiens. Adde quod boni publici gratia subit mortem: quod bruta non agunt. Vt pote qui singula hec mortalia despicit bona: cōmunis eternique boni firmitati cōsilius. Ceterū ad presētē uitā artes huiusmodi pertinere alicui forsitan uidebuntur: quāuis nō sit tanta cura ad uitam presentem necessaria: sed spectet potius ad diuinitatis prouidētiā imitandam. Cōsideremus igitur artes illas que non mō corporali uictui necessarie non sunt: sed plurimū noxie. Quales sunt oēs scientie liberales: quarū studia corpus eneruat: & uite impediūt cōmoda. Subtilis cūputatio numerorū: figurarū curiosa descriptio: linearum obscurissimi motus: supstitiosa musice cōsonātia: astro rum obseruatio diuturna: naturalium inquisitio causarū: diurnorum in

uestigatio: oratorū faciētia: poetarūq; furores. In iis oībus animus hoīs corporis despicit ministeriū/ utpote qui quandoq; possit & iam nūc incipiat sine corporis auxilio uiuere. Vnū illud ē ī primis aīad uertendū q; artificis solertis opus artificiose cōstructū nō potest qui libet qua rōne quo ue mō sit cōstructū discernere: sed solū qui eodem pollet artis ingenio. Nemo. n. discerneret qua uia Achimedes speras cōstituit enneas: eisq; motus motibus celestibus similes tradidit/ nisi simili esset ingenio peditus. Et q; propter ingenii similitudinē discernit/ is certe posset easdē constituere postq; agnouit/ mō nō deesset materia. Cū igit; homo celorū ordinē unde moueant/ quo p;grediant/ & quibus mēsuris/ quid ue pariant uiderit/ quis neget eum esse īgenio (ut ita loquar) pene eodē quo & auctor ille celorum/ ac posse quodā mō celos facere si instrumēta nactus fuerit/ materīaq; celestē. Postq; facit eos nūc/ licet ex alia materia tamē p;similes ordine.

Quattuor hominis dores in artibus.

i N humanis artibus quattuor animi nostri emicāt dores excellētissime. Facilitas ad p;cipiēdū uelocissima: memoria āplissima/ ac penitus indebilis: sagacissima predictio futurorū: uerborū usus īnumabiliū. Quam diuinū putas in Homero uiguisse acūmē? Qui & cecus & inops tot & tanta p;cepit tā egregie cecinit/ ut cūctas in eū rum humanas tū diuinās artes plato asserat cōcurrisse. Quā diuinū ī didimo alexādrino/ quē scribit Hieronymus a pueritia excecātū: postea tamē dialecticē phisicē theologīā p;ceteris ebibisse. Et quod mirū est geometrā eualisse mirabilē: & geometricas figurās describere solitū/ & docere: egregia quoq; theologīe opa condidisse. Diuinū certe uis lumē ea nascentibus infudit: & querentibus reuelauit: que ī possibile fuisset humanis studiis iuenire. Et si Plato Aristotelesq; ī libris ciuiliū institutionū scribūt/ regiones alias aliis esse exercendo īgenio aptiores: comptum tamē habemus nō in oriēte solū atq; meridie/ sed ē in occidēte septētrioneq; & cōplurimos hoīes & frequēter ī qualibet arte mirifice claruisse. Si regionū seculorumq; diuersitas diuersitatem maximā necessario efficit ī corporū habitu: in ingeniis uero minimā/ & hāc ipsā cōsilio studioq; corrigimus/ q; nō uideat inge-

13 198
nium hoīs natura sua locis & tēporibus non esse subiectū. Seq; īn delebilis illa memoria qua excelluerunt q; plurimi/ Mitridates duarū ac uiginti gentiū rex singulis absq; īterprete ius dicebat. Cyrus & Lullius Scipio oīum suorū ciuium sciebat noīa. Fabius maximus & Lucullus omnes oīum gentiū historias memoria tenebat. Seneca inq; se duo milia nominū recitata eodē ordīe reddidisse. Ducētos quoq; uersus a discipulis pronūtiatos se ordine retrogrado recitasse. Scribit Augustinus fuisse quēdā suis tēponibus q; multa legerat: neq; aliqd unq; eorū que legerat oblitus fuerat. Fuisse rome aliū qui comedīā totā dū recitare mādauit memorie: tot rātarūq; rerū capacitas: tanta in iis que sūt accepta stabilitas āgusto cerebri angulo cōprehēdi/ & fluxa eius labiliq; materia seruari non pōt: sed amplissimo eger stabilissimoq; diuini aī receptaculo. Est & futurorū predictio illa/ qua pollebāt chaldei & egyptii mathematici. Certe illa substātia ī futuro nō deficit: cuius p;faga uirtus ita totū futurum anticipat: sicut memor potētia totū p;teritū recollit. Est at; substātia hec eterna/ que ī eternū momētū colligit labilia tēporū interualla. Postremo loquēdi usus atq; scribēdi homini p;prie diuinā quādā indicat nobis inesse mētē/ qua careant bestie. Absq; sermone ita nos possemus uiuere sicut & bestie & hoīes muti. Ideo ad excellētius aliquod opus est nobis sermo tributus. Videlicet tanq; mentis interpret. Infinitorū inuētorū p;co & nūtius īfinitus. Neq; sōniet epicurus bestias sicut & nos rōne pollere. Verū deesse illis sermonis & manuū usum p; quē intus latentem extra significant rōnem. Quoniā natura in rebus necessariis nō deficit: supfluis nō abundat. Arboribus nō dedit pedes nō brachia. Terrenū. n. illarū corpus solo fixū ubiq; terrea alīa alimonia. Brutorū corporibus tanq; minus terrenis nō oīs terreus cibus ē ubiq; sufficiens. Ideo ad querēdū cōmodius alimētū pedibus sūt instructa. Phantasia illorū paucos aliquos & cōfusus cōceptus hēt: & ad usū dūtaxat corporis necessarios q; mugitu: larratu: hinnitu: garritu: gānitu: fremitu seu nutibus sufficiēter exprimi possūt. Verū mēs hoīs infinitarū distictarūq; inuētrix rerū usu sermonis īnumerabilis suffulta ē/ quasi quodā digno eius īterprete: manibus quoq; munita tanq; aptissimis in

strumentis ad inuēta mentis innumerabilia fabricanda: que quidē instrumenta natura eadē dedisset & bestiis / si illis inesset artifex idē interior talibus instrumentis usus. Ergo tot cōcipit mens in se ipsa intelligēdo: quot deus intelligēdo facit i mūdo. Totidē loquēdo exprimit & in aere. Totidē calamo scribit i chartis. Totidē fabricādo i materia mūdi figurat. Quapp dementē esse illū cōstat q̄ negauerit aīam que in artibus & gubernationibus / est emula dei esse diuinā.

Quartum signum ab effectu miraculorum. Cap. iiii.

n On solū uero in formanda & figurāda p̄ rōnem artis materia sicut diximus / mens humana ius sibi diuinū uendicat: uerū ē in spēbus rerū per impium trāsmutandis. Quod qdē opus miraculum appellat: nō quia preter naturā sit nostre aīe / quādo dei fit instrumentū: sed q̄a cum magnū quiddā sit & fiat raro / parit admirationē: Hinc admiramur q̄ aīe hominū deo dedite ipent elemētis: citēt uētos: nubes cogant in pluias: nebulas pellāt: humanorū corporū curēt morbos & reliqua. Que palam facta fuisse quibusdā seculis apud uarias nationes poete canūt: narrāt historici: nō negāt excellentissimi quiq̄ philosophi nostri presertim platonici: testant̄ theologi ueteres: Mercurius i primis & Orpheus: posteriores quoq̄ theologi uerbo & ope cōprobarunt. Miraberis forsitan si miraculorū rōnes exquirā. Sed audi. In primo libro disputatū est essētiā tertiā esse sub angelo / & sup̄ rotā mundi materiā. A numine formati / formare materiā. Accipere qdē formas spiritalis a numine. Dare uero materie corporales. In tertio quoq̄ libro cōstitit essētiā tertiā nihil esse aliud q̄ rōnales aīas tā nostras q̄ nostris superiores. Hinc efficitur apud platonicos sectatoresq̄ Auicenne / ut oīs rōnalis aīa p̄ essentiam suā atq̄ potētiā super totam sit mundi materiā: totā mouere possit atq̄ formare. Videlicet quādo ad hec dei fit instrumentū. Verūtamē talis est ordo rerū. habēt oēs aīe rōnales ut diximus intellectuale caput: rōnale mediū: infimū uero uiuificū. Media hec uis ē aīe pprietas. Vis at̄ intellectualis est radius qdā superioris intellectus demissus in aīam: & i superiorē intellectū iterū se reflectēs. Vis quoq̄ uiuifica actus est aīe redūdās in corpus: & ide resultās in aīam. Sicut lumē solis i nube secūdū pprietatē suā splēdor

13 199
est: ut solē respicit radius. Ut nubē implet ē pallor. Intellectus intelligibile suspicit: & circa ipsū intelligibile pmanet i se ipso. Rō currit: sed i se ipsā. Viuifica uis infra se currit usq̄ ad aliud dū iplet corpus. Quonā uero p̄ hāc infimā sui partē siue umbrā aīe lōgissime a sua dignitate discedūt corporibus ppriātes / factū est ut uires huiusmōi rectrices corporū remissa quodāmō uel itermitta āplitudine illa dominationis quā aīa sup̄ uniuersitatē corporū possidet / singule sint singulis distribute corporibus / quibus astrictē dū sunt: ppriā suorū corporū agūt curā: ac ferme negligūt aliena. Quid eas corporibus alligat? Ut Plato uult amor. i. uite exuberāns affectus ad pxima sibi uiuificāda p̄liuor. Diuersis at̄ aīarum rōnaliū spēbus pxime sūt diuerse corporū spē. Hic fieri uult ut alie rōnales aīe cū aliis corporibus cōspirauerint. Alie cū spētis. Alie cū sydenibus. Cū aliis alie. Deniq̄ alie cum corporibus hominū. Atq̄ ex certis quibusdā seminū intromorū dispositionibus a puidētia constitutis. Alie humane aīe aliis humanis corporibus regēdis magis conueniūt. Et ut sūmatī dicā: cuiusq̄ aīe rōnalis uis illa uiuifica quonā ad tertiā essētiā p̄inet / equā uim habet ad corpora quelibet. Sed p̄ amatorū quendā instinctū corporibus aliis alie sese mouēdis accommodāt cōferēte ad hoc uidelicet tēpariōe diuina: & uno quodā instinctu cessāte uis illa uiuifica euadit libera: ut nouo affecta instinctu corpus aliud quodāmō regat & moueat. Si pars hec infima naturas oēs corporū supat: multo magis media atq̄ sūma. Suprema. i. mēs usq̄ adeo supeminet / ut nihil unq̄ sapiat corporale: diuinorū dūtaxat auida. Stabilis natura. Intelligētia subita. Media. i. rōcī nādi facultas eminet qdē & ipsa magis q̄ infima: & nūc quidē ut diximus alias / ascēdit i mētē: quādo susceptis a mētē p̄cipiis demōstrandi uniuersales rerū naturalū rōnes inq̄rit argumētādo. Nūc at̄ ad uiuificā declinat potētiā. Quādo credit phātalie: auscultat sētib: blādi & corpori. Ascēdit at̄ i mētē sup̄norū capiēdorū amore. Descēdit i potētiā infimā amore inferiorū gubernādorū. Merito cū sit utrorūq̄ media diligit utraq̄. Et tanq̄ eminētiōr q̄ infima: dū infima corpus unū regit solū ipsa plura mouet atq̄ gubernat. Nā dū rectrix facultas corporis tuū solū alit corpus: perq̄ sēlū & cōcupiscētiā seruit tui corporis

alimonie. Rō tua & tui corporis agit curā & aliorū: atq; i externa materia fabricat artificia. Hec quoq; cum eque ualeat qualibet tractare materias. Aliis tamē temporibus alias quocūq; rapit amor tractādas aggredi. Cessāte amore p quē hūc sculpsit lapidē statuā dimittit subito. Trahēte amore ad uasa fictilia aggredi figulinā. Quādo de tractādis corporibus loqmur / mentē illā corporū penitus cōtēpticē parū intermittimus de rōne magis & rectrice potētia loqmur. He utiq; ambe licet ad quelibet mūdi corpora pp cōem naturā essētie tertie parē uim hēant: i illud tamē agūt potissimum / i qd magis afficiunt diuina illa seminū rēpatione nō phibēte. Affectus aiorū illorum q supra nos sūt stabiliores sūt nostris: atq; eūdē semp retexūt ordinē: cōsuetō semp renore pgrēdiētes / quoniā in illis rā suprema uis q̄ media sursum uergit cōtēplatiōi incūbēs eterne. Sola uis ifima opa uariat: sed uicifitudines agit: & illas qdē ordinatissimas: ita ut i ipsa ēt mutatiōe uideat esse stabilitas: dū idē obseruat renor: eadēq; similiter retexunt.

Sed utcūq; sit forme rerū tribus aiorū illorū uiribus insite cause sūt formatū / que in mūdānis corporibus exprimūtur. Atq; ut ita dicā fa tales imaginationes que gradatim idolis aiorum illorum suboriunt quasi pregnantū mulierū affectus uehēmētissimi quicqd sibi fingūt in speris suis sequētibusq; tanq̄ fetibus exprimūt. Nostra quoq; aia erga corpus hoc affecta secundū suorū seminū ordinē corpus hoc ex ipsa ui corporis rectrice figurat. Quid huic corpori prestat certā quatuor humorū cōplexionē. Quid faciei colores & liniāmēta: nisi aia? Aia quoq; cōtra naturā corporis pōderosi ipsum agit sursum: & quatuor inuicē uincit cōtraria. Neq; miraculum hoc mirat quisq;. Quatū uero uis eadem p phantasiā ualeat i formando uehēmētioribus affectibus corpore / i superioribus diximus. Siqdem p affectuū diuersitate diuersas qualitates pducit in mēbris. Ira calorē: rubedinē: amarūq; saporē: et alui fluxum. Timore frigus: atq; pallorē: merore sudoris humorē: albedinēq; ceruleā. Anxietate siccitatē: atq; nigredinē. Harū profecto qualitarum ipsi animi affectus auctores sūt: q̄a sepe ad tales aliquas qualitates mouēt priori nostre complexioni cōtrarias. Atq; ut Hippocrates docet & Galienus inueteratus affectus priorem mutat

13 . 200 .
corporis cōplexionē: & in suam trahit naturam. Hoc agit phātasia: Quid aut rō in artibus & gubernationibus operetur alias declarauimus. Proinde qd a rectrice corporis potētia in pprio corpore fiat per uirtutē uiuificā & affectus illi seruiētes hic explanauimus. Fit insup ab ea nō nihil i corporibus alienis que sibi ppinquāt: quādo p naturalē calorē cōcoqt cibos: calefacitq; rāgētes. Aia quoq; materna i corpus alienū agit: quādo nutrit fetus i aluo. Quod qdē explet ex continuatis uinculis qbus fetus materno corpori alligat. Neq; ppinquū dūtaxat corpus format: sed quādoq; remotū. Iacto siqde a uiro semine i matricē: & diu postea uiro absēte: uirtus formatrix relicta i semine uiget ibi: & uicē paterne aie gerit i semine: corpusq; effingit humanū. Ceu cū qs lapidē iacit procul: uirtus expultrix lapidi imissa a iaciēte q̄ diu regnat in lapide: tā diu lapidem pellit: ea scilicet aeris plaga & ad illud signū / qua & ad quod iactor ille direxerat. Si pars aie regēdo corpori accomodata p uiuificā uim aliqd operat in corpus alienum atq; remotū: cur nō etiā p uim sēlituā hac eminetiorē? Per affectus .i. phantasia: Ergo phātasia instar uirtutis uiuifice format & ipsa ppriū corpus ut diximus / quotiens actionibus affectibus agit. Format ēt fascinatiōibus & maleficiis alienū. Neq; mirū est aiam facere talia affectibus suis / si herbe qdā faciunt aut lapides suis uaporibus: celestibus tamē aīs aspirātibus. Neq; deest aie cōtinuatio mediorū / p que i alienū corpus trāligat actionē. Quippe uenefici hoīs phātasia infensa infantis teneroni corpusculo febrem affectat puero. Imaginatio febris spūs febriles uibrat. i. colericos. Sicut imaginatio coitus seminales spūs & genitalia mēbra. Colericus & febrifer spūs ille pculsus uapores feridos atq; febriferos siqui i uenefici hoīs corpore sūt exsuscitat. Hi cū primū incitati sūt / una cū spū prūit illuc tanq̄ sagitte: quo malefica phātasia quasi ad signū intenderat. Maxime uero ex oculis emicāt senioris: perq; oculos pueri trāseunt tanq̄ ex uitreis materis perq; māterias uitreas radii / spūsq; ificiūt pueri & humores. Ad hec āt maleficia illi sūt oīum potētissimi: quibus nascentibus Saturni malignus aspectus semenq; parentū terrestre ac uictus p̄similis complexionem conflarunt feridis uaporibus abundantem: & melancolicam

Preterea seu a Martis potētia bilis igniculos subdidit. Hi quādo ī se-
nio sūt erate terrestri & melācolica morosi sūt ualde: & cuiūq; cōtigi-
rit acerrime irascunt: aīoq; infēlissimo execrant. Phantasiā certe pp hu-
morē terreū stabilius efficaciusq; suis uotis affigūt. Hic humor accen-
sus & urit uehementissime: & extinguit sero/ tanq̄ ignis ī crassioribus
lignis & duriori maretia. Vapores quoq; nō desunt maligni: p quos
quasi sagittas uenenū in aduersariū iaculent. Miraris corpus unius
ab aīo alterius inq̄nari? At nō miraris aīum ledi ab aīo: dū p cōsuetu-
dinē uitia aliena cōbibimus. Non miraris corpus tuū a uapore alteri-
us corporis morbosi facile ifici. Qd̄ ptifis: epidimia: lepra: pruritus:
dysenteria: pleuresis: oculorūq; rubor indicāt. Apud hesperios ethio-
pas fuisse tradit̄ bestias noīe caroblepas: que solo aspectu hoīes īteri-
merent. Qd̄ & apud cyrenē faciunt basilisci. Tanta ē uis ī uaporibus
oculorū. Cur minus subiciat̄ corpus tuū alterius aīo q̄ alterius cor-
pori? Cur nō magis potius? Cū sit potētior aīus: neq; desint media/ p
que agat. Qd̄ facere cōsueuisse hoīes quosdā illyniis & triballis legi-
mus: q̄ cū essēt irati si diutius attētiusq; intruebant̄ hoīem pimebant.
qui & geminas hēbāt pupillas ī oculis. Idē quoq; fecisse feminas nō
nullas in scythia. Tāta ē imaginatiōis potētia. Presertī quādo affecti-
bus aī uapores oculorū subseruiūt. Auger. n. uim attētio illa mirabi-
lis phātasie/ non minus q̄ struiti oculus defixus ad ouū. Vno siq; dē
affectu feruescēte tepescit alī. Ideo ī malefice phātasie ītētioe remittit̄
paulisp̄ affectus aīe naturalis p̄ quē suo corpi deuincit̄. Vnde a suo
corpore facta liberior materiā nouā ī quā nup̄ afficit̄ quasi recēs aliqd̄
suū corpus icipit trāsmutare. Si tātā hēt uim malefica phātasia q̄ tam
putas habiturā beneficā rōnē: saltē duplo maiorē. Et qa rō supat phā-
tasiā: & qa bonitas malū. Igit̄ rō quādo ad beneficiū aliqd̄ tota aī er-
ga deū ītētioe defigit̄/ nōnūq; corpus illud erga qd̄ ē affecta afficit be-
neficio tā ppriū q̄ alienū. hoc munere excellūt illi/ ut ē apud platonī-
cos q̄ diuino quodā beneficio preceteris cōplexiōe tēpata celestiq;
sūt pediti: necnō puris & modicis nutriti cibis: honestis preterea di-
uinisq; moribus educati. hi medici sepe sūt generis humani: Et corpi
cui cupiūt bona/ si directi p̄sus ī deum piis uotis ardēter exoptant

13 201
illico prestant. Presertim si hominis beneficium accepturi animus sit
patus. Hic Zoroaster inq̄t. ΕΚΤΕΙΝΑΣ ΤΟΥΡΙΝΟΝ ΝΟΥΝ ΕΡΥΟΝ ΕΠΕΥΣΕΒΕΙΑΣ
ΡΕΥΣΤΟΝ ΚΑΙ ΣΩΜΑ ΣΑΩΣΕΙΣ .i. Si mētem ardentem ad opus pietatis
intenders labile corpus seruabis. Talia quedam miracula facta ab
Apollonio theaneo philosopho narrat Philostratus. Rursus a Pytha-
gora Empedocle & Philolao similia quedā gesta pythagorei multi
affirmant. Scribit insuper Iamblicus pythagoricos quotiēs narratē
miracula facile solitos credere illa a deo p̄ diuinas animas fieri. Atq;
in rebus huiusmōi hec Lini carmina semper habuisse ī ore. ΕΛΠΕΣΤΑΙ
ΧΡΗ ΠΑΝΤΑ ΕΠΕΙ ΟΥΚ ΕΣΤΙΝ ΟΥΔΕΝ ΑΕΛΠΤΟΝ. ΡΑ ΔΙΑ ΠΑΝΤΑ ΘΕΩ ΤΕΛΕΣΑΙ.
ΚΑΙ ΑΝΗΝΥΤΟΝ ΟΥΔΕΝ .i. credēda sūt oīa. Nihil. n. est incredibile. Facilia
deo oīa sūt. Nihil ē īpossibile. Sed redeamus ad illos iā aīos p quos
deus quasi p̄ instrumenta miracula pficit. Quid cōfert illis ad hāc excel-
lētā habitudo corporis tēpata? ut rō illorū sit expeditior/ nullo exce-
dētū humorū turbata tumultu. Quid modicus purusq; uictus?
ut nō sit aīa corpi sui sarcina pregrauata. Quid educatio illa hone-
sta atq; pia? ut & optet hoībus bona: & tāq; deo quodāmō similis ad-
iueēt a deo imo tāq; instrumentū a deo ducatur. Deniq; cum rō sit emi-
nētior phātasia/ quādo ipsa dedita deo tota ad unū hoc opus benefi-
cii cōferendi dirigit̄ remittit̄ admodū naturalis ille prior affectus aī:
quo pprio corpi copulat̄: & ab eo soluta agit ī alienū. Pōt. n. facile
ad hec tāq; instrumentū a deo duci: cū natura sit sup̄ corpora oīa q̄uis
affectus olim aliq; ad unius gubernationē rapuerit. Nō aliter ac si sa-
piētissimus rex potētissimusq; cuius p̄uidētie & ditioni sub sint oēs
pariter amplissimi regni pres: reliquas negligit ad tēpus/ partis alicu-
ius amenitate pellectus. Sed amore aliquādo pris illius deseruescēte
se ad alias cōferat gubernādā. Mystera hec Plato noster oīa terigisse
uideēt. Tyranidē quidē illā phātasie: & hoc rursū pie rōnis īperiū in ti-
meo: ubi de ui aīe ī corpus disseruit. In phedro autē mirabilis quid-
dam innuit: cum īquit omnē animā uniuersi corporis curam habere.
Atq; animam nostram quādo libera est totum pererrare celum: mun-
dumq; una cum celestibus animis gubernare: alias in aliis figuris cir-
cūeuntē. Quādo uero sit talis/ aperuit in epinomide: ubi affirmauit:

necessitatem mētis atq; anime mēti cōiuncte/necessitatē omnem exu-
perare/ac tale omne decretū/esse fatale. Quinetiā in decimo de iusto
intellectualē aīam appellauit necessitatē/iter cuius genua sit fufus ali-
quis/circa quē sperē mundi uoluātur: Quorsū hec? Vt intelligamus
fieri posse quādoq; ut hominis aīa/rota rōnis intentione/ in mētem
caputq; suū uertatur. Sicut quādoq; uertitur i phantasiā/ut diximus
iam & rōnem. Quis nam aīus hec agit? Qui phantasiā iubet filere:ac
ēt superni numinis desiderio flagrās cōsuetis rōnis naturalis discor-
sibus nō confidit. Sola uiuit mēte. euadit angelus. Et toto capite pe-
ctore deū. Hec significat Zoroaster: ubi sic inquit. *ΨΥΧΗ ΗΜΕΡΟΤΤΩΝ*
ΘΕΟΝ ΑΥΦΕΙ ΠΩΣ ΕΣ ΕΑΥΤΗΝ ΟΥΔΕΝ ΘΗΗΤΟΝ ΕΧΟΥΣΑ ΟΛΗ ΘΕΟΒΕΝ ΜΕΜΕΘΥ
ΣΤΑΙ ΑΡΜΟΝΙΑΣ ΑΥΧΕΙ ΥΑΡΥΦΗ ΠΕΛΕ ΣΩΜΑ ΒΡΟΤΕΙΟΝ. i. anima homi-
nū deū quodāmodo contrahit i se ipsā: quādo nihil retinēs mortale ro-
ta diuinis haustibus ebria. Tūc quoq; exultat i corporis harmonia.
Huiusmōi aīum diui Ioannis theologia nasci iterū dicit ex deo. Siq-
dem dei sūmi īfluxus p mentes angelicas usq; ad aīam hoīs defluēs
instigat quotidie aīam corpori mersam. ut exuta carneā textā ponat
potētiās operationesq; animales: & pro aīa fiat angelus. Quēadmo-
dum radius solis uapores tenuat trahitq; sursum: & in igneā conuertit
naturā. Qui huic inspirationi totū se cōmittit/cessat esse anima. Fitq;
deo regenerante dei filius/angelus. Iccirco Plato theologos appella-
uit dei filios in timeo. Si anima natura sua excedit mūdi machinam
perq; uires īferiores mira opatur/ i corporibus ēt alienis qd illā puta-
mus acturā: quādo i caput surrexerit suū/euasentq; angelica? Quod
oportet fieri posse quādoq; postq; blandimētis sēsuū fit sepe brutalis.
Et inspiratio dei esse nō debet uanior q̄ sensuū blandimēta. Tūc igit̄
nō unū quēdā āplius aut tenerū fascinabit: aut sanabit hominē egro-
tantē: sed speris imperabit elemētorū. Quādiu corpori huic addicta
est parui huius mūdi elementa idest humores quattuor agit. Eisq;
calorem: frigus: humorem: siccitatem: colores omnes: saporesque in-
ducit: ut supra patuit tum in actu uitali tum in affectibus phanta-
sie. Ideo quando soluta ab hoc emergit i amplum deo iam plena ani-
malis huius grandioris humores idest quattuor elementa maioris

13 202
mūdi mouet ut sua. Siqdem iam quasi euasit aīa mundi. Eius uideli-
cer mundi ptis erga quam afficitur maxime. Ac sicut eadem hoīs aīa
que cubitale infantis corpusculū rexerat regit bicubitū eque & tricū-
bitū: ac deinde quattuor cubitorū. Et decem rursus ut dicit̄ de gigan-
tibus/ita si usq; ad centū creuerit & ducentos eque reget. Quod enī
nature ordine & dignitate omnē molem corporis antecedit/non mi-
nus rotam ipsam molem q̄ molis partē implere potest atq; mouere.
Si uim ab ipso deo uidelicet habet uiuifica uis rōnalis aīe in mundi
speras: uim quoq; habet in eas rationis ac mentis affectus. Solo igit̄
affectu citabit uētos deo duce/ac celo nubes inducet sereno: easq; co-
get in pluuias. Rursus sedabit uētos: & aerem serenabit. Quod qdē
posse fieri/factū ue fuisse/ Hippocrates chous: theologi mauri & ara-
bes confitentur: maurorū princeps Auicebron: arabū Auicēna. Mitto
quot elementorum turbationes procellasq; rum ex demonum cōfli-
ctationibus rum ex casibus animarū in corpora sepe cōtingere egypti
platoniciq; arbitrentur. Qua quidem de re Plutarchus & Porphy-
rius & Proculus diligentissime disputāt. Platonis certe platonicoꝝq;
sentētia ē a celo ad terrā usq; in speris oibus alias plagas numinibus
alio ab initio distributas ita fuisse: ut quādo i regione terre certis di-
cata numinibus dispositio ad ipsa numina uel p supnos īfluxus uel
p animorū affectiones precipue auget̄ miracula sepe talibus numini-
bus congrua uel p se uel p animas ibidē ab eisdē numinibus occupa-
tas efficiant̄. Sed de his alias. Magicā quandā in presentia sententiam
referamus. Putant chaldei posse insuper aliud quiddā ab anima mira-
bile fieri. Vt scilicet radius effusus in corpus suum ipsum lumine circū-
fundat: & radiorum leuitate tollat in altum. Quod in se ipso fecisse
patrem eorum Zoroastrem nonnulli referūt. Ego uero si qua huius
miraculi ratio assignari potest/ talem forsitan esse opinor. Prima lux
in deo est: atque ibi est talis/ ut superemineat intellectum. Ideoq; nō
potest lux intelligibilis appellari. Sed lux illa dei cum infunditur
angelo/ fit euestigio lux intellectualis: atque intelligi potest. Quan-
do infunditur anime/ fit rationalis: ac potest non intelligi solū: sed
cogitari. Inde migrat in aīe idolum. Vbi fit sensitua: nondum tamē

corpora. Inde i ethereu uehiculu idoli. Vbi fit corporalis: nodu tame
manifeste sensibilis. Deniq i corpus elementale siue simplex aereumq/
siue copositu qd est etherei uasculum: i quo euadit manifeste uisibi
lis. Atq ego hanc esse puto catenam illa auream: qua uidit homerus
a celo pedentem: & in terras usq demissam: qua apprehensa homines
sele possint i celos attollere. Profecto tara luce diuinitus abudat cele
stes aie: ut ingens inde i corpus earu redundet copia luminis: qd ui
demus i stellis. Si quando aia homis / ita figat actē suā i deū diuinoq
lumine i pleat rapiatq ut ille tūc eque corruscat: & in uehiculu suum
radios effundit uberrimos: perq uehiculu & corpus aereu in corpus
hoc oculis manifestum. Quod tūc plenissima illa copia radioru efful
get: rarefcit: attollitur ethereo ad hoc conferente uehiculo corporeq
aereo quasi stappa eleuata p flāma. Tali quodam igneo curtu magi
atq platonici Heliam Paulūq raptos in celum fuisse dicerent. Ac de
mum post mundi iudiciu corpus quod nostri glorificatum nomināt
similiter raptum iti. Ideo sic precipit Zoroaster. οτι ψυχη πνρ δυναμει
πατροσ ουσα φαινον ηγεισθω ψυχησ βαθοσ αμβροτον ομματα
δαρδην παντεκτητασ οναω μηδε το τησ υλησ σκυβαλον κρηνω
καταλειψησ .i. Quoniam anima per potentiam patris fit ignis sple
didus / dominetur in te immortalis profunditas anime: & oculos oēs
una tolle in altum. Tunc neq etiam materiale ipsum corpus precipi
tio dereliques. Ignē appellat lucem ipsam / qua & exuberat deus per
se / & anima per uim patris conuersa in patrem abundat. Et quia deus
ē ipsa unitas sup mētē & cētū essētiarū super essētiā: ideoq nō unī
illi p mentem proprie / sed per unitatē anime / que est mētis caput / cen
trūq totius anime. Iccirco dicit Zoroaster. Ducat te anime profundi
tas imortalis .i. unitas ipsa: quam impressit quondam deus aie tanq
unitatis diuine caracterem: a qua & ad qua omnes alie uires aie qua
si a cētro & ad cētū oēs circuli linee pendēt. Sequā oculi tui oēs .i.
omnes uires anime que in cognoscendo uersantur. Huc tendit illud
attollite portas pncipes uestras / & eleuamini porte eremales. &c. una
.i. i unā collecte mētē siue i unitatē mētis caput. Tunc eas seque corpus
tū celeste tū terrenū. Propterea dixit corpus materiale .i. terrenū.

13 203
Tunc nō derelinqui precipitio: qa tunc ipsum quoq tollitur i altū:
neq relinquetur i infimo loco mundi: quē locū magi sepe nominant
precipitium. Miraculi huius uim effectūq describit ēr Mercurius tri
megistus / ubi de regeneratione cū filio suo Tatio disputat. De hoc q
dē miraculo qd in pprio corpore mēs ostēdit ex platoniorū opintōe
satis sit dictū. De illis uero q i speris mūdi demōstrat / tales quedam
apud platonicos mouent questiōes quales dicā: & soluunt ut dicā.

Questiones sex de miraculis: & solutiones. Cap. v.

m Ens hois quando corporeas exuit curas / cur passiones elemēto
rum affectat? Quia publicū bonum nō despicit diuinus aius sū
mi cōmunisq boni filius. Ergo tanq deus aliquis ad aialiū hoiumq
cōmoditatē prouidenter elemēta mouebit. An pōt adeo supra suū
corpus attolli / ut mūdi speras attingat? Pōt utiq si ubiq est / ut qdā
putant. Sed nōne etiā lumē crassa laterna inclusū paulo momento la
terna reclusa emicat eminus: & remotissima queq illuminat? Neq ta
mē a laterna discedit. Clausa iterū laterna in angulū absq sui offēsiōe
colligit. Quod dum locū prius ipleret amplissimū / absq sui dissipati
one pfundebatur. Mira luminis uirtus. In angustissimo qescit loco.
Implet amplissimū. Id quippe facit / quoniā lumē quodāmō est incor
poreū. Idē facit aius: quia diuinū est lumē. Nūqd diuinus hic aius
in iis cōficiendis miraculis pomnes sui pres secedit a corpore: Nihil
opus ē ut officiū omnino dimittat cōtratorū cōciliandorū. Aia utiq
in corpore p idolū suū / quasi crinite comā in uapore / primum cōtratia
in unū elemēta cōciliat. Deide si dissoluit quicq / instaurat nutriēdo.
Augēt ēr: regit corpus & trāsfert & reliqua. Videmus aptissime opus
transferēdi regēdiq corporis remitti & itermitti quādoq / cū aia uehe
mētiori corripit phantasia: officiū augēdi nutriēdiq minuit pp intē
tissimam rationis indaginem. Ideo non concoquunt cibos philoso
phantes. Et anima adulto corpore acutius specularur / q̄ adolescen
te minus in augēdo corpore occupata. Et sobrium corpus speculati
onem impedit minus. Dum anima ad specularandum est dūtaxat intē
ta. Quam ob rem cum per mentem tanta animi contingit abstractio /
ut & phātasia & rō naturalis itermittant / que solent ipse nutritionem

regimēq; mēbrorū debilitare/ quid obstat quo minus cadat corpus/
& nutriatur in corpore nihil? Restabit forsitan solū conciliationis of-
ficiū/ quo anima nōdum sinat dissolui humores atq; diffugere. Sed
nō fiet tūc talis cōciliatio/ ut fieri solet p̄ idolum: quod oīo destituit
terrenū corpus/ quado aīa nihil sapit terrenū. Tūc. n. idolū ita reliq̄t
terre naturā/ sicut rō terrenorū corporum relinquit imagines. Opinor
igī uiri oīo abstracti corpus eo ipso in tēpore breuissimo/ quo est an-
gelicus aīus/ p̄ uirtutē idoli antea consuetā/ neq; moueri neq; substi-
neri neq; ēt contineri. Quod si moueāt uel substineāt uel cōtineāt: id
fieri arbitror p̄ illud aīe centrū: quā paulo ante unitatem uocauimus
aīe a deo tributā. Per quā deo oīum cētro & pure unitati cōcilietur.
Per quā nō mō elemēta corporis huius/ sed etiā mundi conciliet: per
quā solā posse deum arrigi sic aperuit Zoroaster. ΕΣΤΙ ΤΙ ΝΟΗΤΟΝ Ο ΧΡΗ
ΣΤΕ ΝΟΕΙΝ ΝΟΟΥ ΑΝΘΕΙ. Est intelligibile aliquid quod intelligere te oportet
mētis flore. Florem mētis appellat Zoroaster ipsū anime cētrum.
Quod Plato nominat mētis caput. Sententiā hanc nostrā illud Pau-
li diuini rheologi cōfirmare uideēt: quod inq̄t animū deo raptum nec
esse euidēter in corpore/ nec extra corpus: uidelicet q̄a nō insit corpo-
ri p̄ idolum: sed assit p̄ centrum. Quādiu mirabilia hec aīus opera-
rur: Quādiu ita manet abstractus. Manet uero parump: naturali quo-
dā potentie inferioris affectu ad curā corporis retrahēte. Sicut & pau-
lis per manere in aere lapis dicit̄ sursum iactus inter ascensum atq; de-
scēsum. Sed nunq̄d ordinem mūdi aīus confundit humanus mira-
cula opando? Nequaquā. Nā ut platonice loquat̄ in uniuersali rerum le-
ge & p̄petua quadā serie causarū ad idem cōferentiū sunt huiusmodi
prescripta miracula. Ad hoc ipsū conducit p̄uidencia mētū sub deo
usq; ad mentē nostrā continue cōspirantiū. Ad idē diuinū fatū aīaliū
idolorū a prima aīa ad nostre aīe idolū cōfluentiū. Ad idem diuina
quedā naturarū oīum dispositio a prime nature affectione cōcurren-
tiū usq; ad nature nostre cōplexionē. Idē sepe nobis celestia signa pre-
nūtiant: p̄ que quasi per oculos nutusq; nūminū cogitationes signi-
ficant̄. celi enarrāt gloriā dei: & opa manuū eius ānūtiat firmamētū.
Nō igitur quando aīus ille angelicus optat mirabile aliquod opus

13 204
conficere/ puta citare uētos : statim superiores cause huic fauent uoto:
& noua cupiūt: quoniam noua aīus affectauit. Sed cōtra/ quoniam ce-
lestes id ipsū decreuerunt iste cupit. Quonā pacto? Futurorū uētorū
stat in sup̄nis numinibus preuidencia. Dispositio huiusmōi ut alias
diximus/ p̄ tres illas series statim ad aīas nostras usq; decurrit: preci-
pue p̄ prouidētiā in mentem: quodāmō ēt per fatū in idolū: p̄ natu-
ram quoq; in corporis nostri cōplexionē. Sed prurbati hoīum animi
hos impulsus nō capiūt. Pacatus at̄ animus undiq; sup̄nos capit im-
pulsus. Vnde latēter incipit cogitare eadē que cogitant superi: eadēq;
uelle ac nolle. Cū naturali. i. diuino & intimo inclinet̄ instinctu. Huic
cogitationes omnes affectusq; succedūt ad uotum: & quicq; a sup̄is
postulat/ accipit. Nēpe que illi iam daturi fuerāt/ postulat: & quia da-
turi erāt/ ad postulandum puocauerūt. Sicut mater que pomū manu
prefert oculis filii: ut hinc inuitatus filius petat pomū. Filius uider:
petit: accipit: accipit in quā non solum quia petit: sed petit ēt quia sit
accepturus. Neq; uult dare mater/ postq̄ filius uelit accipere: sed econ-
uerso. Nos quidē plurimū nō naturalibus diuinis ue incedimus de-
sideriis/ sed illis quos accendit quotidie casus: prout. n. alia atq; alia
sensibus nostris occurrūt/ aliter aliter ue afficimur. Atq; ita rebus cō-
tingētibus occupati raro ut cupimus assequimur: quia raro & sorte
quadā cum sup̄norū uoluntate cōcurrimus. Angelicus at̄ animus &
cōsentit cum illis: quia trāquillus uiuit: & impar mundo: q̄a sua spō-
te ab hoc corpusculo quod ē mundi p̄ricula soluit̄ in sui naturam re-
gressus amplissimā. Talem uero fore aīum preuidit deus: talē in quā
nō sup̄erno auxilio tantum: sed ēt propria uoluntate. Que qdē tunc
precipue agit libere/ quādo dimissis actionibus in se ipsā originemq;
cōtemplandam amādāmq; se flectit. Talē quoq; elegit deus ad mira-
bilia p̄petranda. Cuius orationes ēt circa publicas mūdi mutatiōes
non esse uanas Auicenna ī methaphisicis & Proculus Iamblicusq; di-
sputant in timeo. Probāt. n. uota uiri sanctissimi presertim si cum illo
populi quoq; uota cōcurrant: aīos mirabiliter ita cōiungere deo: ut
una quodāmō dei animiq; opatio fiat. Sed dei quidē uelut artificis:
animi autē tanq̄ instrumēti diuini. De illis uero miraculis que deus
bb i

p se absq; instrumēto facit/que lōge maiora sunt/in presentia non tra-
ctamus. Miracula huiusmodi nūquid naturalia sunt aīo? Sunt na-
turalia quodāmō ut opinant̄ platonici atq; iterū nō naturalia. Natu-
ralia quidē quātū recurrit ī mentē: fitq; summi dei pedissequus atq; in-
strumētū. Nō naturalia: quātū unius tantū seruit corporis usui: cuius
amore captus ad tēpus neq; uirtutis sue explicat āplirudinē: neq; di-
uine fit princeps. Qui quotiēs & explicat & fit princeps / ostēdit se nul-
lo ictu corporum dissolutū iri. Quādoq; quodāmō prestat oībus
& torquet omnia pro arbitrio. Singula uero que de miraculis ex pla-
tonicorum mente differuimus / ita a nobis affirmata sint ut a christia-
nis theologis approbantur.

XIII. LIBER

Quod anima nitatur deus fieri / ostēdimus signis duodecim
secundum duodecim dei dotes. Cap. i.

In principio disputationis duo iecimus fundamenta signorū
ad immortalitatem aīe p̄tinentiū. In uno tractat̄ quārum aīa cor-
poribus dominaat̄: quod p̄ quatuor signa trāsegimus. In altero
agit̄ q̄ anima deus fieri nitit̄. De quo p̄ duodecim signa tractabimus
secundū duodecim dei dotes. In quo apparebit mira aī magnitudo.
Cui nō satis fuerit emulari deū iis minis / quos diximus / modis: nisi
ēt fiat deus. Hinc ita exclamauit Zoroaster. *ωτολιηροτατης φυσεωσ
ανθρωπε τεχνασμα. i. o homo nature audētissime artificiiū.* Cōstat
apud omnes theologos deū esse primū ipsū uerum ac bonum. Esse
cuncta. *Esse auctore uniuersorū. Sup̄ omnia. In oībus. Sēper.*

*Providere cunctis. Iuste administrare. Fortiter dū administrat
in habitu suo p̄seuerare. Tēpate suauiterq; tractare. Opulētissime
uiuere: atq; iocūdissime. Se ipsū adeo beatū itueri: mirari: & colere;*
Has duodecim deo dotes oīs apud omnes gētes tribuit theologia.

Quicquid ubiq; hoīes agūt / ad harū possessionē referūt: neq; aliud
quicq; expetūt & conant̄ q̄ dotes huiusmodi sibi plenissime compa-
re. Plenissimus harū possessor solus est deus. Totus igitur aīe nostre
conatus est / ut deus efficiatur. Conatus talis naturalis ē hominibus

209
non minus q̄ conatus aībus ad uolādū. Inest. n. hoībus oībus sēp
ubiq;. Ideo nō contingentem alicuius hoīs qualitātē: sed naturā ipsā
sequi s̄p̄etiei. Naturalis at̄ motus ad finē aliquē directus nō aliā ob
cām ad hūc finem potius q̄ ad aliū determinaat̄: nisi pp̄ quādam natu-
re sue affectionē: per quā cum tali fine cūgruit potius q̄ cū tali. Et pp̄
congruitatē amat. Ac pp̄ eadē assequi pōr̄ quod amat: Quēadmodū
aer leuitate cū ignis concauo congruit. Per eandē amittit̄ moueturq;
ad illud. Per eandem rursus attingere pōt̄ ipsū: & ī eo postq̄ attigerit
conq̄scere. Potest igit̄ quādoq; nixus humanus in deū intentus ex-
pleri. Nā quis hūc inseruit aīs nostris / nisi idē ipse deus / quē petimus?
Qui cū solus sit auctor (sp̄erum) propriū sp̄ibus inserit appetitū. A pri-
mo nāq; rerū principio tanq̄ a primo bono appetibiliq; oīs naturalis
ducitur appetitus. Idem primus est motor. Idem & finis est ultimus.
Siquidem ad agentium ordinem ordo sequit̄ & ī finibus: quā sicut su-
premū agens sequentia mouet agentia: ita ad finem supremi agentis
refert̄ oportet fines agētū reliquorū. Quicquid. n. agit primū ipsū
agēs pp̄ finem suū agit. Ducit at̄ agitq; primū oēs oīum cārum sequē-
tium actiones / mouēdo ad suā actionē omnes: ideoq; ad suos fines.
Vnde sequit̄ agentū oīum inferiorū fines ab ipso primo ad finē pp̄ri-
um ordinari. Primū agens deus est. Diuine uolūtatis finis est sua bo-
nitas. Quāpp̄ sequētia oīa in deū rāquā finē necessario ordinant̄. Pre-
sertim quā nihil tendit in aliqd̄ rāquā finem / nisi quatenus ipsū est bo-
num. Quo fit: ut bonū sit finis / quā rōne bonū. Quod ergo sūmū est
bonum: est maxime omniū finis. Adde q̄ primū bonum est cā oībus
ut sint bona. Ergo est cā ut appetant̄. Si aut̄ ipsū est pp̄ quod oīa sunt
appetenda: sequitur / ut ipsum sit & maxime oīum & ab oībus appeten-
dum. Est igitur finis omniū: eo tamē pacto / ut mentiū finis sit secūdū
formā: reliquorū uero secūdum umbrā. Ergo & hoīum secūdū formā
finis existit: quādo nihil aliud satis ipsis facit. Ita igit̄ hoīes dei for-
mam appetunt / ut a deo tributus sit huiusmodi appetitus. Neque
minus a deo accenditur appetitus / quo deum desideramus / q̄ a re
quauis obiecta sensibus appetitio corporalis alliciatur. Immo & tan-
to magis: quāto bonū sūmū potētius ad trahēdū ē q̄ minima bona.

Profecto quoadmodum in libro de amore differui: ipsius summi boni splendor fulget in singulis: & ubi fulget accomodatus ubi precipue allicit intuentem: concitat considerantem: rapit: & occupat propinquante. cogitque eum uenerari splendorem huiusmodi preceteris tanquam numerum: nihilque aliud amitti: quod ut deposita priori natura ipse splendor efficiatur. Quod hinc patet: quoniam aspectu tactu uel amari hominis non est coterus: & clamat sepe. Homo hic nescio quid habet: quod me urit: atque ego quid cupiam non intelligo. Vbi constat animam diuino uel fulgore: quod in formoso homine micat: quasi speculo: atque ab eo clam raptum quasi hamo trahi sursum: ut deus euadat. Esset autem deus (ut ita loquar) tyrannus iniquus: si ea nobis mandaret aggredienda: que nunquam possemus implere. Mandat autem ut se queramus: dum suis igniculis desiderium in se inflamat humanum. Esset quoque sagittarius imperitus ac nimium temerarius: si desideria nostra uelut sagittas ad se ceu signum dirigeret: neque addidisset spiculis penulas: quibus quandoque signum attigeret. Esset denique infortunatus: si conatus suus: quo nos ad se rapit: nunquam finem suum consequeretur. Quam ob rem potest animus noster aliquando fieri deus: postquam ad id naturaliter contendit sollicitate deo. Non fit deus: nisi quod dei induitur forma. Sicut neque fit ignis quocumque: nisi formam ignis accipiat. Ergo sicut materia aeris quam prius erat sub aeris humiditate atque calore: per ignis uim humoris exiit: seruat calorem: & accepta siccitate formam ignis induit: sic animi humani essentia: quam nunc mentem habet: uiresque inferiores deo expoliante inferiores quodammodo exiit uires: ac mente imo uero capite mentis unitate seruata substantiam diuinam induit: quasi recetam formam: per quam pene fit deus: per quam omnes deinde operationes agit: ut deus aliquis potius quam ut anima. Hoc impleri posse quandoque necessarium est. ne frustra ab humana specie querente imo ne temere a deo trahere tementem. Anima tenebroso huius corporis habitaculo circumseptam uires omnes inferiores aut nunquam aut uix & momento remittit. Quo circa mirabile opus illud in hoc corpore non impleri: & uix unquam gustari ab uno. Naturalia uero desideria & in multis oportet expleri: & non per momentaneam qualitate: sed per habitum stabilem quale appetunt. Quod si mens quandoque alius ad contemplanda spiritualia eleuatur: tanto longius discedit a corporalibus: Supremis autem terminis que attingere potest intelligentia est ipsa

19
206
dei substantia sequitur: ut tunc demum mens diuinam subire substantiam ualeat: quam do fuerit a mortalibus sensibus penitus aliena. Igitur anima ab huius corporis uinculis exempta puraque decedens certa quadam ratione fit deus. Deus autem ac dei eternitas idem. Igitur ratione simili fit eternitas: multoque magis fit eterna. Quem quidem statum Ioannes theologus appellat deo similem fieri. Paulus autem in dei imaginem transformari.

Quintum immortalitatis signum: ab eo quod anima appetit primum uerum & primum bonum. Cap. ii.

1
I Ta demum ratio superior nos de immortalitate certiores efficiet. Si duodecim illas dei dores sigillatim percurrentes ostenderimus animam in his querendis naturaliter deo se quodammodo equare conari. Animus noster comem ueritatis bonitatisque concipit rationem. Per quam comem uerum querit: & commune appetit bonum. In communi ueritate omnia uera: in communi bono bona omnia continentur. Hinc fit: ut cuncta uera naturaliter querat: cuncta naturaliter appetat bona. Quod ex eo patet: quod cognita una quadam alicuius rei ueritate non quiescimus: sed aliam inquirimus: rursusque aliam: quod diu putamus ueritatem aliquam superesse noscendam. Idem in bonis comparandis inspicitur. Omne autem uerum & omne bonum deus ipse est: quod primum uerum est primumque bonum. Ergo deum ipsum appetimus. Sed quid in eo potissimum affectamus? Illi similes fieri. Omnia enim per capacitatem nature in ipsum tendunt tanquam finem: & ipsi suo modo cupiunt similia fieri. Corpora uita carentia: secundum esse tantum. Uidentia secundum uitam. Sensitiua secundum sensum. Secundum intellectum rationalia. Non possumus autem deo per intellectum similes effici: nisi deum intelligendo. Quippe cum quibuslibet aliis rebus intellectus tunc fiat similis: quando eas intelligendo se in earum imagines transfiguratur. Finis ergo noster est: per intellectum deum uidere: per uoluntatem uisum deo frui: quia summum bonum nostrum est summe potentie nostre obiectum summum: siue actus perfectissimus circa ipsum. Summe autem potentie nostre sunt mens mentisque caput atque uoluntas. Summum harum obiectum est comem uerum: bonumque comem & integrum. Id est autem deus. Neque obiciat nobis arabum aliquis sufficere nobis angelo aliquo frui. Naturale quippe desiderium nobis inest ad causam semper cuiusque effectus inueniendam. Neque cessat inquit: quousque ad causam primam perueniamus. Quoniam igitur cuiusque effectus cogniti optamus causam uidere: atque intel

lectus noster esse ipsū uniuersale cognoscit: efficitur ut naturaliter affectemur esse ipsius cām noscere: que qdem ipse ē deus. Neq; dicimur finē ultimū assecuti nisi quiescat totū desiderū naturale. Quare ī sola dei siue cognitiōe siue possessione ultimus finis consistit humanus que naturalē sola terminat appetitū. Quod liqdo hic apparet: qā p prii finis adeptio delectat quēq; sūmope. Aius at rei nullius possessione tam uehemēter: tam pure: tā firmiter gaudet quārum uel exigua qualibet speculationis diuine gustatione: p qua si quādo uere pseriatur & possessio omnis & mundus totus & uita contēnitur. Quisquis enī pie nōnunq; cū deo uiuit: is clamat se tunc solū in uita & a malis uixisse semorū: & boni aliquid gustauisse: quasi tunc dūtaxat in suū se portū receperit. Huc tendit illud Platonis in libro de sciētia. Mala omnino deuitari nō possunt. Neesse ē. n. semp aliquid bono cōtariū esse. Apud supos aut mala esse īpossibile est. Sed circa mortalē naturam locūq; īferiorem necessario reuoluunt. Quā ob rē hinc illuc q; primū est fugiēdū. Fugere uero hinc illuc: nihil ē aliud q; deo quatenus fieri pōt: se similitē reddere. Similem uero faciūt iustitia & sāctitas cū prudentia. Hec ille. Mento ita precipit. Vbi. n. bonorū oīum uiget bonū: ibi solū inueniē oīum medicina malorū. Neq; credēdū est panerio dicēti oprare quidē nos diuina: sed nunq; ad sūmum cōsecuros: qā plena diuinorū possessio & uita quieta nō ad aīos hoīum p̄tineat: sed ad angelos. Natura ipsa rerū contra nos docet. Nēpe elementa que naturali cupiditate sua perūt loca: tāto ferunt rapacius: quāto magis locis suis finibusq; ppinquāt. Ideo aristoteles ī libro de celo ostēdit motū naturalē rectū nō posse ad īfinitum uagari: alioqn in suo p̄gressu nō eēt mō tardior: mō uero uelocior. Quapp quod tale ē ut uehemētius postea q; prius tēdat in aliqd nō oberrat in īfinitū: sed ad certū aliqd sese cōfert. Hoc autē in ipso sciēdi desiderio expimur. Quo. n. q; magis itelligit: eo ardētius flagrat ad reliquū. Igit̄ natura le desiderū cognoscēdi ad finē aliquē determinatū dirigē. Quis hic finis? Causa carū oīum que cōpra naturalē oēm inq̄sitionē terminat carum. Dedit natura corporibus crassis appetitionē inclinationemq;: qua loca cupent īferiora. Adhibuit illis preterea grauitatem frigusq;

19 207
